# D. AVGVSTINI HIPPON. EPIS. CHRSTIANAE ECCL, DOCTORIS EXIMII

Et Familiarum quadraginta Religiosarum Patris pientissimi

## REGVLA

Dilucidario perutili illustrata.

*Cui accedunt priuilegia omnia quatuor ordinibus Mendicantium à compluribus Maxx. Pont. concessa, & approbata.*

*Bulla eorundem approbationis à Pio V. promulgata.*

Breue ipsorum Ordinum ab eodem Pont. emissum.
Ad Hæc Mare Magnum cum Constitutionibus Seruitarum B. M. V. Pont. eiusdem permissu decretis.

*Quæ omnia collegit, exposuit, & in ordinem redegit Michael Floren. Seruita, & Reuer. Zachariæ Flor. totius Seruit. ordin. Generalis iussu diuulgauit:*

Nos uerò Frater Franciscus Pisanus Viceinquisitor Gen. Dominii Florentini singula hæc uidimus, & tanquam Fidei cathol. ac Bonis moribus consona affirmamus. Die xx. Iulii. 1569.

Florentiæ 1569.

# REGVLA SANCTI PATRIS AVGVSTINI

## CAP. PRIMVM

### De unione custodienda, & pace seruanda in Religione.

Quicunque hanc Regulam sequuti fuerint pax super illos & misericordia Gal.6.

Prohemium.

*ANTE omnia fratres charißimi diligatur deus: Deinde proximus. Quia ista præcepta sunt principaliter nobis data.*

Tractatus.

*Hæc igitur sunt, quæ ut obseruetis præcipimus in monasterio constituti.*

Sectio prima, in qua de quadruplici communione.1.2.3.4.

*Primum propter quod in unum estis congregati. Ut unanimes habitetis in domo. Et sit uobis cor unũ, & anima una in Deo. Et nõ dicatis aliquid propriũ, sed sint vobis omnia communia, & distribuatur unicuiq; uestrum à Præposito uestro uictus, & tegumentum: non æqualiter omnibus: quia non æqualiter ualetis omnes. Sed potius unicuiq; sicut cuiq; opus fuerit. Sic enim legitis in actibus Apostolorum quod erãt illis omnia communia, & distribuebatur unicuiq; sicut cuiq; opus erat.*

Act. Apost.2.3.

Sectio Secunda, in qua habẽtur 8 mandata. quorũ 4. ad diuites 4. ad pauperes attinent

1. pro diuitibus.
2. pro pauperibus.

*Qui autem aliquid habebãt in seculo quando ingreßi sunt Monasterium, libenter uelint illud eße comune. Qui autem non habebant, non ea quærãt in monasterio, quæ nec foris habere potuerunt. Sed tamen eorũ infirmitati quod opus est, tribuatur, etiã si paupertas*

*eorum quando foris erant, nec ipsa necessaria poterant inuenire. Tamen non ideò se putent esse fœlices, quòd inuenerint victum, & tegumentum, quale foris inuenire non potuerunt. Nec erigant ceruices quod sociantur eis, ad quos foris accedere non audebant. Sed sursum cor habeant: Et terrena vana non quærant; Nec incipiant monasteria diuitibus esse utilia, non pauperibus: diuites illic humiliantur: & pauperes illic inflantur. Rursus etiam illi, qui aliquid uidebantur esse in sæculo, non habeant fastidio fratres suos, qui ad istam societatem ex paupertate uenerũt. Magis autem studeant non de parentum dignitate, sed de pauperum fratrum societate gloriari. Nec extollantur, si comuni uitæ aliquid de suis facultatibus contulerunt. Nec de suis diuitiis magis superbiant, qui eas in Monasterio partiuntur, quàm si eis in seculo fruerentur. Alia quippè quæcunque iniquitas in malis operibus exercetur, ut fiant: superbia uerò etiam bonis operibus insidiatur, ut pereant. Et quid prodest dispergendo dare pauperibus, & pauperem fieri, cum anima misera superbior efficitur diuitias cōtēnēdo, quàm fuerat possidēdo? Omnes ergo unanimiter, & concorditer uiuite, & honorate in uobis Deum inuicē, cuius tēpla facti estis.*

2 pro diuitibus.

Rationes quibus monita confirmantur. Prima

Concluditur unio intrinseca & extrinseca.

## CAP. SECVNDVM

### De oratione, ieiunio, & elemosina.

*Sectio prima in qua de tempore, loco, & modo orandi.* 1

ORATIONIBVS *instate horis, & temporibus constitutis. In oratorio nemo aliquid agat, nisi ad quod factum est, unde & nomen accepit.* 2 *Ut si forte aliqui etiam præter horas constitutas si eis uacat, orare uoluerint, non eis sint impedimento, qui ibi aliquid agendum putauerint.* 3 *Psalmis, & hymnis cum oratis Deum, hoc uerfetur in corde, quod profetur in ore, & nolite cantar nisi quod legitis esse cantandum. Quod autem non ita scriptum est ut cantetur, non cantetur.*

*Sectio secunda de ieiunio, & modo ieiunandi, atq; de cibo spirituali sumendo. 1. 2.*

*Carnem uestram domate ieiunis, & abstinentia escæ & potus quantum ualitudo permittit. Quando autem aliquis non potest ieiunare, non tamen extra horam prandii aliquid alimentorum summat, nisi cum ægrotat.* 3 *Cum acceditis ad mensam, donec inde surgatis, quod uobis secundum consuetudinem legitur sine tumultu, & contentionibus audiatur. Ne solæ uobis fauces summant cibum; sed & aures esuriant uerbum* Dei.

*Sectio tertia, in qua de elemosina infirmis facienda.*

Qui *infirmi sunt ex pristina consuetudine, si aliter tractantur inuictu, non debet aliis molestum esse, nec iniustum uideri, quos aliqua fecit consuetudo fortiores.* 1 *Nec illos fæliciores putent, quia summunt, quod non summunt ipsi; Sed sibi potius gratulentur; quia ualent, quod non ualent illi.*

*Et si eis, qui uenerunt ex moribus delicatioribus ad monasterium, aliquid alimentorum, uestimentorum, opertimentorumue datur, quod alijs fortioribus, & ideo fœlicioribus non datur: cogitare debent, quibus non datur, quantum de sua seculari uita illi ad istam descenderint, quamuis usque ad aliorum, qui sunt corpore firmiores, frugalitatem peruenire non potuerunt. Nec debent uelle omnes, quod paucos uident amplius, non quia honorantur, sed quia tollerantur, accipere: Ne contingat detestanda peruersitas, ut in monasterio, ubi, quantum possunt, fiunt diuites laboriosi, fiant pauperes delicati. Sanè quemadmodum ægrotantes necesse habent minus accipere, ne grauentur; ita & post ægritudinem sic tractandi sũt, ut citius recreentur: etiam si de humilima seculi paupertate uenerint. Tanquam hoc illis contulerit recẽs ægritudo, quod diuitibus anterior consuetudo. Sed cum uires pristinas reparauerint, redeant ad fæliciorem consuetudinem suam: quæ famulos Dei tanto amplius decet, quanto minus indigent. Ne cibi eos teneat uoluptas iam uegetatos, quos necessitas leuarat infirmos. Illos sanè extimẽt ditiores qui in sustinẽda parcitate fuerint fortiores. Melius est .n. minus egere quam plus habere.*

3. de misericordia delicatioribus distribuenda.

4. exortatio & ratio exortationis ad pauperes.

5. de pietate conualescentibus exhibenda.

6. præceptum, & exortatio ad conualescentes.

## CAPVT TERTIVM.

### De multiplici honestate seruanda in habitu, incessu, societate, moribus, & correctionibus.

*Sectio prima, & secunda in quibus de honestate habitus interioris, & exterioris, nec non & de honesta conuersatione in omnibus moribus: 1.2.3.4.5.6.*

NON sit notabilis habitus uester. Nec affectetis uestibus placere, sed moribus. Quando proceditis, simul ambulate. Cũ ueneritis quo itis simul state. In incessu, Statu, Habitu, & in omnibus motibus uestris nihil fiat, quod cuiusquam offendat aspectum, sed quod uestram deceat sanctitatem.

*Sectio tertia; de honestate in aspectu, ceterisq; sensibus seruanda.*

Oculi uestri si iaciantur in aliquam fœminarum, in nullam figantur. Neque enim quando proceditis, fœminas uidere prohibemini; Sed appetere, uel ab ipsis appeti uelle criminosum est.

*Obiectio tacita & responsio.*

Nec solo tacito affectu, sed affectu quoque, & aspectu appetitur, & appetit cõcupiscentia fœminarum. Nec dicatis uos habere animos pudicos, si habeatis oculos impudicos; Quia impudicus oculus impudici cordis est nũtius. Et cũ se inuicem sibimet, etiam tacente lingua, cõspectu mutuo corda nuntiant impudica, & secundum concupiscentiam carnis alterutro delectantur ardore: etiã in tactis ab immunda uiolatione corporibus, fugit castitas ipsa de moribus.

*Rationes cur oculus in mulieres non sit figendus, & mala, quæ ex impudico aspectu sequuntur.*

1 2 Nec putare debet qui in fœminã figit oculum, & illius in se diligit fixum, ab alijs non se uideri, cum hoc facit, uidetur omnino, & a quibus 3 se uideri non arbitratur. Sed & si lateat, & à nemine hominum uideatur, quid facit de illo desuper in4 spectatore, quem latere nihil potest? An ideo putãdus

est non uidere; quia tanto uides patientius, quãto sapientius? Illi ergo uir sanctus timeat displicere, ne uelit fœminæ malæ placere. Illum cogitet omnia uidere, ne uelit fœminæ malæ uideri. Illius nanque, & in hac causa cõmendatus est timor, ubi scriptum est, abominatio est Domino defigens oculũ. Quando ergo simul estis in Ecclesia, aut ubicunque fœminæ sint, inuicem uestram pudicitiã custodite. Deus enim, qui habitat in uobis, etiam isto modo custodiet uos ex uobis. Et si hanc, de qua loquor, oculi petulantiam in aliquo uestrũ aduerteritis, statim admonete. Ne mala cœpta progrediatur, sed de proximo corrigantur. Si autem post admonitionem iterũ, uel alio quoquam die ipsum eum facere uideritis, iam uelut vulneratũ sanandum prodeat, quicunque hoc potuerit inuenire. Prius tamen est alteri, uel tertio demonstrandum, ut duorũ, uel trium testium possit ore conuinci, & competẽti seueritate coherceri. Nec uos iudicetis esse maleuolos, quando hoc indicatis. Magis quippe innocentes non estis, si fratres uestros, quos indicando corrigere potestis, tacendo perire permittitis. Si enim frater tuus uulnus haberet in corpore, quod uelit occultari, dum timet secari, nonne crudeliter à te sileretur, & misericorditer indicaretur? Quantò potius debes manifestare, ne deterius putrescat in corde? Sed antequam aliis demonstretur, per quos conuincẽdus est: si negauerit, prius Præposito debet ostendi, si admonitus neglexerit corrigi: ne forte possit secretius correctus nõ innotescere cæteris. Si autem negauerit, tũc neganti adhibendi sunt alii etiam

Pro.16.24.

Exortatio pro pudicitia custodienda.

Sectio quarta de correctione, & ordine in correctione seruando.

2 Math.18.Io 8.Heb.10.2.cor.13.deut.19.

Indoctio ad correctionẽ ratio. rationes.

1

2

3 cui prius delictum, sit manifestandum.

*coràm omnibus, ut poßit non ab uno teste argui, sed à duobus, uel tribus conuinci. Conuictus uerò secūdum arbritriū Præpositi, uel etiā Præsbiteri, ad cuius dispensationem pertinet arbitrium debet emendatoriā subyre uindictam. Quam si ferre recusauerit, etiā si ipse non abscesserit, de uestra societate proiiciatur. Non enim & hoc fit crudeliter, sed misericorditer. Ne contagione pestifera plurimos perdat. Et hoc quod dictum est de oculo non figendo, etiā in cæteris inueniendis, indicandis, prohibendis, conuincendis, uindicādisq́ peccatis diligenter, & fideliter obseruetur cū dilectione hominum, & odio uitiorū. Quicunque autem in tantum progreßus fuerit malum, ut occultè ab aliquo litteras, uel quodlibet munus accipiat; Si hoc ultro confiteatur, parcatur illi, & oretur pro eo. Si autē deprehenditur, atquè conuincitur, secundum arbitriū Præpositi, ual Præsbiteri grauius emendetur.*

4. A quo & quomodo sint delicta punienda.

5. præceptum de modo seruādo in castigandis singulis delictis.

6. Proclamatio contra occulte munera recipientes, & pæna.

## CAP. QVARTVM

### De custodia indumentorum, & pietate infirmis exhibenda

VEstes uestras in unū habeatis sub uno custode uel duobus, uel quot sufficere poßint ad eas excutiendas, nè à tinea ledātur. Et sicut pascimini ex uno cellario, sic induamini ex uno uestiario. Si fieri potest, ad uos non pertineat quod uobis indumentum pro temporum congruētia proferatur, Utrū hoc recipiat unus quisq́ quod deposuerat, an àliud, quod

Sectio prima, de custodia uestimētorū, eorūq́; oportuna, & communi prouisione. 1. 2. 3.

Exortatio in receptione uestimentorum.

*quod alter habuerat: dum tamen unicuiq; prout cuiq; opus est, non negetur. Si autem hinc inter uos contentiones, & murmura oriuntur, dum conqueritur aliquis se deterius accepisse, quàm prius habuerat, & indignũ se esse, quod non ita vestiatur, sicut alius frater eius uestiebatur: Hinc uos probate quantùm uobis desit in illo interiore sancto habitu cordis, qui pro habitu corporis litigatis. Sed tamen si uestra tolleratur infirmitas, ut hoc recipiatis, quod deposueratis, in unum tamen locum, sub comunibus custodibus habere quod ponitis. Ita sanè ut nullus sibi aliquid operetur; sed omnia opera uestra in unum fiant maiori studio, atq; frequentiori alacritate, quàm si uobis singuli propria faceretis. Charitas enim, de qua scriptum est quod non quærit quæ sua sunt, sic intelligitur, quia comunia proprijs, non propria comunibus anteponit. Et ideo quanto magis rem comunem, quàm propria uestra curaueritis, tãtò uos amplius proficere curaueritis. Ut inomnibus, quibus utitur transitoria necessitas, supereminet quæ permanet charitas. Consequẽs ergo est, ut etiam cum quis suis filijs, aut aliqua necessitudine ad se pertinentibus in monasterio costitutis aliquam contulerit uestem, siue quodlibet aliud inter necessaria deputandum, non occultè accipiatur: Sed sit in potestate Præpositi, ut in rem comunem redactũ, cui necesse fuerit, præbeatur. Quod si aliquis rem sibi collatam cælauerit, furti iudicio condemnetur. Indumẽta uestra secundum arbitrium Præpositi lauentur siue à uobis, siue à fullonibus: Ne interiores animæ sordes contrahat mundæ uestis nimius appetitus.*

4. ratio ualidissima qua omnem contentionem de medio tollit in receptione indumentorum.

5. moderatio præcepti pro imbecillibus in receptione uest.

6. inductio ad comunes operationes.

1. ratio inductionis

7. inductio secunda ad easdem operationes comunes, et ad proprietatẽ ab negandã.

8. moderatio præcepti

9 pœna contra transgressores præcepti.

10. de lotione indumẽtorum, eorumq; moderamine.

Sectio secunda, de pietate, cura & medicamentis infirmis exhibendis.

1. declaratio precepti. 1. 2. 3

3. de modo incedendi. 1.

4. de cura in tollenda infirmorum debilitate post eorũ agritudinem.

5. de pietate ministrorum in dispensando.

6. de lectione, & tempore lectionis.

7. de modestia ministrorum in distribuendo.

*Lauacrum etiam corpori, cum infirmitatis necessitas cogit, minime denegetur. Sed fiat sine murmure de cõsilio medici: ita ut etiam si nolit, iubente Præposito, faciat quod faciendum est pro salute. Si autem velit, & forte non expedit, suæ cupiditati non obediatur. Aliquando enim etiam si noceat, prodesse creditur, quod delectat. Deniq; si latens est dolor in corpore, famulo dei dicenti quod sibi doleat sine dubitatione credatur. Sed tamen utrum sanãdo illi dolori quod delectat, expediat, si non est certum, medicus consulatur. Nec eant ad balnea, siue quocunq; ire necesse fuerit, minus quã duo, vel tres. Et ille qui habet aliquò eundi necessitatem, cum quibus Præpositus iusserit, ire debet. Aegrotantium cura siue post ægritudinem reficiendorũ sine aliqua imbecillitate, etiam sine febribus laborantium uni alicui debet iniungi, ut ipse de cellario petat, quod cuiq; opus esse prospexerit. Siue autem qui cellario, siue qui vestibus, siue qui codicibus præponuntur sine murmure seruiant fratribus suis. Codices certa hora singulis diebus petantur, extra horam qui petierit non accipiat. Vestimenta uero, & calciamenta quãdo fuerint indigentibus necessaria, dare non differant sub quorum custodia sunt quæ poscuntur.*

## CAP. QVINTVM

### De fraterna dilectione.

Sectio prima, quæ proclamat contra perturbatores pacis & tria mala ostendit. 1. 2. 3.

*Lites aut nullas habeatis, aut quam celerrime finiatis: ne ira crescat in odium, & trabem faciat*

*de festuca, & animam faciat homicidam. Sic enim legitis, qui odit fratrem suum, homicida est.*

*Sectio secunda de satisfactione ex parte offendentis, & remissione ex parte offensi.*

*Quicunque conuitio, uel maledicto, uel etiam criminis obiectu aliquem læserit, meminerit Satisfactione quãto citius curare quod fecit ille, qui læsus est, sine disceptatione dimittere. Si autem inuicem se læserint, inuicem sibi debita relaxare debebunt propter orationes uestras, quas utiq; quantò crebriores habetis, tãtò sanctiores habere debetis. Melior est autem qui quãuis ira sæpe tentetur, tamen impetrare festinat, ut sibi dimittat, cui se fecisse agnoscit iniuriam, quàm qui irascitur, & ad ueniam petendam tardius inclinatur.*

*3. ratio excitatas ad ueniam postulandam.*

*Qui autem nunquam uult petere ueniam, aut non ex animo petit, sine causa est in monasterio, etiam si inde non proijciatur. Proinde uobis a uerbis durioribus parcite. Quæ si emissa fuerint ex ore uestro, non pigeat ex ipso ore proferre medicamenta, unde facta sunt uulnera.*

*4 proclamatio contra neglectorum præcepti.*

*Quando autem necessitas disciplinæ in moribus cohærcendis dicere uos dura uerba cõpellit, si etiam ipsi modum uos excessisse sentitis, non a uobis exigitur, ut a uobis subditis ueniam postuletis; ne apud eos, quos oportet esse subiectos, dum nimium seruatur humilitas, Regendi frangatur authoritas. Sed tamen petenda est uenia ab omnium Domino; qui nouit etiam eos, quos plus iusto forte corripitis, quanta beneuolentia diligatis.*

*5. modus seruandus quando prælatus in cohercendis delictis excedit.*

*Sectio Tertia de uera dilectione.*

*Nõ autẽ carnalis, sed spiritualis inter uos debet esse dilectio.*

# CAP. SEXTVM

## De obedientia, & reuerentia Prælatis exibẽda, eorumq; conditionibus.

*Sectio prima de obedientia.*

*PRæposito tamquam patri obediatur, multo magis Præsbitero, qui omnium uestrum curam gerit.*

*Sectio secunda de prima conditione prælatorum.*

*Ut ergo cuncta ista seruentur, Et si quid seruatum minus fuerit, non negligenter præteriatur, sed ut emendandum, corrigendumq; curetur, Ad Præpositum præcipuè pertinebit, ut ad Præsbyterũ (cuius est apud nos maior authoritas) referat quod modum, uel uires eius excedit. Ipse vero qui vobis præest, non se existimet potestate dominante, sed charitate seruiente fœlicem. Honore coram vobis Prælatus sit vobis: Timore coram Deo Substratus sit pedibus vestris. Circa omnes seipsum bonorum præbat exemplum: Corripiat inquietos: Consoletur pusillanimes: Suscipiat infirmos: Patiens sit ad omnes. Disciplinam libens habeat, metuẽdus imponat, Et quamuis vtrũq; sit necessarium, tamen plus à uobis amari appetat, quã timeri, Sẽper cogitãs Deo se pro uobis redditurũ esse rationẽ.*

*Sectio tertia de pietate subditorum in prælatos.*

*Unde uos magis obediendo non solum vestri, sed ipsius etiã misereamini, qui inter vos quanto in loco superiori, tanto in periculo maiori versatur.*

## CAP. SEPTIMVM

### De obſeruantia mandatorum Regulæ, & modo obſeruandi.

*Sectio prima de dignitate Regula, & modo obseruandi.*

DOnet Deus ut obſeruetis hæc omnia, tamquam ſpiritualis pulchritudinis amatores, & bono Christi odore de bona ueſtra conuersatione fragrantes non ſicut ſerui ſub lege, ſed ſicut liberi ſub gratia conſtituti.

*Sectio secunda de uenia petenda à transgreſſoribus Regula.*

Ut autem uos in libello hoc, tanquam in ſpeculo poſſitis inſpicere, ne per obliuionem aliquid negligatis, ſemel in ſeptimana uobis legatur: Et vbi uos inueneritis ea quæ ſcripta ſunt, facientes agite gratias Domino bonorum omnium largitori. Ubi autem ſibi quicunq; veſtrum viderit aliquid deeſſe, doleat de præterito, caueat de futuro, Orans ut ſibi dimittatur, & in tentationem non inducatur. Amen.

BEATVS qui legit & audit verba Prophetiæ huius, & Seruat ea, quæ in ea ſcripta ſunt. Ap. 1.

# RELIGIOSORVM OMNIVM FAMILIIS

*ITERVM CHRISTO CONSECRATIS, & ad pietatem instructis sub Regula D. Augustini Patris optimi, & fœcundissimi MICHAEL Flor. Seruitarum minimus, S.P.D.*

SATIS *superq́ constat, Patres, & Fratres optimi,* DEI *benignitatẽ sũmo cum fauore cunctis hominibus singulari integritate, atq́ innocentia prœditis sese ultrò offerre, paßim consueuisse; atq́ ijsdem occasionem longè commodiorẽ, quàm ipsi optare sciant, etiam dare, ut quicquid bonæ rei animo conceperint, ritè, casteq́ tandem perficiant. Id quod inprimis, ut alia complura exempla silentio prætermittam, mihi quidem certè cõtigisse fateor, ut paulò fortasse liberius, quàm par est, uobiscum agam. Cum itaq́ mecum etiam, atq́ etiã sæpè cogitassem, uti Filiũ maximè decet, qui Paterni beneficij memoriã nequedum penitus abiecerim, aliqua ex parte, gratiæ aliquid Augustino Patri Sanctissimo (sed absit uerbo inuidia) etiamnunc referre. Quandoquidem illi me plurimum debere, præclarè satis intelligo, à quo tempore ipsius Regulã sequutus, Christo* DEI *Filio denuò me addixi. Et cum hanc meam cogitationem explicandi cupiditate maxima iandiù flagrarim;* DEVS *mihi tãdẽ in optatis, & in uotis occurrisse planißimè uisus est. Nam cùm* ZACHARIAS *Florent. Uniuersæ Religionis Seruitarum Moderator accuratißimus, cuius*

*causa uelle omnia semper debeo, magno omnium fermè Patrum consensu nouam nostrarum Constitutionũ institutionẽ à PIO V. Pont. Max. efflagitans, impetrauit; Quam cum proximo superiore Sextili unà cum Mare Magno, & D. Augustini Regula formis excudendam, ut sedulò curarem, suo iure mihi delegasset. In ea confestim fui sententia, ut DEI tandem beneficio tempus illud adfuerit, quo nõ solum Zachariæ iussui, uerùm etiam huic cupiditati meæ nusquam (ut arbitror) reprehendendæ optemperare liceret.*

*Quapropter non contentus, obseruationes aliquot in ipsius Constitutionibus interposuisse: nonnullas item immunitates, compluraq́; priuilegia, quæ inueteribus desiderabantur, ijsdem adiunxisse; Leges etiam omnes olim Mendicantibus irrogatas, cum quibusdã animaduersionibus in unum coegi. Operæpretium item fore existimaui, si Regulam ipsam cum aliquot interpretationibus distinctam, & illustratã emitterem. Cùm uerò emittendi tempus admodum breue esset: Bibliothecas omnes, quotquot Florentiæ habentur, atq́; inprimis Laurentianam illam tanti nominis, & Marcianam simul perquirere, & inuestigare non distuli. In quibus tres duntaxat inueni ipsius Regulæ Interpretes: uidelicet, Ugonem de Sancto Victore: Umbertum quendam Rectorem in Dominicana Religione Primarium: Et Ambrosium Choriolanum, qui Eremitanæ Familiæ itidem præfuerat. Cùm uerò, quæ prius in uulgus emanarat interpretatio, perquã breuis esset: ut reliquæ Permultis ignotæ, sed longæ nimium. Decreui tandem mediocritatem sequi, ac pari-*

*ter è tribus ipsis ea tantùm, quæ mihi usui magis, magisq; esse videretur, colligere, atq; vnam ita contexere, ita concinnare, nemini, quoad fieri poßet, satietatē afferret. Quod ipsum quantùm ex animi sententia sim consequutus, aliorum sit iudicium. Hanc itaq; Vobis omnibus ex Augustiniano instituto uitā piè, santeq; degentibus elucubrationem mitto, cuius inscriptio est-* DILVCIDARIVM. *Quo minus autem vllas omninò dubitationes uspiam habere posset, diligentiæ illud adhibere uehementer studui, vt ea in medium tantùm proferrem, quæ Virorum Theologicæ disciplinæ peritissimorum, Sanctissimorūq; iudicio sunt comprobata. Hunc deniq; laborem nostrum, cuiusmodicunq; sit, eâdem animi uoluntate summa, qua uobis illum consecrauimus, suscipite, & id genus alia ad immortalem Dei Opt. Max. gloriam, & D. Augustini Patris nostri laudem, à nobis, si vita suppeditaris, expectate. Atq; interim Valete. Floren. Ex ædibus D. Annunciatæ Tertio Non. Nouemb.*

MDLXIX.

## Dilucidarium in titulum.

### *Regula Beati Patris Augustini Episcopi.*

*REGVLAS tres edidisse hunc eximium Ecclesiæ Doctorem Augustinū asseuerāt singuli ipsius doctrinæ obseruatores attentissimi, & huius pientissimi Canonis dilucidatores grauissimi: inter quos præcipuus sese nobis offert Ambrosius chortolanus quoddā sacri heremitarum ordinis Generalis Prior singularis: qui in suis cōmentarijs mellifluis refert, quòd cum diuus Augustinus iam nigra cuculla indutus, zona pellicea cinctus; atq; catholicus christianus factus: pia expostulante matre in Patriam remeare statuisset, licentia permissa à Sācto Antistite Ambrosio, & à Beato Simpliciano quibusdam fratribus receptis, vt vnà cum illis in Africa monasterium erigeret: ac in Sancto proposito cum illis cænobitis Heremiticè famularetur altissimo, tandem ex liguria in Thusciam venit, vbi cum audisset quosdā Dei Seruos in montibus Pisanis Heremiticam ducere vitam, mox illos adiuit, vt cum eis pabulo diuinæ pasceretur dulcedinis; at cognito eorū Sancto proposito Deo famulandi, uehementer hortatus est eos, vt collegialiter viuerent, & vitam ducerent apostolicam, qua nulla potest inueniri præstantior, nullaq; Deo gratior, et acceptior: cuius monita salutaria, & exortationes cœlestes humiliter suscipientes deprecati sunt eum, vt in scriptis redigeret, quæ obseruanda iuberet: quorum omnium uota suscipiens, primam conscripsit Regulam, quæ incipit comuni diffinitione decernimus, et cæt. quam omnium habitantium ibidem propria manus subscriptione munitam, voto, ac iuramento obseruandi quæ in ea scripta erant firmatam, illis tenendam, atq; obseruandam tradidit: at cum in hac prima de dilectione dei, & Proximi; atq; de modo orādi, & psallendi non dedisset mandata; ob eam rem ante suum ab illis discessū, secundam composuit Regulam, eisq; dedit: cuius initium est. ante omnia fratres carissimi diligatur Deus deinde Proximus. Qualiter autem oporteat nos orare, & cæt. quam quidem Regulam Secundam pariter deinde tradidit fratribus, quos in primo; & secundo monasterio congregauit; quæ in Affrica construxit. Factus perinde Episcopus in vtriusq; suplementū, ac illustriorem dilucidationem tertiam dictauit illis perfectiorē, completiorē, discretiorē, et humanæ fragilitati coaptabiliorē; quā tàm clericis suis, quos in Episcopatu suo ad comunem viuendi modum*

*Regula prima.*

*Regula secunda*

*reduxit, quàm eius Heremitis, quos dispersos per diuersa nemora ex diuersis locis antequã esset Episcopus congregauerat, voluit esse commune: cuius exordiũ est.* Ante omnia Fratres carissimi diligatur Deus. deinde Proximus. quia ista præcepta sunt principaliter &c. *de qua in præsenti titulo est sermo: ex quo planè titulo apertè, lateq; patet intentio authoris, siue materia in hoc sacro Canone pertractata, nec non ingens, ac ineffabilis eiusdem Canonis vtilitas, atq; dignitas, pariterue nomen authoris: patet inquã primo Magistri Scopus, ac materia pertractatæ fructus eximius, nam iuxta Isidori sententiam Regula sic appellata est: eò quòd retro idest sursum ducit: nec aliquando deorsũ trahit: & Priscianus astruit Regulam quasi Regentem mensuram: at verò in hoc sacro Canone norma, ac mensura recte viuendi traditur, quid sequendum, & quid euitandum sit proponitur: quomodo sursum sit ascendendum, & quomodo deorsum non sit corruendum ostenditur; distorta diriguntur, & praua directa fiunt, & septem denique. s. Religionis status insinuantur: Sed vt ordinatè incedamus, & simul, ac semel vtilitatem cum materia pertractata in hac Regula, siue clarissimo speculo, (vt eiusdem authoris verbis vtamur) inspiciamus; obseruãdum quòd Pater, & Preceptor iste pientissimus. docet in primis quòd ante omnia diligendus, amandus, & colendus est Deus. deinde qua dilectione amplexandus sit proximus: proinde quo pacto in monasterio cõstituti, vnanimes habitare debeant fratres habentes cor vnum, & animam vnam in Deo: iubet præterea omnẽ abdicari proprietatem; & omnia habere comunia (magna tamen intercedente discretione) quia non æqualiter valent omnes: docet insuper qualiter pauperes, & qualiter diuites ad Religionem venientes in monasterio sint tractãdi, & qualiter ipsi se gerere debeant ostendit: verum cum omnis Religio ad diuinum cultum sit potissimum instituta qualiter, & qua hora sit orandũ, psallendumq; demandat: Subsequenter præcepta domandæ carnis tanta moderatione decernit, vt nullis vigilijs, aut abstinentijs domare corpus iubeat, nisi quantum bonæ valetudinis sit satis: quantum etiam hoc in loco compatiendum sit infirmis demonstrat: Sic deinde silentium præcipit seruandum, vt sine tumultu, et contentione omnia esse audienda iubeat: Sic præterea contemplationi suæ Regulæ obseruatores decernit in mensa, vt magis percipiendi diuini verbi, quàm summendi cibi gratia eos ad eamdem mensam accedere velit: in incessu, statu, habitu, & in singulis moribus apponit moderamen: non in re solum, sed in affectu, & sic statuit pudicitiam seruandam, vt abhominationem esse dicat defigentem oculum. describit rursus qui in corripiẽdis fratribus modus; qua*

Regula tertia.

Regulæ ethimologia.

Epilogus eorum, quæ in Regula habentur.

*ne forma teneri debeat: perinde de confessione peccatorum, de odio vitiorum; de suscipiendis muneribus, de conseruandis monasterii bonis; de illorum vsu; de ægrotorum seruitio; De dirimendis litibus; de dimitendis iniuriis. De subditorum obedientia; atq; reuerentia in Prælatos; deque Prælatorum conditionibus quàm breuia, & salutifera mandata conscribit: tandem pro dictorum præceptorum obseruantia, Deum omnipotentem exorat; præclaramq; ad omnes facit exhortationem, vt ea, quæ in hoc libello, tamquã in speculo, ne per obliuionem negligantur, crebro inspiciantur: hæc igitur sic summatim collecta proponit Canon iste, ex quibus euidentissimè insinuatur huius libelli fructus, & materia: Authoris propositum, & finis: quin potius, & consentanea, & optima primæ partis tituli inscriptio: cum. s. dicitur* Regula *cui cæteræ succedũt particulæ videlicet* Sancti patris Augustini Episcopi. *Ex quibus nimirum verbis præceptoris desumitur nomen; & eiusdem Regulæ dignitas, atq; præstantia: ab illo nanq; Augustino Sanctissimo edita est, qui à Deo robur fidelium, firmamentum fidei, calchar virtutum, flagitiorum flagellum; Heresum malleus; errorum gladius; superborum terror; Armonia calorum; Tuba Angelorum; Fulmen Tonãtis, & tandem Ecclesiæ Doctor præcipuus constitutus est: quem Antistes Ambrosius affirmauit in Aram, Templum; & Sacrificium diuinium electum fuisse: Cuius doctrinam Gregorius Romanorum Pontifi. max. Sic magnificabat. vt fursurem ægregia sua opera in comparatione illius reputaret: quod pariter omnes præstantissimi viri, & diuinarum, & humanarum literarum sectatores astruere non sunt ueriti: Ob id huius Regulæ dignitas, quin potius primatum, excelentiaq; summa inter cæteras Regulas approbatas, vt est illa Diui Basilij, Diui Benedicti, & Diui Francisci, pari omnium voluntate, complectenda venit: quemadmodum, & præmemoratus chortolanus; & Reu. Vmbertus olim Sacri ordinis Prædicatorum Generalis Magister amplissimus, plurimis rationibus, (& quidẽ validissimis) in suis expositionibus contestati sunt. quæ omnes, breuitatis gratia in præsentiarum dimittẽtur. & eam tantum in medium afferre non grauabor; quæ, & auditorũ animos ad admirationem excitabit, & aduersariorum (Si qui sunt) sẽtentias veritati acquiescere coget Sub hac etenim Regula ab Augustino tanquã in fide patriarcha summo Religiones 40. præclarissimæ (& forsan plures) in Domino progenitæ Sunt. quas in loco præsenti designare consentaneum erit: in quarum descriptione non quidem dignitatis, sed temporis prioritatem insequemur: nec mirum cuipiam videatur, si illarum omnium non recensetur initium: id enim post multas vigilias ad notitiam haud venire potuit. In primis igitur (si fides adhibẽda est,*

Augustini Laus.

Quadraginta Religiones sub Regula D. Aug.

Primus ordo.

ijs, quæ hac vsq; prælibata, & quæ validissimis rationibus à Choriola no approbata exiſtũt) ſeſe nobis offert ſacra Heremitarũ Religio, quæ deinde ſub Innocentio tertio indultis, & priuilegijs coheneſtata, & in Concilio lateraneuſi 1215 celebrato nulla adhibita confirmationis ſolemnitate (Archipræſul Flor: teſte in. 2. volum. Hiſto.) in Pontificio Regiſtro obſignata: a qua undecim cõgregationes tãquam à matre fecundiſsima pro fidei Sanctæ defenſione in lucem æditæ ſunt: videlicet.

vndecĩ cõgregatione ab Heremitana Religione progenitæ.

1400 congregatio S. Ioannis de Carbonaria in terra laboris.
1408 congregatio Sancti Saluatoris in Hetruria.
1420 congregatio Peruſina: aliàs ſãcta Maria de populo in Vmbria.
1440 congregatio omnium maxima Lombardia per totam Italiam.
1460 congregatio Sanctæ Mariæ montis hortoni Venetijs.
1480 congregatio Ianuenſis in Lombardia.
1500 congregatio Apuliæ aliàs Dulceti
1500 congregatio Calabriæ aliàs Lampanorum.
1500 congregatio Dalmatiæ.
14.. congregatio Andreæ Proles in Germania
1551 congregatio S. Pauli primi Heremitæ in Italia, & Hiſpania.

Secundus

quæ ſingulæ ab arctiori vita inſtituto colligatæ ſub vnius Generalis Prioris obedientia degunt. Huic autẽ Religioni ſuccedit, vel potius pari paſſu incedit, ne dicam antecedit illuſtris Canonicorum regularium congregatio, & ipſa pientiſsimi Auguſtini fecundiſsima filia, quæ (au thoribus Vincentio in l. 27. Hiſt. cap. 51. & Archip. Flor. in 2. Hiſt. volum:) tempore Gregorij ſeptimi refflorere cæpit, in eccleſia B. Quirini Bellouacenſis ſub Vener. viro Iuone eiuſdem eccleſiæ præpoſito, & deinde carnotenſi Epiſcopo: at quis horum canonicorum habitus extiterit inuenire difficile eſt, cum diuerſis in locis diuerſi reperiãtur habitus. authore nanq; Cronicarum ſuplemento Alij albo veſtiũtur habitu cũ haſta ſuperiori linea; alij tunica nigra cum haſta deſuper linea, & alba: vt pleriq; cathedralium canonicorum in Gallis conſtituti. Alij verò habitu tantumodo albo, & clamide alba: alij cum tunica nigra, et rocchetto nigro ſine ſcapulari, Sed cum capuccio ſecularium more ſacerdotum: Alij etiam cum laneo ſcapulari albo: & haſta ſupra Rocchettum: Alij quoq; cum linea camiſa; clamideq; deſuper nigra: Sed biretto albo: Repiuntur etiam alij cum camiſa linea incedentes more epiſcoporum. & birretto nigro: & con pluris alii inter ſe diſtincti quapropter huius rei arduum eſt veritatem aſſerere: ob id ad cæteros accedamus ordines: qui huiuſmodi dilectiſsimos natos inſequuntur ſcilicet.

Tertius.

Ordo gradimõtenſis, vel grãdimõtenſis à Patre Stephano de Auernia Regionibus mira Sanctitate viro excitatus M. 26.

*Ordo Præmonstratensis à Nortberto de partibus lotaringiæ oriundo. M. 97 institutus.* **Quartus**

*Ordo Sacræ militiæ Sancti Ioannis baptistæ Hyeros: à mercatoribus apud eam ciuitatem commorātibus In eadem ciuitate M. 97. auspicatus, in primis vt infirmos, & peregrinos vtriusq; sexus in duobus venerabilibus monasterijs à se constructis piėissime reciperent; ob eam rem hospitalarius ordo primum à Patriarcha Hyerosolimitano dictus est: decretumq; vt ipsius sectatores crucem deferrent albam in dextera pectoris parte: qui deinde (Hyerosolima deperdita) cum in Rhodum insulā sese recepissent, turchosq; penitus eiecissent, ac 1308. ipsam quasi dirutam Christianorum suffragijs instaurassent, fidelibusq; cunctis ad loca sancta uisenda magno extitissent auxilio Rhodiani milites appellari promeruerunt: verum cū Maumethus othomanus Turchorum princeps, & Imperator post duo imperia, duodecimq; Regna, & plerosq; alios potentatus hanc etiam Rhodiam ciuitatem ingenti sui exercitus interitu (pactione prius sancita) in ditionem suam 1520 redegisset: & deniq; Melitæ insulam adepti essent melitenses milites postmodum sunt dicti: quam quidem insulam deinde validissime ab infidelium impetu 1566. texerunt.* **Quintus**

*Ordo Canonicorum Regularium à beato Ruffino, siue Arnulpho Abbate, ac Lugdunensi Episcopo prædicatione, & doctrina eximio institutus, qui cum Romæ nimium in quosdam inueheretur, eorumq; pōpam improbaret de medio secretè sublatus est, nec tanti sceleris auctor vnquam potuit inueniri.* **Sextus.**

*Ordo Templariorum militum apud Hierosolimam, & ipse excitatus. 1128. ab Vgone Pagano, & Ghotfredo S. Alexandri, vt Peregrinos. s. ad loca sacra visenda accedentes summa pietate susciperet, cuius sectatores cum secretiores sacri Templi partes incolerent, à Patriarcha Hierosolimitano Templarij sunt appellati, clamidemq; albam cruce rubea obsignatam deferendam statutū est, quos D. Bernardus in suis sermonibus modo laudat, modo increpat. Veruntamen cum in multis postmodum prolapsi fuissent vitijs à Christianis comprehensi tamquam infideles, & Heretici interfecti sunt, & ita huiusmodi Ordo extinctus est, cuius bona alijs ordinibus distributa fuere.* **Septimus.**

*Ordo Teutonicorum S. Mariæ à quodam Teutonico (cuius nomen desideratur), & ipse in Hierusalem 1136. vt Teutonicis Peregrinis necessaria subministraret, eosq; armis contra infideles tueretur constitutus, & ab eodem Patriarcha cruce nigra obsignatus est: cuius sectatores post sanctæ Ciuitatis iacturam, cum in Germaniam remearent Prouinciam illam (Prussiam vulgo dictam) è manibus infidelium surreptā* **Octauus.**

*in suam dictionem redigerunt.*

Nonus. *Ordo Crucifererorum (cuius authorem quidam D. Quiricum Episcopum, & Martyrem tempore Constantini magni, & Helenæ Matris fuisse tradunt, Sed postmodum à Iuliani apostatæ persequutione ad nihilum redactum) ab Innocentio denique. 3. in sacro concilio Lateran: 1215. excitatus: idq; affirmant plurimi quàm maximè factum esse eo quòd Albamensium pestifera insurrexerat hæresis; quæ tantam in populo Romano, atq; clero excitauerat seditionem, quantam vnquam antea, Quamobrem Pont. summus multos contra eos cruce signatos impulit arma suscipere: quibus deuictis prædictũ Crucifererorum ordinem ob literarum instaurauit, quem pariter ordinem incredibili dilectione prosequens Innocentius. 4. constitutiones edidit, inter cæteraq; imposuit Crucem in manibus iugiter deferendam.*

Decimus. *Ordo Prædicatorum velut nouum Sydus, & splendidissimus sol inter densissimas peccatorum tenebras à Beato Dominico Calarega in Hispania ex nobili Gusmanorũ familia nato ac Oxomẽsis Ecclesiæ Canonico Regulari excitatus 1215 vt hæreses pestiferas tolleret, & Crucis inimicos deuinceret, à quo hucusq; tres progeniti sunt Romani Pontifices sanctissimi, innumeriq; Viri Cardinea, atq; Archiepiscopali, nec non, & Episcopali dignitate insigniti, plurimiq; alij inter sanctos ascripti.*

Vndecimus. *Ordo Seruorum B. Mariæ semper Virginis Florentiæ à septem Ciuibus Mercaturam facientibus constitutus, exoreq; Infantium, & Lactentium ipsius sectatores Serui Beatæ Mariæ nuncupati, qui deinde ab Innocentio Quarto, cæterisq; alijs successoribus priuilegiis innumeris, ac indultis communitus initium sumsit. 1233.*

Duodecimus. *Ordo militiæ Sãcti Georgij ab Eduardo tertio 1350 institutus cuius sectatores vulgo caualieri di Gerrettiera dicuntur.*

Tertius decimus *Ordo S. Antonij Herminorum vulgo nuncupatus à Diuo Antonio (vt fertur) institutus, & à Bonifatio octauo 1294. experge factus ad hospitalitatẽ potissimum electus, cuius sectatores præsbiteri Regulares in pectore. T. ceruleũ deferunt.*

Quartus decimus *Ordo pœnitentiæ Sanctæ Mariæ Magdalenæ a venerabili viro Bal tramo progenitus 1412.*

Quintus decimus. *Ordo Brigidinorum à prudentissima muliere Brigida suetiæ Princi pe, ac Domina de nouò excitatus 1367 (cũ à Beato Basilio primum institutus feratur) quo anno mulier hæc sancta Diuino impulsa spiritu cum magno, & honestissimo comitatu Romam venit, & Religionem hanc confirmandam promeruit. At cum sub Martino. 5. continua dissensio excitata fuisset. aliquibus d. cti ordinis separationem mulierum a Viris Religiosis procurantibus, alijs verò contradicentibus ob institutoris re-*

*uerentiam; demum per Eugenium 4. decretum est ordinem scilicet sic permansurum, vt in principio fuerat institutus.*

*Ordo Iniesuatorum apud Senarum Vrbem progenitus 1367. ab Vrbano. 5. approbatus, in eiusq; protectionem suus ipsius nepos vir grauissimus confestim constitutus est, qui mox ad honestandum Religionis habitum authoritate sibi concessa animum appulit Criseamq; clamidem desuper deferendam sine calciamentis contulit, atq; eundem ordinem gratijs, & priuilegiis multis communiuit, & per speciale priuilegium huius Religionis fratres clericos apostolicos nuncupauit.* — **Sextus decimus.**

*Ordo Diui Hieronymi ex tertio ordine Seraphici Francisci à Rheno Mōtis Granelli comite, & Gualtero marso Viris mirè sanctitatis apud Fesulanam Hatruriæ vrbem progenitus 1407. quem Gregorius 12. priuilegijs, & indultis communiuit, & Eugenius deinde 4. iterum approbauit, ac in memoriam pristini habitus Criseam Tunicam cum clamide similiter Crisea deferendam concessit.* — **Decimus septimus**

*Ordo Canonicorum Regularium Congregationis Sancti Saluatoris à Stephano Senensi, sexq; alijs socijs viris sanctissimis olim ordinis Heremitarum Patribus excitatus 1408. ita decernente Gregorio 12. qui prædicto Stephano ascito huiusmodi congregationem instituens ipsum Priorem Generalem ordinauit, habitumq; album cum scapulare, & Rochetto, clamidemq; nigram à sectatoribus deferrendam instituit.* — **Decimus octauus.**

*Ordo Monacorum Heremitarum D. Hieronimi iandiū institutus, & collapsus tandem anno. 1411. à venerabili Lupo Hyspaliensi ipsius ordinis Priori instauratus, & nouis constitutionibus, nonaq; Regula ex dictis Beati Hyeronimi excepta reintegratus, & à Martino subinde quinto approbatus, qui Regula Diui Augustini sublata, sub qua militabant prædicti fratres, Regulam à Lupo editam ipsis obseruandam imposuit.* — **Decimus nonus**

*Ordo Canonicorum Regulariū Congregationis olim frisonariæ, nūc lateranensis apud Hetruriam dum Pisis Synodus haberetur in Lucensi agro Monasterio Frisonariæ olim ab illustri Methilda commitissa conditio à quodam fratre Iacopo Brixiano ord. Prædicatorum S. Dominici instituitus. 1411. & à loco ipso frisonaria congregatio appellata, quæ cū deinde ab Eugenio 4. in lateranensi ecclesia esset deducta, non amplius frisonaria sed lateranensis est nuncupata, maximumq; incrementū, & virorum illustrium, & multorum locorum breui suscepit. Huius autē sectatores clamidem, biretumq; nigrum cum rocchetto deferunt.* — **Vigesimus**

*Ordo Canonicorum Regularium congregationis S. Spiritus, quorū initium Venetijs sumpsit, duobusq; tātum monasterus (vt fama est) vtitur.* — **Vigesimus primus.**

Vigesimus Secundus. *Ordo Canonicorum Regularium Congregationis S. Marci birectũ more Præbiterorum gestantiũ, cuius initiũ Mantuæ (vt fertur) sũpsit.*

Vigesimus tertius *Ordo militiæ B. Mariæ de mercede in vrbe Barchinona Cotelonia institutus cuius sectatores deputantur ad redẽptionem captiuorum, & cum cruce rubea in pectore obsignata incedunt.*

Vigesimus quartus. *Ordo Sanctissimæ Trinitatis, cuius caput est Luthesciæ Parisiorum qui pariter ad captiuos redimendos institutus est, atq; ordo de Mercede nuncupatur, cruceuè obsignatus, tùm rubea, tum cærulea.*

Vigesimus quintus *Ordo militiæ D. Hieronymi, qui apud Hyspaniam ditissimus est, cuius sectatores in maximo habentur pretio, nec vnquam pedestres, sed equestres incedunt, quem ordinem, & Carolus. V. christianorum Imperator ingressus est.*

Vigesimus sextus *Ordo militiæ D. Iacobi vulgò Cauallieri di S. Tiago.*
Vigesimus septimus *Ordo fontis embrandi*
Vigesimus octauus *Ordo Vallis scolarum*
Vigesimus nonus *Ordo Vallis Caulium*
Trigesimus *Ordo Humiliatorum S. Gulìermi*
Trigesimus primus *Ordo S. Pauli primi Hæremitæ*
Trigesimus secundus *Ordo Cruciferorum cum stella*
Trigesimus tertius *Ordo Sancti spiritus in saxia*
Trigesimus quartus *Ordo Sancti Petri confessoris de mangella*
Trigesimus quintus *Ordo Sancti Gilberti de semprignana*
Trigesimus sextus *Ordo Sanctæ Eulaliæ*
Trigesimus septimus *Ordo victorianorum*
Trigesimus octauus *Ordo ferreriorum*
Trigesimus nonus *Ordo clamidatarum.*
Quadragesimus. *Et plerìq; oblatorũ ordines, qui quidẽ ordines sub huius sanctissimi Patris, & Patriarchæ Augustini Regula progeniti in Domino militant, ob id inter omnes alias Regulas nobilissima, & præstantissima hæc digna est appellari.*

## DILVCIDARIVM IN DVBItationes Tituli.

*Qværitur primò an cuncta, quæ in hac Regula D. Augustini continentur cadant sub præcepto, & an eiusdem Regulæ professores, transgressores facti mortaliter peccent, præsertim cum in initio eiusdem Regulæ habeat hæc verba videlicet.* Hæc sunt, vt obseruetis præcipimus.

*Respondetur*

RESPONDETUR quòd sicuti Seruatoris nostri verba omnia nequaquam sub præcepto ineuitabili cadunt, nec eorum transgressores æterna vinciunt pœna: itidem nec singula, quæ in hoc sacro Diui Augustini canone habentur, ineuitabilis præcepti rationē continēt: & quāuis Sāctus pater præceptorio vtatur verbo, id ad maiorem expressionem suæ intentionis, suæq; voluntatis agit: & deniq; ne daretur occasio minus curandi humanæ pigritiæ sua Regulæ mandata: quòd pariter faciundum ostendedit pientissimus Dominus noster apud Mar. præcipiens Apostolis ne quid tollerent in via, nisi virgam tantum. Verum vt id illustrius euadat obseruatione dignum est, quod habetur in verbis diuinis: quòd ibi videlicet quædam reperiuntur, quæ habēnt in se modum, & intentionem præcepti: vt illud hoc est præceptum meum: Diligite inimicos vestros, & cæt. id generis: quædam verò sunt, quæ habent modum præcepti; Sed non intentionem præcepti, vt euidentissimè apud D. Mar. insinuatur; quando Dominus præcepit ijs; qui surdum adduxerant, ne cui dicerent eius curationem: ipsi vero inquit Euangelista magis clamabant: ob quem clamorem nequaquam pœna digni fuere, & hoc pacto se habent cuncta, quæ hic sacrum comprehendit canon: ea etenim, quæ ad obedientiam, paupertatem, continentiam, vnitatem & his similia attinent, vtique modum, intentionemq; præcepti habēt, & transgressores pœna ligantur æterna: quæ vero ad vltimam carnis domationem, ad cauendam omnem notabilitatem in omni motu, gestu, & cætera his similia pertinent, habent profectò modum præcepti, Sed non intentionem: dumodo non contemnantur: tunc etiam huiusmodi contemptores lethali culpa sunt astricti: ob id scribit D. Bern. contemptus vbiq; damnabilis; neglectus vbiq; culpabilis. Sanctus Archipræsul Ant. in tertio volum. suæ Hystoriæ in fine hoc idem declarans hanc affert in medium distinctionem videlicet verbum præcipio non semper accipitur necessitatiuè, & potentialiter, Sed interdum persuasiuè, & doctrinaliter: Sicut artium doctores inquiunt: & his duobus modis in hac Regula accipitur: dicitur cū præcipimus: Hoc idē fatetur Ioannes Dominij Cardinalis Flor. D. Ant. præceptor: his verbis scilicet: in Regula quædam supponuntur, vt substantialia: ut omnia præcepta Dei, & Ecclesiæ: & tria vota principalia, & ista obligant ad mortale transgrediendo: Quædam apponuntur in Regula, vt media, et declaratoria: & illa sunt, quæ determinant principaliter, qualiter præsupposita debent seruari, vt de rixis non habendis; & iniurijs non faciendis, aut quam celerrime finiendis pro præcepto charitatis seruando: quòd Præposito idest Priori, vel Presbitero .i. Episcopo obediatur, declarat modum obedientiæ: quòd fœminas appetere, vel appeti uelle crimi

V.D.Tho. 2.2.q.186. art. 9. in responsio.

Mar. 6

Io. 15.
Mat. 5.

Mar. 7.

Verbum præcipio non semper obstringit.

D. Ber.
D. Ant.

Io. Do.

nosum est, exornat uotum castitatis: Sed maximè videtur textus Regulæ instare circa perfectissimam expropriationem in particulari, ut quòd habeant victum sub vno cellario: vestitum sub vno vestrario, & libros sub vno librario, & quòd nullus accipiat literas, vel quomodolibet munus, & ista similiter videntur cadere sub præcepto. nec licere alicui inferiori Regulam sine causa ineuitabili dispensare; Alia verò in Regula ponuntur, vt iuatoria ad ornatum Religionis, & ista non obligant: nisi sicut consilia, vt illud carnem vestram domate ieiunijs, & illud codices singulis diebus petantur: & huiusmodi: hæc ille: ex quibus, & ex superius prænotatis facile infertur quonā pacto Regula hæc suos sectatores obstringat, & quomodo non.

QVÆRITVR occasione eiusdem tituli an profitentes Regulā D. Augustini, & transgressores facti, æqualiter peccent.

D. Ant.

Respondetur ex D. Ant. in tertia parte sum. T. 16. §. 4. quod quis tripliciter potest professionem emittere. primo promitendo se seruaturum Regulam: secundo asserendo se victurum secundum Regulam: Tertio adiurando se velle obedire secūdum Regulam: qui primo modo professionem emittunt arctius obligantur: nam adamussim omnia in ea contenta se seruaturos pollicentur: & huiusmodi professionem solent minorita profiteri adiurantes se profiteri Regulam sancti Francisci: Qui verò secundo modo aiunt secundum regulam. leuius profitentur tunc enim ij intendunt ad hoc vt mores suos informent secundum Regulam, sicut quoddam exemplar exhibitum: & secundum quod disponitur in Regula: Qui deniq; tertio modo uouent, cautissimè promittut & leuissimè se obstringunt: eorum nanq; professioni non contrariatur nisi id, quod est contra præceptum Regulæ: in alijs verò transgresio, uel omissio obligat solum ad ueniale: quapropter ex his patet ad quæsitum responsio.

Tripliciter potest quis profiteri diui Aug. Regulam.

## DILVCIDARIVM IN Prohoemium.

ANte omnia fratres carissimi diligatur Deus deinde proximus. quia ista præcepta sūt principaliter nobis data. Quisquis excitate hanc diuinam Regulam excutiet, eam in duas primarias sectiones distribuendam astruere non dubitabit: in prohemium scilicet, & tractatum: quarum Prior è præmemoratis verbis exordiū accipit: posterior verò ibi initiū sūmit, cū infertur. Hæc igitur sunt: &c. nec id mirum profectò cuipiam videri debet,

*quemadmodum enim vnusquisq; scientificus artifex tùm humanus, tum diuinus, in fronte cuiuslibet sui operis præfationem quamdam statuere consuescit, vt deinde auditorum animos conciliet, beneuolos efficiat, attentosq; reddat ad ea, quæ præponere decernit, itidem, & pientissimus iste Pater hanc suam suauissimam Regulam in Religiosorum uirorum cordibus inscribere exardescens, prohemium in initio eiusdem Regulæ collocat, simuluè beneuolentiam captat: primum cum dicit* fratres carissimi: *deiude cum subinfert* diligatur Deus: *Tertio insuper cum adijcit* Deinde Proximus: *postremo deniq; cum concludit*: quia ista præcepta sunt principaliter nobis data. *Cōciliat inquā animos in primis cum scribit* Fratres *potuisset enim filios dicere, quippe quos per doctrinam in Christo progenerat: placet tamen fratres appellare, tum ob præmemoratā causam; tùm, vt non se superiorē; Sed æqualem sui canonis obseruatoribus effectum ostendat: exemplo Redēptoris; qui cum sit Dominus noster, & nos plusquam mancipia non confunditur nos vocare fratres; quod pariter obseruatum constat in principio Ecclesiæ quando singuli; qui modo dicuntur christiani, dicebantur fratres in vnitate spiritus, & dilectione Dei: quòd similiter, & ipse Augustinus videtur astruere cum statim adijcit.* carissimi: *ac si dicat prædilecti, & dulcissimi: pro quorum salute cupio anathema esse, & de libro vitæ deleri ardeo: Subiungit deinde, vt filios suos attentiores reddat* ante omnia diligatur, *& iure quidem quoniam sicut charitas omnium est Regina virtutum; omnium abolitio peccatorum; omnium præceptorum finis; omnium tandem bonorum perfectio; ita ipsa primò est anteponenda: ob eam rem non immeritò dicit ante omnia diligatur. i. in potestate habeatur charitas; hac enim adepta habetur, quod satis est ad salutem ipsa verò sublata nihil prosunt cætera; nec etiam fides aut spes, Sed velut cadauera sine anima existunt: verum cū Deus optimus maximus qui est A. & Ω cuius sapientia ab initio, & ante secula creata est nos ante mundi constitutionē elegerit, & per vnigenitum filium redimerit propterea illico addit* Deus, *ac si dicat in primis, & super singula creata continuè, & iugi dilectione, atq; charitate perpetua in Deum rapiatur animus; vniuersæ vires, & membra singula dirigantur; oculus, manus, pes, omnisq; sensus, ac totus homo suum potentissimum creatorem, sapientissimum Redemptorē, & optimum Remuneratorem diligat, vt totus ab ipso diligatur. diuinis in omnibus obtemperet mandatis: leges diuinas, Sanctaq; præcepta custodias: cælestia cogitet; iustitiæ, & pietatis existat amator; & tandem nil aliud, quàm quod Deus amare videtur operari studeat: qui enim (inquit seruator noster) audit verba mea, & facit ea, ille est, qui diligit me & hoc*

quomodo diligendus sit Deus.

Mat. 7.

*uoluit intellexisse in primo, & secundo articulo prohemij Præceptor noster : qui beneuolentiam captare prosequens in tertio addit* deinde proximus : *Duo charitatis bracchia esse affirmant vtriusq; instrumenti testimonia, alterum nempe quo Deum; alterum uerò, quo proximũ dilectione complectimur ; nec vnius dilectio absq; alterius amore vera, et perfecta potest esse charitas : & ideo illico subijcit* deinde proximus : *& benè proximus quemadmodum enim quæ propinquiora, & proximiora existunt charius amplectuntur, auidius amplexantur; & accuratius tuentur : veluti sunt cognati; affines; fratres, & membra peculiaria : ita, & vnusquisq; homo quicunq; sit ille hanc vitam viuens, siue in gratia existat, siue non summa beneuolentia est complectendus : corde, opere, & voce diligendus; atq; protegendus : & si nos grauissimis afficiat iniurijs : quod pariter præcepit Dominus inquiens diligite inimicos vestros : & benefacite ijs, qui oderunt vos; & orate pro persequentibus vos : diligite corde, benefacite opere; & orate voce : omnis nanq; homo naturam habet humanitatis : imaginem gestat Sũmi Dei : & est creatura optimi opificis : qui, vt ad hanc dilectionem nos excitet solem suum oriri facit super bonos, & malos, & pluit super iustos, & iniustos : ergo diligatur proximus hanc degens vitam quicunq; sit ille : & defunctus etiam in loco existens salutis : huiusmodi enim & proximus dicendus venit ; vt in dubitationibus insinuatur : huius vero dilectionis optimus Parens in quarto prohemij articulo rationem reddens inquit :* quia ista præcepta sunt peincipaliter nobis data : *scilicet, et illud præceptum, quod dilectionem erga Deum respicit, & illud, quod amorem erga proximum intuetur potissimum à Creatore, & Seruatore Mundi seruanda sunt data, & vobis, & mihi. In Euangelio enim tentatori callidissimo, ac nequissimorum Pharisæorum legato interroganti, quod est mandatum magnum in lege, ait Iesus Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex tota mente tua : Secundum autem est simile huic Diliges Proximum tuum sicut te ipsum, In his duobus mandatis vniuersa lex pendet, & Prophetæ Si ergo sunt in Euangelio à Christo principaliter data, omnibusq; imposita iurè ab Omnibus sunt adimplenda, Et non immeritò optimus iste Parens in initio huius sacri Canonis, & in principio Prohemij dixit,* Ante omnia diligatur Deus, deinde Proximus, *& optimè in hac postrema sectione sua Regulæ sectatores attentos reddere dicitur; Eadem enim, & sibi ipsi data affirmat, et se doctrina Iesu Christi discipulum, atq; præconẽ insinuat. Sed quæ proponat in Tractatu videamus; Prius tamen quædam dubitationes in Prohæmium insurgentes de medio sunt tollendæ.*

*Quis sit proximus, & quomodo diligendus.*

*Mat. 5.*

*Matth. 12.*

# DILVCIDARIVM IN DVBI-tationes Prohœmii.

QVæritur propter illa verba. Ante omnia diligatur Deus, deinde Proximus. cur Diuus hic pater Augustinus in hoc Prohœmio duo tantùm diligenda proponat, cum idem sanctus Doctor quatuor ex ordine diligenda esse doceat; Vnum quod est supra Nos; Aliud, quod sumus Nos; Tertium, quod est iuxta Nos & Quartum, quod est infra Nos.

*Quomodo quatuor sint diligẽda, & quo ordine.*

Respondetur. Quòd vnum, & idem in loco præsenti, & in libro de Doctrina Christiana innuere voluit S. P. Sed ibi latius, hic autem præsiuè loquutus est. Per illud enim quod est supra Nos Deum intellexit; Per illud vero quod sumus Nos, quod est iuxta Nos, & quod est infra Nos, Proximum designauit. Anima nanquam nostra, quæ est Nos, Frater noster, qui est iuxta Nos, & corpus deniq; nostrũ, quod est infra Nos dicuntur Proximus noster, Vt luce clarius patet, ob eam rem idem ibi, & hic præcipere dicitur, Verum tamen cum Diuus Thomas in 2.2.q.25.art.12. apertè, latèq; dilucidet cur hæc tantũ quatuor sint diligẽda ex charitate, et nõ plura, et ex cõsequẽti cur Deus, et proximus ex charitate sit amandus, propterea non erit inutile huiusc emodi dilucidationem hoc in loco in medium afferre. Inquit ergò Amicitia charitatis super communicatione Beatitudinis fundatur, in qua quidem cõmunicatione vnũ quidem est, quod consideratur, vt principium influẽs Beatitudinem. s. Deus, aliud est Beatitudinem directè participans. s. Homo, & Angelus; Tertium autem est id, ad quod per quandam redundantiam beatitudo deriuatur. s. corpus humanum; Id quidem, quod est Beatitudinem influens est ea ratione diligibile: quia est Beatitudinis causa; Id autem quod est Beatitudinem participans potest esse duplici ratione diligibile; vel quia est vnum nobiscum; vel quia est nobis consociatum in Beatitudinis participatione. Et secundum hoc summuntur duo ex charitate diligibilia prout scilicet Homo diligit & se ipsum, & Proximum. Hæc ille.

*D. Th. 2.2.q.25.*

QVÆRITVR occasione eorundem verborum quis nomine proximi intelligatur.

Respondetur, quod quilibet habens Beatitudinem, vel potens consequi huiusmodi Beatitudinem dicitur proximus, vt optimè Diuinarum literarum inuigilantissimi Interpretes testantur; Ex quo inferendum est Beatos, & spiritus cælestes, & viatores omnes, & in loco purgatio-

*Quis nam proximus sit dicendus.*

*nis existentes sub Proximi nomine esse cõprehendẽdos: Demones verò & damnatus eijciendos. Vel aliter distinguatur proximus ille dici dignus est, qui aliquam exhibet misericordiam, vel beneficium, & ille, cui huiusmodi potest exhiberi beneficium; Ex quo idem, quod supra dicendum videtur. Obseruandum tamen quòd Demones inquãtum important naturam peccato deformatam, simulq; damnati sunt odio habendi, in quantum verò important quandam naturam absolutè, sic aliquo pacto nõ odio sunt prosequendi, & aliquo pacto sic. Primo modo: quia debemus velle, vt suis in naturalibus ad dei gloriam conseruetur. Secundo modo autem: quia nõ debemus ita eos diligere, vt ad eos Amicitiam habere velimus, cũ de ratione Amicitiæ sit velle Bonũ amico. Hac ex Arch. Flor. in 4. p. 5. t. 6.*

Demones, & damnati quomodo diligendi.

QVÆRITVR *propter eadem verba, An proximus peccator sit diligendus.*

Duo in peccatoribus, & damnatis consideranda.

*Respondetur, quòd in peccatoribus sunt duo consideranda, natura, et culpa. Secundum naturam quidem, quam habent à Deo sunt capaces Beatitudinis; super cuius communicatione fundatur Amicitia charitatis, & hoc pacto sunt diligendi ex charitate. Secundum culpam autẽ contrariantur Deo, & est in eis Beatitudinis demeritum, & ita sunt odio habendi, etiam pater, & mater, & quicunq; propinqui cum odiũ istud ex charitate procedat: nam eiusdem rationis est odire malum alicuius, & odire bonum eius. Hac ex ang. Do. 2. 2. q. 25 ar. 6.*

Luc. 14.

QVÆRITVR *propter eadẽ uerba, an ab Amicis peccãtibus sint Amicitiæ beneficia subtrahenda.*

*Respondetur quod nequaquam quousque habetur spes eorum saluationis, quinpotius sunt adiuuandi. At quando in maximam malitiã coincidunt, & insanabiles fiunt, tunc non est eis Amicitiæ familiaritas exhibenda. Ob id huiusmodi peccantes, de quibus præsumitur magis nocumentum aliorum, quàm eorum emendatio secundum legem diuinam, & humanam præcipiuntur occidi, quod facit Iudex non ex odio, sed ex amore charitatis, quæ præfert bonum commune particulari Hac ex locis superius obsignatis.*

## DILVCIDARIVM IN primum Caput.

Hæc sunt, quæ, vt obseruetis precipimus in Monasterio constituti. &c.

PRohœmio absoluto, quo pientissimus hic pater suæ Regulæ sectatores attentos, Beneuolosq; reddit: Tandem in proximis verbis ad tractatum se confert, qui (vt compositè incedamus) cæteris partitionibus dimissis secũdum Humberti doctrinam in septem secernitur capita, iuxta septem status sanctæ Religioni congruentes, qui nempè sunt ij. status Vnionis. Pœnitentiæ, Honestatis, Necessitatis, Fraternitatis, Subiectionis, & Obseruantiæ. In primo ergo capite agit de pertinẽtibus ad primum statum cum dicit Hæc sunt, quæ, vt obseruetis præcipimus. &c.

Diuisio vniuersalis tractatus in septem capita.

In Secundo de Attinentibus ad secundum, cum scribit Orationibus instate horis. &c.

In Tertio de conuenientibus ad Tertium, cum præcipit Non sit notabilis habitus vester. &c.

In Quarto de congruentibus ad Quartum cum mandat Vestes vestras in vnum habeatis. &c.

In Quinto de spectantibus ad Quintum cum præcipit Lites autem nullas habeatis. &c.

In Sexto de condecentibus ad Sextum cum iubet Præposito tanquam Patri obediatur, &c.

In Postremo denique de concernentibus Septimum cum concludit, Donet Deus, vt obseruetis hæc omnia, &c.

PRimum igitur caput aggrediens sic exorditur. Hæc sunt quæ, vt obseruetis, præcipimus in Monasterio constituti. Primùm propter quod in vnum estis congregati. Vt vnanimes habitetis in Domo. Et sit vobis cor vnum, & anima vna in Deo, & non dicatis aliquid proprium, Sed sint vobis omnia communia. Et distribuatur vnicuiq; à Præposito vestro victus, & tegumentum nõ æqualiter omnibus: quia nõ æqualiter valetis omnes; Sed potius vnicuiq; sicut cuiq; opus fuerit: Sic enim legitis in actibus Apostolorum, quod erant illis omnia communia, & distribuebatur vnicuiq; sicut cuique opus erat. Pro quorum verborum, & cæterorum sequentium luculentiori enodatione animaduertendum est caput hoc primum in duas sectiones distribuendum esse: in quarum Priori de quadruplici vnione habetur sermo: in posteriori verò, quæ incipit ibi: qui autem aliquid habebant in sæculo: ecce traduntur mandata ad pauperes, & diuites pertinentia; vt scilicet libentius prænotatas vniones in cordibus suis foueant. Verum, vt sectio prior clarius innotescat adhuc obseruandum occurrit quadrifariam primitiuæ Ecclesiæ communionem extitisse: quarum prima localis fuit: Apostoli si quidem post Domini Resurrectionẽ

Act. 2.

Diuisio capitis primi.

Quadrifaria communicatio primitiuæ ecclesiæ.

*simul habitabant in Hyerusalem in cœnaculo grandi strato, perseuerantes in oratione vnam cum mulieribus; & Maria Matre Iesu. Altera verò spiritualis: cum scilicet vnum cor, vnam voluntatem, & vnam animam habentes in deo vnius moris, vnius obseruantiæ in comuni consistebant. Tertia insuper fuit temporalis, quando scilicet corū nemo, qui in sancto Palatio habitabat aliquid habebat proprium: Sed eis erant omnia comunia. Postrema deniq; penes distribuendi proportionem attenditur, & ad iustitiam comutatiuā, & distributiuam spectat, et hanc quadrifariam communionem eximius doctor noster in prima sectione prioris capitis proponere decernit, vt deinde commod.us suæ huius Regulæ sectatores viuere valeant Secundum Regulam a sanctis Apostolis constitutam: primam cum dicit,* vt vnanimes habitetes in Domo: *Secundam cum subdit,* & sit vobis cor vnum, & anima vna in Deo: *Tertiam cum adiicit* & non dicatis aliquid proprium sed sint vobis omnia comunia: *Quartam postremo cum infert,* & distribuatur vnicuiq; à præposito vestro prout cuiq; opus erit: *Sed antequam huiuscemodi in medium afferat communiones, ita exoritur.* Hæc sunt quæ, vt obseruetis præcipimus in Monasterio constituti primum propter quod in vnum estis congregati: & c. *ac si dicat, potioribus, ac nobilioribus præceptis anterius statutis, quibus vos, cæterosq; homines ad audienda sequentia satis superq; paratos reor, tandem ad vos fratres meos, qui in sacro cænobio constituti, à mundo segregati, & à cæterorum mortalium consortio estis seiuncti sermonem conuerto inquiens* hæc *scilicet sequentia mandata sunt,* quæ præcipimus *non ego, qui sum homuncio, hominumq; obrobrium Sed nos tanquam Christi ministri à Deo in patrem vestrum electi, in quibus Christus viuit, & spiritus sancti gratia operatur: vt in primis & ante omnia* vnanimes habitetis in Domo *hoc est summo studio, summa ope; summaq; cura conatus adhibete cunctos, primùm, vt vna vos contineat domus: bonum nanq; est (teste propheta) & admodum iocundum fratres habitare in vnum: quibus seruator noster iugiter in medio eorum fore pollicetur: nec mirum talis enim conuentus, talis cohabitatio, talis deniq; Sācta fratrum vnio similis est vnguento, quo linitum Aaron caput extitit, quod ex capite eius in barbā, & in ora vestimenti fragrans descendit: similis est rori Hermon, qui descendit in montem Syon: quoniam sicut ibi, ita, & in bonorum fratrum in sancto uiuentium domicilio deus maiestatis intonat: mandatq; benedictionem, et vitam in seculum seculi. Verum cum huiusmodi fructus eximii nequaquàm consequi queant absq; spirituali vnione, ob eam rem statim adiicit in. 2 loco.* Et sit vobis cor vnnm, & anima vna in Deo

Ps. 132.
Mat. 18.

Deo: ceu etenim una Fratres continet domus, ita eos una habet coniungere voluntas, una intentio, unus animus; una mens, unum cor, unus concordiae nexus, & tandem unum perfectae charitatis vinculū nihil nempe personarum confert congregatio, nisi adsit spiritualium mẽtium consensio: quae profecto consensio, nõ ea sit, quae Carnis, Mundi, et Demonis Regno inseruit; quemadmodum existit impiorum comunio: Sed sit in Deo hoc est in summi conditoris seruitio: unanimiter eius fidem defendendo, & praedicando; ipsius praecepta libenti animo meditãdo, simulue implendo: atq; rixas, contentiones, & emulationes fugiendo, necnon, & cum omnibus fratribus Deo seruire volentibus concorditer viuendo: & hoc est habere cor unum, & animam unam in Deo. Quisquis ergo benedictionem, & vitam in seculum seculi exoptat, et in monasterio proficere, vereq; Deo seruire desiderat: fugatis contentionibus, & rixis, non tantum studeat, ut se ipsum una cõtineat domus; verum etiam, ut concordem habeat uoluntatem in Deo: & attendat pientissimam orationem illam domini nostri dicentis pater sancte serua eos, quos dedisti mihi, ut sint unum; sicut & nos: quin potius ad memoriam reuocet incitamentum illud, quod iugiter concordiam seruat, & discordiam fugat: hominis nempe plasmationem: uoluit enim opifex summus Deus unum creare hominem, de quo multitudo propagaretur ut hac amonitione eorum unitas conseruaretur in posterum. Vnanimes igitur inprimis habitent fratres in domo, & sit deinde illis cor unum, & anima una in deo. ut optime pracipit sanctus pater qui tertiam unionem in medium afferens inquit. Et nõ dicatis aliquid propriū, sed sint vobis omnia comunia: Eximius doctor Patriarcha Augustinus filios suos in Christo progenitos, & in domo Domini congregatos ad regularem apostolicam uitam reducere concencupiens, & in uera unione custodire affectans, eis in tertio mandato imponit nõ tãtum habere, sed nec aliquod proprium dicere audeant: sicut enim omnia debent esse comunia, itidem singula comuni debent appellari uocabulo: scilicet codex noster, uestimentum nostrum, & caetera id generis. Verum cum bona in duplici reperiantur discrimine, temporalia scilicet ut praememorata: & spiritualia, ut sapientia, scientia, & caetera dona his similia; ob eam causam non modo illa priora, uerum etiam nec illa posteriora quis sibi uendicare; Sed horum singulorum munerum hilaris dispẽsator existere debet: in ipsiusq; mente iugiter uersetur Deus: qui filium suum nobis elargiri dignatus est: & quod charitas non quaerit quae sua sunt; & tandem ob oculos habeat poenarum terrorem, quibus proprietarij afficiuntur. Legat in actibus Apostolorum quomodo Iudas, qui habebat loculos, se suspendit: quomodo Anania, & Zaphira corã Apo-

Io. 17.

Bona duplicia.

Act. 1.5.

*stolorum cœtum retrorsum cadentes uelut fulmine percussi expirarũt, & pleraq; exempla in patrum vitis obsignata, hinc est quòd mellifluus Berna. scribit in quodam sermone Monacho habenti proprium Deus ne gabit suum proprium: quin potius idem P. Aug. ad Presbiteros ypinenses contra quemdam proprietarium hanc infert sententiam: male moritur quia scilicet quod suum nõ erat secretè tenuit, & in fine se non cognouit ita concludit sanctus hic. P. qui quartam comunionem adoriens inquit.* Et distribuatur vnicũq; à Præposito vestro victus, & tegumentum non æqualiter oĩbus, quia nõ æqualiter valetis omnes, sed potius vnicunq;, sicut cuiq; opus fuerit. Sic enĩ legitis in actibus Apostolorum, quòd erant illis omnia communia, & distribuebatur vnicunq;, sicut cuiq; opus erat: *quibus in verbis quartam comunionem proponens, quatuor determinat. primũ à quo debeat fieri distributio; nempe cum. d.* à Præposito: *Secuudumq; cui sit facienda hæc distributio. cum ait* vnicuiq; *Tertium quid sit distribuendum scilicet* victum, & vestitum: *deniq; qualiter fieri debeat distributio videlicet non æqualiter omnibus. Primum ergo agrediens ad prælatos se conuertit insinuans eorum officium esse non tantum spiritualibus studijs insistere, lectioni, & contemplationi vacare, & hymnis, & Psalmis Deo seruire, sed etiam subditis, non quidem ali quibus, sed omnibus temporalia ministrare, non profectò superflua, sed tantum necessaria, quæ potissimum duo sunt: tegumentum scilicet, & nutrimentum: Ob eam rem pientissimus Dominus noster cunctis præcepit, vt à Patre non lapides pretiosos, non thesauros, non delitiosum pabulum petant, sed solùm panem quotidianum; quod pariter fecisse sapientem legimus cum dixit mendicitatem, et diuitias ne dederis mihi, sed tribuet antum victui meo necessaria. Verum cũ in monasterijs contingat homines diuersarum esse conditionum, & complexionum, & ex consequenti quòd non eodem modo distributio est facienda: propterea statim in articulo quarto adijcit:* non æqualiter umnibus: quia non æqualiter valetis omnes: *Prælati nanq; prudentes, huiusmodi suorum subditorum diligenti cura discernere debent differentias, & illis prout postulat indigentia; & prout exigit conditio prouidere debẽt. Quapropter si in seculo delicatè nutritis, aut quauis infirmitate districtis, aut in prædicando; docendo; vel aliquid huiusmodi agendo occupatis aliquid delicatioris nutrimenti, & alimenti tribuatur, quod alijs fortioribus, ignobilioribus, & manuum actionibus deditis forte nõ datur; talis nequaquam debet reprehendi distributio, quoniã nõ æqualiter operantur; nec æqualiter sapiunt: dumodo prout cuiq; opus fuerit non denegetur: tantũ tamen tribuatur vnicuiq;, vt non abundet (abũ-*

D. Ber.

D. Aug.

Act. 2. 4.

*Prælati duo tantum habent dispensare subditis.*

Luc. 11.

Prou. 30.

*dantia enim spiritum rebellem facit.) sed vt eius indigentia substentetur: non ita tamen, vt nullam penitus habeat indigentiam, Apostoli nanq; seruiebant Deo in fame, siti, frigore, nuditate, et angustijs pariter & à Dei famulis in monasterio constitutis Deo inseruiendum est: vt optimè in textu videtur innuere S. P. qui vt ad prædictorum mandatorum obseruantiam sectatores suos magis, ac magis inflammet, pariterq; ostendat Regulam hanc consimilem Apostolicæ Regulæ, ob eam rem actorum Apostolorum testimonium affert in medium, non quidē de verbo ad verbum desumptum, sed summatim collectum ex 2. 3. & 4. cap. inquiens; Sic enim legitis in actibus apostolorum, quod erant illis omnia comunia, & distribuebatur vnicunq; prout cuiq; opus erat: quæ uerba satis abunde superius cum dilucidata sint, congruum erit ad sectionem secundam accedere: cuius exordium tale est. Qui aliquid habebant in seculo quando ingressi sunt monasterium libenter velint illud esse comune: qui autem non habebant, non ea quærant im monasteri, quæ nec foris habere potuerunt: &c. In hac secūda sectione (vt prælibauimus) octo mandata proponuntur, quorum quatuor ad diuites attinēt, reliqua uerò ad pauperes pertinent primum ergo illorum quod diuitibus conuenit habetur ibi cum dicit. Qui autem aliquid: secundum cū post pauperum præcepta infert Rursus etiam; Tertiū deinde Magis autem studeant; Quartum denique Nec de suis diuitijs magis superbiāt. Quæ autem ad Ignobiles attinent eo in loco describuntur cum dicitur Qui autem non habebant. quibus in verbis primum insinuatur; Secūdum deinde, Tamen non ideo se putent; Tertium perinde Nec erigant oculos; Quartum insuper, Et terrena vana non quærant. Nec immeritò quidem hæc octo mandata in præsenti sectione tradit: plurimos nanq; Homines ad Monasterium venturos nec Diuino spiritu ductos cognouerat Sanctus hic Pater, quorum aliqui non propter anima salutem; sed propter Mundi gloriam, Alij verò non propter mentis puritatem, sed propter ventris saturitatem Cænobium ingressuri erant, quod profectò communionem vniuersam, & pacē tollit, ac dirimit; Ob eam causam prænotata præcepta in mediū affert, Et inprimis ad eos, qui in seculo Diuites, & potentes extiterant sermonem suum conuertens inquit qui aliquid habebant in seculo, &c. Pro cuius mandati dilucidatione obserandium, quòd diuites in seculo manentes duo possidere solent, quibus inflantur Bona scilicet temporalia, eorumq; affectus, quorū vtrūq; cum in Monasterio commorantur Altissimo offerre debent. Bona quidem, vt sint communia diuinæ Maiestati famulantibus. Affectum, vt non amplius illa, vt sua, sed, vt communia diligant, & hoc libenter fieri necesse est (vt hic testatur. S. P.) Nam hylarem Datorem*

*Diuites in seculo duo possidēt.*

diligit Vberrimus munerator Deus, eisue calorum Regnum donat; ob id addit [libēter] Et illico pauperes monere incipiēs primùm dicit, [qui autem non habebant, non ea quærant in Monasterio, quæ nec foris habere potuerunt]; Quibus in Verbis Pauperibus iubet ante omnia ne Monasterium mala ingrediantur intentione, Vt scilicet benè Vestiātur, reficiantur, & dormiant more Epicureorum arroganter quærendo, quæ sibi sunt necessaria, sed maxima cum humilitate ea petant à Prælato, qui eorum egestati iugiter consulere studebit; ideo infert [Sed tamen eorum infirmitati quod opus est tribuatur]. Nec mirum dignus est enim Operarius mercede sua. Addit deinde alterum mādatum [tamen non ideò se putent esse fælices quòd inuenerint Victum, & tegumentum, quale foris inuenire non potuerūt] Ac si dicat eis etiam præcipio ne se Beatos existiment eòquod in Monasterio inueniant Victum, & Vestitum, qualem nec in sæculo habere ualuerunt, horum enim Deus Venter est auth. Apostolo, Et his potest dici quæritis me non quia Vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus meis. Non igitur desiderentur temporalia, Vt admittantur æterna, nec terrena diligant pauperes, Vt è Cælo eijciantur; nam qui terram diligit terra est, Vt alibi scribit Sanctus hic P. qui Tertium præceptum adoriens pauperibus imponit [Nec erigant ceruices quòd socientur eis ad quod foris accedere nonaudebāt] Quod quidem mandatum pauperibus inhibet, ne sint arrogantes, ambitiosi, inflati, & elati, erigentes ceruicem quamuis primatibus, & ciuitatis Optimatibus adiungantur, atq; socientur, facti possessores eiusdem domus, eiusdem celarij, & eiusdem Vestiarij, sed sint eiusdem animi, eiusdem cordis, & sursum cor habeant, gratias Deo agendo, quòd Talium in Religione habere consortium meruerunt, ad quos in sæculo nequibant habere ingressum. Concludit denique pauperes admonere prosequēs. quartum monitum, & inquit [Et terrena Vana nō quærant.] quo in loco Vetat omnium terrenarum rerum appetitum, qui Vanus dicitur cum in causa sit, ne suum consequantur finem Religiosi, eosq; in cassum, frustraq; in Monasterio commorari efficit, & tandem in Religione omnia inutilia reddit: nempè Monasterium, habitum, & opera omnia, licet benefacta esse Videantur: hinc legimus diuitiæ si affluāt, nolite cor apponere, & alibi difficilius est diuitem in Regnum Cælorū intrare, quàm camellum per foramen acus: Verùm Vt magis, ac magis ad præmemoratorum mandatorum obseruantiam pauperes excitentur, eorum reddit rationem [ne scilicet Monasteria incipiāt diuitibus esse Vtilia non pauperibus: diuites illic humiliantur, & pauperes inflātur] contra quos pariter insurgit Ecchl: author tres odiuit anima mea, quarum Vna est pauper superbus: Sequitur deinde [Rursus etiam

Phil. 3.
Io. 6.

Ps. 6.
Mar. 10.

Ecch. 25.

illi, qui aliquid uidebantur in seculo, non habeant fastidio fratres suos, qui ad istam societatem ex paupertate ueuerunt: Monitis] pauperibus ꝑterum se conuertit ad diuites, & nobiles, illisq́; secundum confert documentum seruandum, uidelicet quod non habeant fastidio ignobiles; primò quia sunt fratres, Religio deinde societas sancta est, perinde quia sũt pauperes, quibus Angelos ministrasse legimus; quin potius in pauperis forma Christum apparuisse tradunt eloquia sacra. & his omnibus accedit quòd apud Deum nõ est personarum acceptio: Ob id maioribus dictũ est, quanto maior es tanto magis te humilia, & Apost. scribit infirma mundi elegit Deus, vt fortia confundat: & seruator noster dixit. qui se humiliat exaltabitur: hinc est quòd non immerito in sequẽti mandato dicitur: magis autem studeant non de parentum dignitate, Sed de pauperum fratrum societate gloriari. De potentatu enim, & diuitijs gloriari ad mundi pertinet vanitatem, stultumq; magnopere est mũdum relinquere, et mundi deinde vanitatibus inuolui; non itaque diuites de mũdi delitijs, sed de pauperum fratrum societate, cũ quibus viuunt Christo gloriari studeãt, & sibi iugiter Christi exempla proponant; qui cum diues esset pro nobis egenus factus est: nec èmente eorum discedat sententia illa, vis cognoscere quàm locuplex sit pauper, cælum emit: ita describit idem per noster Aug. in libro de verbis Apostoli. qui ad postremum mandatum trayciens, hac habet verba: nec extollantur si communi vitæ aliquid de suis facultatibus contulerunt. quæ verba prohibent, vt si diuitum ad monasterium accedetium quippiam pro comuni vita seruãda Monasterio tribuerit aliquid, potissimùm euitet carnalem superbiam; quæ ad opes, diuitias, pulchritudinem, nobilitatem generis, corporis robur, & alia huiusmodi bona exteriora attinent. Non itaq; diuites mente extollantur, nec se iactent verbo, ne quanto magis videntur profecisse, tanto amplius deficiant, et quãto magis ascendisse creduntur, tanto velocius, et periculosius pro sui ponderositate discedant: verum vt Diuites feruentius ad hac documẽta suscipienda, ad euitandãq; superbiã animati reddantur statim adijcit duas validissimas rationes, quibus prænotata documenta corroborat primu ibi alia quippe est Secunda autem & quid prodest & cæter. in medium itaq; primam rationem adducens concludit superbiam cunctis iniquitatibus, cunctisq; vitijs nequiorem esse: quoniam quæcunq; alia inquitas, quodcunq; delictum sit exercetur in multis operibus vt fiant hoc est, vt mala sequantur: Superbia verò non solum in malis operibus exercetur, verum etiam bonis insidiatur, vt pereant: & prima est in delinquendo; & vltima in conflictu: verum, vt hoc pestiferum crimen magis, ac magis S. P. remoueat statim se-

Luc. 16.
2. cor. 8.
Gal. 2.
Epti. 6.
Col. 3
Act. 10.
1. cor. 1.
2. cor. 2.
Luc. 14. 18.
2. cor. 8.
contra superbiam.

*eundam subiungit rationem scribens:* Et quid proteſt diſpergendo dare pauperibus, & pauperē fieri cum anima miſera ſuperbior efficitur diuitiās cōtemnēdo, quàm fuerat poſsidēdo *qua ratione ſuadet longè melius eſſe diuitias in ſeculo retinere, quā ſic dimittere, vt deindè in monaſterio ſuperbiant: quia inde tormenta inueniūt, vnde expectabāt præmia: & illud idē eis accidit, quod phariſeo eueniſſe tradunt diuina eloquia: contra quem ſententiam tulit Dominus noſter iudex iuſtus cum dixit amen dico vobis quòd hic deſcendit iuſtificatus in domū ſuam ab illo: Si quis igitur diues Religionem ingreſſus ſui certaminis curſum perficere exoptat, & ad æternam peruenire beatitudinem; caueat inprimis cupiditatem malam, & ſuperbiam diabolicam de per ſe collatis monaſterio, de cæteriſq; alijs bonis operibus: nec ullo pacto ſe extollat ſed Chriſti cogatur ſequi veſtigia, pauperibus fratribus libenti animo bona comunicando, infirmos viſitando, miſeris, & afflictis omnibus præſtando ſolamen: pacem, vnionem, & deniq; charitatem cū omnibus habendo, quod pariter S. P. adiecit in calce huius primi capitis dicēs.* Oēs ergo vnanimiter, & concorditer viuite, & honorate in vobis deū, cuius tēpla facti eſtis *quo in loco eādē cōcludit vnionem intrinſecam ſcilicet, & extrinſecam: primam, quæ pertinet ad animorum concordiam, cum dicit vnanimiter; ſecundam, quæ ſpectat ad cerimoniarum, & bonorum morum vnionem cum infert, & concorditer uiuite: quam quidem duplicem unionem quadrifariam illam anterius præpoſitam occludentem ſine ulla recuſatione Religioſi omnes amplecti tenentur, ſimulq; in ſeipſis Deum honorare debēt, hoc eſt ipſius mandata ſeruare, debitum latriæ cultum ei exbibere, & propter ipſum deniq; ſe ipſos diligere; quia eius templa facti ſunt per ſuper uenientem in illis, & in habitantem ſpiritum ſanctum: per quem diffunditur in nobis charitas Dei, cui ſit honor, et laus qui nobis talem dedit Præceptorem, qui tanto uerborum feruore, tantoque ordine, et pietate ad unionē ſeruandam, & diſcordiam, atque ſuperbiam reppellendam ſuos excitauit Sectatores.*

Luc. 17.

## DILVCIDARIVM IN dubitationes primi capitis.

QVÆRITVR *propter illa uerba, & non dicatis aliquid proprium: an quiſppiam prælatus ſuo ſubdito Regulari diſpenſare poſsit, vt proprietarius exiſtat:*

*Reſpondetur ex his, quæ habentur in cap: cum ad monaſt.*

de Regul. et transeuntibus ad Religionē, cū abdicatio paupertatis, sicut etiā custodia castitatis inseparabiliter ānexa sit regulæ monachali, quod non tantum prælati inferiores, sed nec etiam summus Pontifex proprietatem Religiosis Regularibus dispensare debet. & quamuis summus Pontifex possit monachos de Monasterio extrahere, ipsos non monachos facere legittima subsistente causa, tamen vt monachus sit, & proprietarius haud facere potest: nec mirum nulla nanq; virtus ab aliquo essentialia aufferre potest: quis etenim valet efficere, vt quispiam sit homo, & nō animal, & nō rationalis: modo Regularū approbatarū essentialia sunt, non tantum obedientia, & castitas sed etiam paupertas: ob eam rem sacra tridentina Synodus in 24. sessione cap. 2. tit. de Regularibus, & mo: determinat hoc decretum videlicet nemini liceat bona mobilia, vel immobilia cuiuscunq; facultatis fuerint, etiam quouis modo acquisita tanquam propria, nec etiam nomine conuentus possidere vel tenere &c. quod pariter præcepit Vrbanus inquiens quicunq; vestrum vitam comunem susceptam habet, & uouit se nil proprium habere, videat ne pollicitationem suam irritam faciat; sed quod Domino pollicitus est fideliter custodiat, ne damnationem incurrat; Sed præmiū sibi acquirat: Rursus in cap. Monach. dicitur hoc de vniuersis Religiosis præcipimus, obseruari scilicet quòd non habeant piaculum idest proprium, & Innocentius papà in ca. cū ad monasterium in fine nec summus Pontifex in hoc valet indulgere scilicet dispensare in proprio. His accedit Authoritas leuit. vltimò quo in loco habetur quod semel sanctificatum est domino, non debet in alios vsus conuerti: igitur Regularis in voto paupertatis solemniter sanctificatus, nec similiter in alijs uotis substantialibus potest dispensari: quapropter comuniter dicitur quod papa non potest facere de non monacho Monachum licet possit dispensare, quòd dimittat habitum, vt habetur in cap. porrectum de Regu: & Trans. ad Rel. & quamuis Prælatus immediatus possit dare Religioso administrationem temporalem, non tamen dare potest licentiam, vt habeat proprium. quin potius si monachus, uel Religiosus (teste D. Tho. in 2. 2. q. 185. art. 8.) fiat Episcopus non de obligatur à uotis, immo nec à cerimonijs, & obseruantijs regularibus nisi in quantum impediūt officium pastorale: & ita tenetur ad deferendum habitum, nec vllomodo facere potest testamētum, qui cum sit Episcopus committitur ei sola administratio rerum Ecclesiasticarum, quæ administratio morte finitur; à qua incipit testamentum valere: si tamen ex concessione Papæ testamentum faciat nō intelligitur de proprio facere; Sed apostolica authoritate intelligitur esse ampliata potestas suæ administrationis, ut eius dispensatio possit ualere post mortē, & ita concluditur quòd nullus

Prælatus nullus potest dispensare in votis substantialibus.

Concil. Trid.

Vrb. Pont.

Inno. Pont.

Leu. vlt.

Episcopus è vita regulari assumptus à votis, & carimonijs suæ Religionis nō de obligatur: nec potest condere testamentum.

*Regularis inproprietate potest dispensari, nec etiam in alijs votis substantialibus: & doctrina hæc desumitur ex Io. Vig. in cap. 5. ff. 5. v. 14. tit. de virtute Iust. Obseruandum tamen quod iurista quidam à Theologis dissentiunt in hoc asseuerantes quòd ex iusta causa, & maxima vrgente necessitate, in castitate, vt est bona dispositio vnius Regni, potest Pontifex dispensare: quod, & factum fuisse tradunt Historiæ: eis tamen obuiat D. Thommas in 2. 2. q. 88. art. ij ad P. arg. quo in loco dicit periculis humanarum rerum obuiandum est per res humanas: & non per hoc quòd res diuina conuertantur in humanum vsum: professis autem in Religione totaliter dicati sunt Deo, et mortui mūdo unde non possunt reuocari ad vitam humanam, & ciuilem politiam ratione cuiuscunq; euetus, cū igitur votū hoc, & cæt. Substantialia solemniter emissa, annexa sint religioni inseparabiliter, Religiosi non debent dispensari: Religiosi inquam Regulares: Seculares enim Religiosi possunt in continentia dispensari, & vxorem ducere; quia continentia non est annexa essentialiter sacro ordini, ij deinde non se dedicant totaliter in holocaustum Deo: sicut Religionem profitentes. pro maiori tamen illustratione huius rei vide prænotatos doctores vbi supra, & Arch. Flo. in 3. p. 5. t. 16. ff. ij. qui in 3. Not. inquit quòd quāuis iurista dicant Papam posse dispensare in continentia, & paupertate pro bona dispositione Regni: pro certo tamen tenetur quod Papa dispensare non valet eum monacho, vt proprium habeat, & sit monachus.*

*Iurista Theologis videntur in hac materia aduersari Arch. Host. & Io. and:*

*Religiosi seculares in continētia possunt dispensari.*

QVÆRITVR *propter eadem verba an Prælatus possit dispensare suo subdito in vsu rei temporalis.*

*Vsus duplex.*

RESpondetur quòd duplex est vsus certus, & incertus, primus dicitur ille, qui nunquam potest auferri. Secundus autem, qui in uoluntate alterius collocatur, et ad Prælati libitū potest suspēdi. in hoc igitur secundo fieri potest dispensatio, non autem in primo: uoluntas etenim Monaci suo Prælato iugiter debet esse subiecta; quæ profectò dispensatio fiat tantum ex rationabili causa in his scilicet (vt scribit Host) quæ sunt necessitatis, & vtilitatis. verùm ut hoc clarius euadat obseruandum est duplicem esse necessitatem priuatam, & communem. Priuata ea dicitur cum alicui conceditur in Monasterio paupere, in quo de communi non possunt haberi necessaria, quæ tamen resignentur cum fuerint requisita. Communis uerò ea nuncupatur; cū alicui aliquid conceditur ad expendendum in usus, & necessitates aliorū. at sicuti duplex est necessitas, itidem, & utilitas bifariam summitur priuatè, & communiter. Priuatè ut cum gratia exempli, cuidā scientiarum donum non habenti aliquem codicem præmittit Prælatus, uel addiscendum aliqua orationes, uel ad informādum animum suum in his, quæ

*his, quæ pertinent ad salutem: communiter perinde cum cuippiam codex conceditur, qui cæteros instituere ualet, & alijs proficere potest, tum legendo, tum prædicando, & his modis rei temporalis dispensatio fieri potest; quòd pariter affirmare uidetur Archip. Flo. ubi supra, quo in loco addit, quòd Religiosus de cōcessis sibi ad usum nihil potest donare etiā Elemosinaliter; nec de eo, quod acquirit per industriam aliquam, nec de bonis paternis, quando sibi committerentur ad usum, cum hæc omnia sint Monasterij ut 12. q. p. non dicatis: dummodo super hoc dandi licē-tiam nō habeant Idē Io. Vig. t. de Aut. Eccl. C. 17. uer. 18. circa medium.*

QVÆRITVR *propter eamdem verba, an Religiosus claustralis mortaliter peccet cum dicit mea Tunica, mea Cappa, & meus codex.*

R*Espondetur ex his, quæ hucusq; prænotata sunt, quod vtiq; peccat, & pœna æterna dignus videtur, si id assertiuè, & ex proposito dicat, cum nullus Religiosus claustralis proprietarius existere possit. Ad si ex lapsu linguæ id asseuerauerit nequaquā peccat.*

QVÆRITVR *occasione eorum verborum, [& distribuebatur vnicuiq;] an Regulari excommunicato sit distribuendum.*

R*Espondetur quòd ille, qui ita est alligatus, aut potest habere absolutionem, & non procurat, aut non potest habere, & procurat; quia forte est casus ad superiores pertinens, siue ad summū Pontificem. Primo modo distributio nequaquam facienda est, ne, scilicet fomentum existat malitiæ. Secundo verò modo cum Religiosus sit pauper potest ei aliquid dari (sequestratim tamen) dummodo id agat causa humanitatis, non autem conteptuu excommunicationis, et recipiens nō negligat laborare pro absolutione, sed præcæteris inhoc prælati consilio sit paratus. Ex R. Vmb. in exp. R.*

QVÆRITVR *propter eadem verba. an Prælato liceat plus dare minus indigentibus causa honorandi illos: diuitibus scilicet qui in seculo honorabiliores extiterūt, et dictiora Monasterio attulerūt.*

*Superfluum duplex, & indigentia duplex.*

R*Espondetur quòd sicuti duplex est superfluum, videlicet, & respectu naturæ, et personæ, ita duplex est indigentia respectu naturæ, & personæ; Sed sicuti aliquod est superfluum respectu naturæ quod non est superfluum respectu personæ; ita est aliqua indigentia, qua persona indiget, non natura, potest ergo quis in Monasterio esse constitutus, cui propter aliquam personæ circumstantiam interdum plus in casu sit deferendū, quamuis natura non indigeant.*

*Quapropter Prælatus et, qui fuit nobilior in seculo, qui magis diues, qui plura Monasteria dedit, plus potest dare nō modeste tamē; tūc enim fit*

*non secundum indigentiam naturæ, sed personæ. Sin autem fiat immoderatè tunc non fieret secundum indigentiam naturæ, & personæ, sed ratione honoris, munerum, & personarũ acceptionem quod dannat Diuus Paulus: hinc est quod Diuus Thom. 2.2.q.63. ita scribit ad iustitiam distributiuã spectat diuersis personis diuersa tribuere secundũ proportionem ad dignitates personarum, vt scilicet vnicuiq; detur, quòd est in eo digna proprietas ad id quod datur &c. Idem habet D. Ant. in 2. su. t. de auar. c. ante. ff. quo in loco hac habet: si quis igitur consideret in dando proprietatem illam personæ propterquam id, quod ei confertur, est ei debitum non est acceptio personarum: sed si quis consideret in eo, cui confertur non illud, quod datur sit ei proportionatum, vel debitũ, sed solum hoc, quod iste est homo Petrus, puta Amicus, vel consanguineus, vel sibi vtilis, tunc erit acceptio personarum.*

D. Th.

Arch. Flo.

*QVÆRITVR occasione eorum verborum [qui autem non habebãt nec ea quærant:] an liceat ei, qui adeo pauper fuit in seculo, quòd nec etiam necessaria habebat, eadẽ sibi quærere necessaria à Prælato in monasterio.*

*Respondetur quòd vtiq; & quamuis Diui Augustini uerba id prohibere videantur, non tamen absolutè, sed conditionate veniunt intelligenda: Sunt enim quidam, qui de paupertate venientes perquirunt in Religione abundantiam: alij delicata, nonnulli honores, & dignitates; contra quos tantum insurgit D. Aug. Canon: non autem contra illos, qui sibi necessaria tantum perquirunt. Vel Secundo dicatur non ea quærant, idest non ea principaliter intendant, siue propter saturitatem, & indigentiam Monasteriũ ingrediantur: ij Deum suum ventrem faciunt: discipuli sunt dicendi non Iesu Christi, Sed Moysi tẽporalia sectantes: qui non quærunt quæ Iesu Christi: Sed quæ sua sunt.*

Phil. 2.

## DILVCIDARIVM IN in caput secundum. Regulæ. B.P. Augustini.

ORationibus instate horis, & temporibus constitutis. *Traditis mandatis ad Religionem pertinentibus in quantum est status (vt prælibauimus in sectione vniuersali) degentiũ in vnum. modo in hoc Secundo cap. aggreditur mandata ad eamdem Religionem attinentia inquantum est status pœnitentiæ, ad quam quidem pænitentiam tria potissimum rediguntur, primum est oratio, quæ*

mens in Deum erigitur: Secundum est ieiunium, quo mundi vitia impugnantur, tertium perinde est eelemosina; qua piè quis in proximū mouetur: & de his tribus pertractat D. P. in hoc præsenti cap. de primo in fronte cum scribit [Orationibus instate horis: et tēporibus & cætera. De Secundo ibi [carnem vestram domate ieiunijs, & abstinentia, & cætera] De Tertio tandem in illis verbis [Et si illis, qui uenerunt, &c.] & hoc pacto caput præsens in tres peculiares distribuitur sectiones: quarum Prior, & ipsa subdiuiditur; primò nanq; docet quod est orandum, [Orationibus instate:] Subinde quo tempore sit orandum scilicet [horis, & temporibus constitutis.] Tertio oratorij subiungit immunitatem. [in oratorio nemo aliquid agat:] postremo modū adijcit orandi. [Psalmis, & Hymnis cum oratis Deum] monet itaq; inprimis ad orandum hisce verbis [orationibus instate:] pro cuius loci dilucidatione adnotandum occurrit quod non immerito confestim post tractatum de vnione adoritur. S. P. sermonem de oratione, nam oratio serenat cor si fuerit à charitate succensa: purgat à vitiis si cum fraterna emittatur concordia; abstrahit à terrenis si à paupere spiritu fiat: & subleuat ad cœlestia, si à contrito, & humiliato proficiscatur corde: Ob id post vnionis, & concordiæ præceptum euestigio maximum, vehementemq; incitamentum ponit, quo magnopere ad Deum subleuantur Religiosi inquiens [orationibus instate:] Et si vniuersi Christicolæ orationibus instare habeant, id tamen potissimùm ad Religiosos attinet, qui iugiter sine mora, excussa pigritia, curis mundanis sublatis, ac omni reiecta cupiditate sine intermissione velut auriti pastores inuigilare habent super gregem dominicum in orationibus, ne leo rugiens, qui continuò circuit, ipsum deuoret: propter hoc enim maximè Religiosi à mundo segregantur, & ad Monasterium rediguntur, vt scilicet inter cætera suis orationibus assiduis non tantum se ipsos, verum etiam Gregem Domini tentationibus Demonum expositum custodiant, atq; tueantur: iure itaq; præcipit [orationibus instate:] & obseruandum, quòd non simpliciter inquit orate. Sed [orationibus instate] quoniam nō ideo ab oratione desistendum, si obstrepentium cogitationum tumultus mentem ab oratione distrahat; aut si non illico exaudiat Deus: Sed orando, pulsandoq; sic orationi instandum perseuerauter est, quousq; importunæ desideriorum carnalium suggestiones, quæ humanis obstrepunt sensibus fortissima superentur intentione: ac tamdiu persistendum est, quousq; expugnator, & victor reddatur homo: non enim desistentibus, non tepidis, non ociosis, non negligentibus; Sed vsq; in finem feruenter perseuerantibus Regna donantur cælestia. Perseueranter ergo, et feruenter orationibus insistant Religiosi: & suis in orationibus lacrimas fundere flu-

Diuisio cap.

Sectio prima. eiusq; diuisio in 4. articulos.

Religiosi iugiter debēt orare

Mat. 10.
Luc. 11.

deant: Si pro suarum orationum reuerentia exaudiri concupiscunt: attentisq; auribus audiant quid in sequenti articulo prima sectionis praecipiat. S. P. dicens [ Horis, & temporibus constitutis ] Quanquam diuinarum rerum scrutatores atentissimi in hanc conueniant sententiam, vt nobis ideo opus sit quotidiana oratione, quia quotidie deliquimus, & ob id inter caetera continua, assiduaq; indigeamus satisfactione; de horis tamen, & temporibus ( authore Choriolano in sua expositione ) non eadem omnium videtur opinio: quibus omnibus breuitatis gratia dimissis tantum dicendum videtur quòd duo reperiuntur orationis genera: alterum ministeriale, & publicum; alterum deuotionis, & priuatum; ad primi obseruantiam certas horas, certaq; tempora ab Ecclesia instituta planè constat; naq; genus hoc Ecclesia ipsa ( cuius est authoritas faciendi ) ob multa in septennario numero significata misteria, partita est: quae perinde hora ab ijs, qui sunt in sacris constituti absq; mortali labe nequaquam possunt praetermitti, vt clarius in dubitationibus annotatum est, & hoc genus orandi pariter publicum dicitur: quia publicè coram populo; & pro omni Repub. christiana in Ecclesia celebratur. Alterum genus priuatum est: quia à priuatis personis, pro priuatis necessitudinibus, aut pro priuata salute, fuit assumptū, ad quod ipsa referenda est continuitas; mirū enim immodū opus est, vt à suggestionibus Diaboli; tentationibus mūdi; fomentis carnis, & alijs innumeris periculis, quae non solùm diebus singulis, sed singulis momentis imminent; humiles, et continuas orationes paenitus liberari depraecamur: quod pariter praecipit nobis Dominus dicens oportet semper orare, et non deficere: & Apo. scribit sine intermissione orate: scilicet voce, & mente: exterius, & interius, semper aliquid boni faciendo: Sed obseruandum: quòd quidam ante tempus orare student: nonnulli hora constituta; & pleriq; corpore, & mente hebetes facti tempus praetermittere solent. Primi, & secundi in orationibus laudandi, & imitandi: quia in primis est prouidentia, in secundis obedientia: Sed Tertium hominum genus omnino est fugiendū quoniam ( nisi maxima vrgeat necessitas ) orandi genus sine peccato, & maledictione praetermitti non potest: & haec sint satis pro secūdo articulo primae sectionis, cui Tertius succedit cum dicitur [ In oratorio nemo aliquid agat nisi id, ad quod factum est, vnde, et nomen accepit: vel si forte aliqui etiam praeter horas constitutas, si eis vacat, & orare voluerint nō eis sit impedimentū, qui ibi aliquid agendū putauerint: ] quibus in uerbis Op. P. postquam orationis tempus explicuit, tandem, ut attentiori, quietiorive animo fieri possit, eiusdem orationis potissimum locum insinuans inhibet in primis ne in templo Domini, ( quod orationis locus, domusq; Dei dicitur) aliquid fiat, quod oculum diuinae maiestatis

*Marginalia:* Duo orationis genera. — Hora cano. orationes publica — Luc. 18. — 1. Thel. per. — Mat. 21.

offendat; vel ibi orare volentes impediat: quin potius qui id agere fuerit ausus statim Diuinæ celsitudinis se proditorem cognoscat: & Templum Dei Demoniorum fabricam se fecisse discat. Ecclesia nanq; propter orationem, cæteraq; sacramenta ministranda erecta est: & ibi non nisi orationes, & obsecrationes fieri, sacramentaq; administrari debent: & ob eam causam hac, ad quæ Ecclesia facta est, agat Dei seruus: & caueat ibi non solum corpore, sed nec etiam mente vagari, aut cogitare quod iniustum, quod turpe, quod inhonestum, & vanum sit, ibi nõ confabulationes fiant: non de ambulationes, non deniq; eloquia turpia: Sed honesta, casta, igne examinata, & purgata, cunctiq; recordentur quòd ibi oculus Domini cunctos nostros intuetur actus: atq; discernit; & quòd Angelorum cœtus ibi aßistit; Peccatores reconciliantur. Iusti sanctificantur; Sacra tractantur misteria, & deniq; cælestes effunduntur benedictiones: & hoc est quod terminare intendit cælestis hic noster Præceptor in hoc tertio articulo: quem quartus insequitur, cum dicit [Psalmis, & Hymnis cũ oratis Deũ, hoc versetur in corde; quod profertur in ore: & nolite cantare, nisi quod legitis esse cantandum, quod autem nõ ita scriptũ est vt cantetur:] quæ verba vehementem affectũ explicant huius dulcißimi Parentis erga prædilectos filios suos exardescentis, vt ipsorum orationes, & preces tùm publicæ, tum priuatæ Deo placcãt. Ob eam rem in præsenti præcepto mandat, vt in pronunciandis psalmis, & Hymnis, alijsq; supplicationibus non tantum de labijs procedat oratio, sed de intimis animi penetralibus huiuscemodi deprecationes exeant: ne contra proinde seruator proclamet populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè est à me: hinc est quod idẽ Dominus noster in Euangelio præcipit cum oraueris intra cubiculum tuum; et clauso ostio ora ad patrem tuum, & quid per cubiculum nisi archanum mẽtis, interiorumq; nostrorum secretum intelligere voluit? et quid per ostiũ nisi ostium conscientiæ? de quo Dominus ego sto ad ostium, & pulso: et Dauid pone Domine custodiam ori meo: & ostium circunstantiæ labijs meis. Quisquis ergo verè orare, & quãprimum exaudari exoptat prius intellectu, & mente percipiat, quid orare intendit; claudat conscientiæ ostium, ne Diaboli obstrepent tentationes: nec cum orat non sermone clamet, nec suam ob mundi gloriam diffundat orationem, nec tandem sese iactet in populis, sed rerum terrenarum relinquat sollicitudinem, cæterorum negociorum sit immemor, detractiones, vaniloquia, & omnes vanitates de mente sua amputet, habeatq; mentem deuotam, humilem, castam, iustam, & cum charitate succensam: hanc etenim his munitam conditionibus intuetur, & exaudit deprecationẽ Deus: cuius cõditiones magis, ac magis dilucidare prosequẽs auritus Pastor adycit

De honore exhibendo templo Dei:

Mat. 15.

Mat. 6.

Apo. 3.

ps. 140.

[*& nolite cantare nisi quod legitis esse cantandum:*] *pro cuius loci illustriori euidentia ex Choriolano obseruandum est. quod tempore Diui Augustini non dum aliquod diuinum officium determinatum per Ecclesiam institutum, Sed singulis in Ecclesiis pro Prælatorum arbitrio laudes Deo tribuebantur, qua propter Diuus hic Parens tale officium diuinum à suis fratribus celebrandũ instituit, quale in sua secunda Regula expressum dignoscitur: Sed cum Damasus Papa ad praces Theodosii Imperatoris, iuxta Beati Hyeronimi distinctionẽ, psalmos nocturnos, & Diurnos in Ecclesiis de cãtandos instituerit, Idem Pater Augustinus per suum successorem Siricium eamdem institutionem laudabilem promulgari fecit: quapropter multi, ac varii inconsoni cantus in Ecclesia pro libito cuiuscuiusq., in maximam potius christianæ Religionis confusionem, quàm in Summi Dei laudem fieri cœperunt, et ea, quæ non ad cantandum, sed ad legendum erant conscripta, absq; vllo ordine, absq; omni proportione; & absq; omni instituto cantabantur: cui quidem absurditati obuians sanctus P. præcipit* [*& nolite cantare: et cætera*] *ex quo infertur quod cantus, & vsus ecclesiasticus fieri debet non secundum singulorum arbitrium, Sed secundũ scripta, & instituta maiorum. Sicuti constitutiones, diffinitiones, & cætera id generis in Monasterio nequaquam debent nisi de consilio saniori partis, & eorũ qui præsunt in Regimine. In legendo itaq;, & cantando diuinum officium, horasq; canonicas, Sancta Romanæ Ecclesiæ ritus seruandus est. nec alliquid publicè in Ecclesiis debet legi, vel cantari, nisi quod legendum, vel cantandum ipsa Protectrix Mater tradiderit: & diligenter aduertendum quod quicquid legitur, vel cantatur distinctè, modestè, pausatim, integreq; debet pronunciari: & hoc est intentum Sancti Præceptoris in hoc articulo quarto primæ sectionis: cui secunda succedit cũ dicitur:* [*Carnem vestram domate & cat.*] *quo in loco ea præponit, quibus mundi vitia (vt superius prælibauimus) impugnantur; ieiunium nempè, membrorumq; mortificationem: circha quæ tria in medium affert præcepta, et ita sectio hæc in tres articulos erit distribuẽda: quorum primus est de ieiunijs, & abstinentia in verbis prænotatis; secundus de consentaneo moderamine seruando in ieiunijs cũ scribit,* [*quãtum valitudo permittit:*] *Tertius deinde de cibo spirituali sumendo in mensa cum inquit* [*cum acceditis ad mensam, &c.*] *adoriens itaq; articulum primum, primumq; mandatum secundæ sectionis inprimis monet, vt abstinentia cibi, & potus castigetur caro, vt deinde domata Florentissima seruetur castitas, nam teste Apost. caro cõcupiscit aduersus spiritum: Ob id ne carnis concupiscentia præualere queat, summo studio reprimatur: etenim cum cãro attenuatur, Spiritus*

Tempora Diui Agustini: nõ dũ erat officiũ determinatũ.

Damasus diuinũ officiũ determinatũ instituit:

Siricius successor D. Agus.

Sectio Secũda eiusq; partitio in tres articulos.

Gal. 5.

*augetur; cum caro domatur, Spiritus roboratur; ergo attenuetur, & dometur per ieiunij, & abstinentiæ virtutē, vt precepit. S. P. quod quidem ieiunium (teste sancto Antiste Ambrosio) est continentia magisterium; pudicitia disciplina; humilitas mentis; castigatio carnis: & forma sobrietatis; quin potius (authore hoc eodem præceptore,) ieiunium carnem spiritui subijcit; concupiscentiæ nebulas dispergit; libidinum ardores extinguit; castitatis verum lumen ostendit. Ob eam rem antiqui Patres, & cæteri Heremi cultores ieiunium tanquam maximum medicamentum animarum, ac remedium salutis, et propugnaculum mētium, atq; galeam virtutum, nec non, & Diaboli telum complexi fuerunt. Vt igitur talia, ac tanta consequantur huius Regulæ sectatores iure S. P. eis præcipit, vt carnem doment abstinentia escæ, & potus. Verum cum teste Gregorio Pontifice sanctissimo per abstinentiam carnis vitia extinguenda sint, non autem caro, ob eam rē confestim opt. Præceptor adijcit in secundo articulo [quantum valitudo permittit:] dum enim in Ala hostem insequimur ciuem nostrum, hoc est carnem nostrā nequaquam trucidare debemus: quod pariter Hugo de Sancto Victore in expositione dicere videtur: & Cassianus in libro de institutis Monachorum astruit meliorem esse rationabilem quotidianam cum moderatione refectionem, quàm per interualla arduum, longumq; ieiunium: nouit enim immoderata inedia non solum mentis labefactare constantiam; sed etiam orationum efficaciam reddere lassitudine corporis eneruatam; & ideo ieiunium, carnisq; maceratio temperatè fiat: tunc autem temperatè fit, si fuerit pium, castum, humile, discretum, cum oratione coniunctum, non ad mundi gloriam, Sed ad Dei laudē, animæq; salutem; & deniq; si singula ieiunent membra oculus scilicet à curiosis affectibus: auris a fabulis, rumoribus, & falsis doctrinis; lingua à detractione, & inutilibus verbis; manus à rapinis, & persecutionibus: pes à vanis, & prohibitis incessibus: genitalia ab omni illicito coitu: et multo magis anima à propria voluntate sua: & hoc intellexisse voluit in primo, & secundo articulo huius sectionis inuigilantissimus hic Pastor, qui vtrumq; clarius declarare persequens scribit. [quando autem aliquis vestrum non potest ieiunare; non tamē extra horam prandij aliquid alementorum summat] videbat. S. P. non omnes in monasterio constitutos ieiunare posse, vel propter immoderatum exercitium, vel ex naturalis complexionis indispositione, vel quacunq; alia ex causa: propterea vt æquabilis Pater e vestigio in mediū attulit verba præfata: adijciens deinde [nisi cum ægrotat:] infirmis enim, vel propter stomaci debilitatem, vel propter medicamenta summēda, vel vt citius recreentur neq; lex, neq; hora imposita est, sed cæteris sanis tempus destinatum*

**D. Amb. in tracta. de ieiunio:**

**Laudes ieiunii.**

**Greg. Pont.**

**Hugo de S. Victor.**

**Cassianus.**

**Ieiunium optimum est si temperatè fiat: & si totus homo ieiunet.**

*comedendi optimè constitutum est, & iure quidē, quoniam sicut in oratione, in petendis codicibus, & tandem in omnibus actionibus hora cōstituta sunt; itidem & in commessationibus, & ieiunijs tempus instituendum erat: at cum pro huius rei illustratione nonnulla in dilucidario dubitationum sint proponenda, non immerito his dimissis ad tertium articulum, vel potius mandatum eiusdem secundæ sectionis accedendum est: cuius exordium tale: [cum acceditis ad mensam donec inde surgatis, quod vobis secundum consuetudinem legitur sine tumultu, & cōtentione audiatur, ne solæ vobis fauces summant cibum, sed & aures exuriant verbum Dei] quo in loco (vt prænotauimus) S. P. tradens tertium articulū infedit imponere quòd quādiu ad mensam pro refectione summenda suæ Regulæ professores accedunt, tunc attēto animo, arrectis auribus sine tumultu, & contentionibus de illis scripturis, quæ secundum consuetudinem legi iubentur lectionem audiant, & hoc ideo, quia non solum fauces corporales cibum debent summere; sed etiam anima delitioso illo pabulo, quod verbum Dei est refici debet; & quoniam verbum Dei per auditum est (teste Apostolo) cumq; sensus auditus sit sensus disciplinæ, ideo aures ipsæ non quidem exteriores, quibus affectus esse non potest, sed aures cordis exuriant: hoc est affectent, & concupiscant audire verbum illud Dei sacratissimum. hinc est quod in Concilio lateranensi sancitum fuit, vt in conuiuio sacerdotali lectio semper haberetur, & præsertim de scripturis, vt 44. testatur dist: cuius triplex potest causa assignari, prima ut non solum exterior, sed interior pascatur homo. secūda ut corpus magis à peccatis caueatur, quæ ex delectationibus cibi solent oriri. Postrema denique, vt euitentur eloquia turpia, quæ in conuiuijs consuescunt insurgere: quin potius eandem laudabilem consuetudinem seruasse Redemptorem nostrum legimus. Pharisæo nanq; qui eum inuitauerat dixit Simon habeo aliquid tibi dicere, & dum cum discipulis commederet inquit: hæc sunt, quæ loquutus sum vobis; & in die Ascensionis conuescentibus Apostolis præcepit eis ab Hyerosolimis ne discederent, sed expectarent promissionem Patris: optimè ergo de lectionibus audiendis in mensa præceptum imponit. S. P. in quo mandato simul, & semel insinuat nō tātum quod dictum est, verū; etiam edendi bibēdiq; communitatem, quæ seruari nequaquam potest si plures diuersis in locis, diuersisq; temporibus præparētur mēsæ; quo enim pacto simul in mensa fratres lectionem possunt audire, si nō simul eodēq; in loco reficiantur: ob id magna est in illo monasterio diuisio, & ponderosa Religionis transgressio, in qua partiales sunt mensæ; innumera profectò ex hoc, & execrabilia mala insequuntur. Communitas inprimis destruitur. Diminuitur deinde charitas. Nascitur murmur. Consumūtur*

Mat. 14. Rom. 10.

sōci: latera:

Triplici de cā in mensa est legendū:

Luc. 7.

act. 1.

volo in mensa

*Monasterii bona, oriuntur insolentiæ, Detractiones, Coniurationes, Clamores, Conuitia, & Maledicta innumera. Vna itaq; sit pro fratribus bene valentibus comunis mensa; pro infirmis verò, & Hospitibus plures, ita enim charitas præcipit: & si aliqua comunis, & particularis necessitas plures amittat, tunc pariter sine tumultu, & contentione audiatur lectio. & non tantum in principio mensæ, sed vsq; ad finem, ita enim idem præcipit S.P. inquiens [ donec indè surgatis. ] & ratio est nã quemadmodum continua est corporis, ita & mentis iugis debet esse refectio [ sine tumultu scilicet, & contentione. ] hoc est cum silentio, & meditatione, atq; sine cõtradictione, audiendo, et custodiendo verbũ diuinum; quòd legitur in mensa: diuinorum quippe verborum custoditio ipsa est præceptorum adimpletio, & quisquis id agit, propriè custodire verbum Dei dicitur vt habet hic sacer Canon: & ille gaudium, letitiam, mentis saturitatem, & ueram deniq; beatitudinem recipit iuxta Redemptoris nostri promissa dicentia, Beati qui exuriunt, & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur, qui scilicet sic retinent illud, vt faciant quæ iubentur per ipsum; & deinde Symphonarius Dauid canit, Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo: in mensa igitur verbum diuinum audiatur, & custodiatur; vt mens reficiatur, et deinde vnusquisq; addiscat, quid euitare, quiduè obseruare debeat. audiatur inquam sine contradictione, cum fide, spe, charitate, cum reuerentia, attentione, & cum debito proposito adimplendi quæ per ipsum iubentur; Sic enim præcipit. S. P. in calce huius secundæ sectionis. qua absoluta postremam adoritur cum dicit. [ Qui infirmi sunt ex pristina consuetudine si aliter tractantur in victu, non debet alijs molestum esse nec iniustum videri eis, quos aliqua consuetudo fecit fortiores: & cæt. ] vsq; ad locum illum inclusiuè [ melius est enim minus egere, quam plus habere: ] quibus in verbis optimus Præceptor (vt prælibatum est) tractare intẽdit de eelemosina, quæ piè in proximum quilibet moueri debet: quatuorq; mandata imponit, & ita sectio hæc in quatuor artitulos secanda erit: primum mandatum eos respicit qui frequenter egrotare cõsuescunt, vt habetur in prænotatis verbis: Secundum eos intuetur qui diuites, & delicatiores in seculo extiterunt: ibi cum dicit. [ Et si eis qui venerunt ex moribus delicatioribus aliquid alimentorum, & cæt. ] vsq; ad eum locum inclusiuè [ fiant pauperes delicati ] Tertium ad illos attinet, qui post infirmitatem sunt recreandi cum videlicet inquit: [ Sanè quemadmodum egrotantes ] vsq; ibi [ anterior consuetudo ] Quartum tandem ad illos pertinet, qui sanitatem recuperarunt: ibi scilicet [ sed cum vires pristinas & cætera ] vsq; ibi [ quam plus habere: ] Proponens itaq; primum præceptum huius tertiæ sectionis man*

**Iugis debet esse lectio in mẽsa**

**Mat. 5.**

**Sectio tertia, eiusq; diuisio in quatuor articulos.**

*dat in primis, ut ij, qui infirmi sunt ex pristina consuetudine, frequenterq; egrotare solent, misericordius tractentur in victu, nec id robustioribus, ac corpore fortioribus esse debet molestum, sed aequo animo eorum sufferre imbecillitatem, & plurimum eis compati, ac misereri; Sic enim iubet misericordia vera, quae charitati cognata est; & alienae miseriae in corde humano compassio quaedam dicitur: et est in causa, ut homines Beati nominentur, & sint iuxta dominica praecepta Beati misericordes quoniam ipsi misericordiam consequentur. Quãdo ergo quispiam frater propter egritudinem inueteratam aliquid aspicit suis fratribus delicatioris exhiberi, non modo non moueri, turbarique animo audeat; Sed eius potius compati, misereri, & inquibus potest subuenire studeat, Sic enim sui miserebitur Deus; aliorsum Deus suam ei negabit diuinitatem, cum ipse homini suam neget humanitatem . nec illos ( ut impenit. S. P. ) faeliciores arbitretur, quia summunt, quod non summit ipse: Sed potius gratuletur, quia valet, quòd non valent illi : melius est etenim abstinere, quàm summere, cum illud infirmitatis, hoc autem virtutis sit, & ideo gratuletur sibi vnusquisq;, quòd dono gratiae diuinae tàm sanus est, & validus , ut possit sibi communis sufficere aliorũ cibus , & potus, quodq; nihil delicatum quaerat, nihiluè superfluum .Sequitur secũdum praeceptum, [ & si eis, qui venerunt ex moribus delicatioribus ad monasterium alquid alimentorum, vestimentorum, operimentorumuè datur, & caetera.] quo in loco prosequens. S. P. intentum suum suos sectatores ad eandem misericordiam inflammat praecipiens quòd si eis , qui venerunt ex moribus delicatioribus ad Monasterium , ceu sunt illi, qui nobiles, & potentes in seculo extiterunt aliquid delicatioris victus, preciosioris vestitus, comodioris uè mansionis tribuitur, quod alijs fortioribus, & ideo faelicioribus non datur, quia scilicet illa fortitudine in vigilijs, ieiunijs, & caeteris poenitentiae actibus faciendis ordinariè, sedulóq; uti possunt, hoc alijs nequaquam grauè, molestumq; esse debet; cogitare nanq; habent , & ex ratione cognoscere quòd iustitiae, & rationi consentaneum est, ut ij. s. diuites, qui plus descenderunt , & ex lautiori vita demearunt, plus etiam, & delicatius accipere debent ; cuius rei natura praestat experimentum ; quantum enim de altiori scaturit aqua loco, quantumq; plus descendit, tantum eminentiora loca irrigat. quinpotius Christus nostrarum operationum Retributor docet quòd quãto quis plus se humiliat , tanto plus exaltabitur . Si ergo quis plus alto in Religione descendit; Si plus se humiliat; si de altiori statu ad humiliorem venit, plus accipere, plus tollerari, magis etiã exaltari debet; & ideo non sit inter seruos Dei murmur, sed discretio personarum; ( velut etiam. S. P. in primo cap. docuit ) sit earum status agnitio , sit rectum,*

misericordia quid.

Mat. 5.

*sanumq́; iudicium & cum Ministri Religionumq́; Pastores iuxta huiusm. discretionem, distributionem iustam cognouerint, non velint accipere omnes, quod paucos accipere vident; quia tolleràdi, qui minus possident: sufferendi qui minus valent, & compatiendum est illis, qui in seculo delitiose viuere consueuerunt: cuius rei rationem reddit. S. P. cũ dicit [ ne contingat detestanda peruersitas:] vt scilicet in Monasterio quantum possunt, Diuites fiant laboriosi, hoc est parci, abstinentes, & sobrij: [ Pauperes autem fiant delicati: ] idest delicatius cæteris sumant, & lautius viuant: quàm dum in seculo essent: quæ peruersitas magna quippe est; & maxime detestanda, & præsertim cum plerunq́; pauperes, & ignobiles, ac rusticani homines in seculo velint in Religione tãquam nobiles, & magni viri tractari, qui deinde sobriam & parcam ducunt vitam: quin potiùs super doctores, sanctiores iugiter se efferre non erubescunt: & primos accubitus, prælaturas, eminentias, ac delicatiores cibos quærere non confunduntur: etiam si in seculo infimi; & abiecti extiterint; et in Religione postmodum indocti, & imprudentes, ne dicam infames sint: quapropter ij non Christum insequuntur, non Christi crucem portant, sed Christum cruci affigunt; De torrente in uia bibunt, sed caput non exaltabunt in patria: lugent vtiq́; cum arctiorem vitam ducant, sed nequaquam consolabuntur: per arctam, & angustam incedunt viam: Sed in latam, & spaciosam corruent pœnam: Sub pannis humilitatis Redemptoris incedũt: Sed in illis inuoluunt, & humanam palliant superbiam: in Domini præsepio vitam degunt: Sed pro vagitibus innocentiæ inibi murmur detractionis, iræ, & inuidiæ intonant: & deniq́; si colunt Deum, et si tota die mortificantur, sine causa colu t, sine causa mortificãtur, et ut inquit Propheta vt oues occisionis existimantur: quinimo de ipsis eadem est ferenda sententia, quã Dominus noster contra Pharisæos illos sepulchra dealbata appellans; & dicens amen dico vobis, receperunt mercedem suam: Ob eam rẽm redeat vnuquisq́; ad cor suum, suam cognoscat dignitatẽ, seipsum discutiat; consideret vnde venerit; quò tendat; quomodo viuat, quid agat, quid comittat quid omittat, quantum quotidie proficiat; & deficiat. et ita prænotata euitabit mala; & ad vnguem adimplebit quicquid in hoc articulo Secundo tertiæ sect. præcipit. S. P. qui tertium adoriens scribit. [ Sanè quemadmodum egrotantes necesse habent minus accipere ne grauentur, ita et post ægritudinem sic tractandi sunt, vt citius recreentur etiã si de humillima paupertate venerint: tãquã hoc illis cõtulerit recentior ægritudo, quod diuitibus anterior consuetudo: ] quo in loco docet, & mãdat quomodo misericorditer sint recreandi à Prælatis in opportunis quibusunq́; tam ij, qui ex diuitiarum fastigio, quàm ij, qui*

Contra pauperes Religiosos superbos V etiam D. Ber. in apolog. pro ordine suo.

Ps. 43.

Mat. 6.

*ex humillima paupertate seculi venerunt, vt citius recreentur, in qua perinde recreatione administranda non debet esse apud Prælatos personarum acceptio, nec contemni humillima paupertas in ijs, qua expostulat humana necessitas; & hoc quidem fieri consentaneum est, tùm vt charitatis debita obsequia extendantur ad omnes, tùm vt vnusquisq; tutius Deo famulari, Monasterio seruire, & cætera virtutis officia liberius valeat exercere; insuper ne ipsa infirmitas in famulo Dei prædominium suscipiat, vt indè vel de recidiua periculum incurrat, vel ad onera Religionis minus idoneus efficiatur, quam profectò misericordiā Prælatus ille, qui vel conualescenti, uel ægroto fecerit, ab æternis merebitur in die iudicij liberari, & pro tantillo obsequio cæleste Regnum in præmium donabitur, a quo audiet in throno maiestatis suæ sedente infirmus fui, & visitasti me: iccirco sic se exhibeat Prælatus vnusquisq; ad seruiendum infirmis vt non alteri, quam imortali Deo & quanto infirmi ipsi pauperiores, deiectiores, humilioresq; extiterint, tāto ad eos visitandos, curandos, recreandosq; sese feruentiorem præbeat. Sic enim imponi videtur in hoc tertio præcepto, cui quartum in ordine succedit. cum dicitur, [ Sed cum vires pristinas recuperauerint, redeant ad fæliciurē consuetudinem suam, quæ famulos Dei tanto amplius decet quanto minus indigent: ne cibi eos teneat voluptas iam vegettatos, quos necessitas leuarat infirmos] postquam, S. P. Prælatos paternè monuit, vt misericorditer infirmos curare conatus adhibeant, eodem pactō in præsenti commonefacit iam satis superq; recreatos, vt sublata (Dei gratia) infirmitate, recuperatisq; pristinis viribus ad fæliciorem consuetudinem ipsi redire non grauentur. & obseruādum quod per fælicē consuetudinem pientissimus Parens intelligit corporis castigationem; carnalium desideriorū, quæ militāt aduersus animam, abscisionem; die noctuq; Dei seruitio vacare: se in obsequium Seruorum Dei exhibere, & tandem se totū meditationi, atq; cōtēplationi dedicare: & ad hāc fælissimā consuetudinē; austerioremq; uitā famulos Dei tanto amplius, atq; festinantius redire decet, quanto minus indigent, nec cibi eos teneat voluptas iā vegetatos, quos necessitas leuarat infirmos: nanq; ad leuandā, deponendāq; corporis infirmitatem carnis agere, & habere curam necessarium est; quæ quidem caro cum uegetata, & instaurata fuerit, sic cibi, potuūq; vsus remittendus est, sic carnis resecanda curæ, vt Dei famulos cibi, aliarumq; delitiarū non teneat voluptas, nec diseruiant gulæ, qui deseruire debent animæ: periculosæ enim, ac summopere fugiendæ sunt voluptates, quæ effæminatum faciunt animum. quāto ergo famuli Dei minus indigēt, tāto amplius eos decet ad pristinā, fælicē, austerioremq; vitā redire; ne animæ virtutes aufferant ipsæ voluptates, quibus nec*

Mat. 25.

maior, nec suauior potest inueniri tirannus. Verùm vt hoc quod præcipit Sanctus P. libentius exequamur, necnon & vitia, quæ in nobis generantur ex ipsis voluptatibus maiori cura extingenda inuadamus statim adiecit [ illos sane existiment ditiores, qui in sustinenda parcitate fuerint fortiores: ] pro quorum verborum intellectu annotandum quòd duplex est diuitiarum genus; aliud temporaliũ, aliud spiritualium, et de his est sermo, quæ sunt Fides, Spes, Charitas, & his similes, quæ ex nece pululant vitiorum; nam vnumquodq; (teste Philosopho) ex suo efficitur contrario: quapropter occiduntur vitia maximè ex carnis mortificatione: & ex ipsa parcitatis fortitudine: qui ergo in sustinenda parcitate fuerint fortiores, q per ieiunia, per sobrietatem, per abstinentiã, per continentiam, per domationem carnis, & per castitatem animum diuitem, at præditum faciunt esse virtutibus: & ita in thesauro Regni Cœlestis fiunt ditiores, vt optime dicit hic. S. P. qui, ut ad hanc sustinendã parcitatem fiamus propensiores, postremo annectit [ Melius est enim minus egere, quam plus habere: ] ac si apertè dicat melioris conditionis est egere alicuius rei, quæ nobis minus est, hoc est quæ nobis minus deficit, quàm plus habere, idest, plus abundare, quam opus sit; quoniam melius est aliquid egestatis propter Dominũ sustinere, quam super abundare: egestas enim quæ est propter Deum, humilitatem generat, quæ est causa salutis & exaltationis dicente Domino, qui se humiliat exaltabitur, huius rei exẽplũ fit, sanus est melioris cõditionis cũ minus egeat medicamẽtis, et minus habeat quã infirmus, qui plus medicamẽtis eget, et plus habet: itẽ ante peccatum quis minus eget, et minus habet, et post peccatũ plus eget, et plus habet: et ideo melius est [ minus egere, quã plus habere, ] præsertim cũ plus ab illo, qui plus habet, sit exigẽdũ teste domino: Quamobrẽ serui Dei, ut carnis illecebrosos appetitus, et oẽs queãt cõmodius reprimere uoluptates iugiter, ac diligẽter attẽdere debẽt, ut alimẽtorũ, vestimẽtorũ minus habere uelint, quã eis opus fuerit: Deus etenim Gloriosus, et sũmè Bonus, et sũme Clemẽs, qui omnia regit, gubernat, qui cõtritos corde sanat; qui nostras intuetur necessitates, qui pascit uolucres cœli, qui uestit lilia agri; qui ad Heliã coruũ destinauit, qui populũ mãna pauit, qui Daniellẽ in lacu leonũ cibauit; qui Ioannẽ infantem in deserto custodiuit nostris in necessitatibus nos deperire nõ dimittet, Sed à periculis cunctis mentis et corporis liberabit semper.

Arist primo Phy.

Luc. 14. 18.

Luc. 17.

ps. 47.
ps. 146.
Mat. 6.
3. Reg. 19.
Ex. 16.
Dan. 6.
Io. 1.

## DILVCIDARIVM IN DVBITATIONES Secundi capitis

QVÆRITVR propter illa verba Orationibus instate horis, & tẽporibus constitutis an omnes Religiosi in Monasterio constituti horas canonicas persoluere teneantur.

Qui ex praecepto Ecclesiae teneantur horas canonicas persoluere.

Respondetur quod ad persolutionem horarum canonicarum ex praecepto Ecclesiae primo tenentur omnes promoti ad sacros ordines: deinde quilibet Beneficiatus, & tandem vniuersi Religiosi professi, quorum Religio ad actus vitae contemplatiuae est instituta, & per Ecclesiam confirmata, & hoc ratione suae professionis: nõ solum enim huiusmodi Religiones institutae sunt ad orandum particulariter, verùm etiam ad deprecandum Deum pro vniuersa vtilitate fidelium, et hac de causa inprimis horae canonicae institutae sunt, vt optimè testatur D. Ant. in. 3. p. s. t. 13. c. 4. ff. 1. Idem Petrus de Pal. & Ber. de Tril. in primo quodl. Ex quibus nonnulli inferunt (vt Aug. de Anch: in. 5. de pot. Eccl.) etiam conuersos ad eandem persolutionem teneri; Sed hoc videtur intelligendum, si sciant legere, vel aliter determinatum sit à potestatem habentibus. Videlicet quod loco horarum dicant Pater. & Aue. quas orationes, & ipsi pro fidelium vniuersitate persoluere habent. Propterea Gaiet, & Bart. Pla in suis summis scribunt illos scilicet Conuersos ad id non teneri, nec etiã ij, qui sunt de Tertio habitu. Ex suis tamen constitutionibus quaedam orationes eis iniunguntur non quidem ex praecepto Ecclesiae: quia recipiuntur ad opera seruilia, & secundum Pa. sunt famuli Monasteriorum. Quin potius addunt praenotati Doctores, quod Religiosi Professi nec ipsi tenentur horas canonicas persoluere si non existunt in sacris, neq; ex professione, neq; ex victu: quia eis debetur ex perpetuo seruitio Dei, cui sunt dicati. Tutius tamen est, quod dicant propter cap. licet de vo. Nouitij verò non tenentur: quia non sunt Religiosi; nec voto astricti. Quod pariter videtur asseuerare Io Vig. t de vir. ius cap. 5. ver. 4. quo in loco habet haec. Clerici uerò in minoribus ordinibus constituti, vel solo clericatu non tenentur ad aliquas orationes vocales ex praecepto Ecclesiae.

Hora canonica instituta sũt pro vniuersa vtilitate fideliũ

Ant. Pet. de pal. Ber. de trial. Ang. de Anch.

Gaiet. Arm.

Nouitii non tenentur ad persoluendas horas canonicas.

QVAERITVR propter eadem verba an omnes dimittentes horas canonicas mortaliter peccent.

Respondetur quod hi, qui horas canonicas missas faciunt ex industria, vtiq; mortaliter peccant: quia Ecclesiae praeceptũ transgrediuntur. 14. q. 1. quod debet: quin potius diuinum violant praeceptum: cum sit de iure diuino quòd septies in die clerici laudent Deum, ut testatur Pa. in dicto ca. 1. Et si quis dimittat horas vnius diei secundum Guil. non propterea committit septem peccata mortalia, sed vnum, & tanto grauius, quanto plus de ipso officio demittit: quia totum officium vnius diei cadit sub uno praecepto extra de Cel. mis. cap. dol. Si verò huiusmodi horas praetermittant propter aliquam necessitatem puta propter defectum visus, vel infirmitatem, vel paupertatem quae sit in causa, quod libris careant (recompensantes tamen aequiualens

Dimittens septẽ horas unius diei non septem peccata mortalia committit, sed vnum: at si dimittat aliquas horas in diuersis diebus puta primã nonam, & completorium committit tria peccata mortalia puta primam in vno die, & nonã in alio & cõpletoriũ in alio uã totũ officiũ integrale praecipitur quotidie adipleri.

per Psalmos, Orationem Dominicam, & huiusmodi) non peccant mortaliter; quia Deo auctore, qui non praecipit impossibilia, infirmitatem patiuntur. Ecclesia quinetiam, quae est pia Mater, non intendit fideles ad valdè difficilia obligare, cum iugum Domini suaue sit. At qui pecuniam expendunt in superfluitatibus, & vanitatibus, & de Breuiario non curant, mortaliter Deum offendunt; vt clarè determinant D. Arch. Flo. in 3. p. 5. t. 13. cap. 5. ff. 5. & Io Vig. vbi supra. & Tab. in qua additur quòd si praedicatores, lectores & scolares diuinum officium preuenire non possunt, & dimittunt propter praedicationem, lectionem, vel studium, vel ad euitandum aliquod magnum scandalum, vel ne impediatur aliquis magnus fructus, tunc excusantur aliàs secus cõcluditur insuper in eadẽ sũ: quod die sequẽti officiũ reiterare nõ tenẽtur.

QVAERITVR propter eadẽ verba an Diuinũ officiũ praetereũtes de necessitate ommissũ repetere teneãtur, et. Huiusmodi poena à confessore sit iniungenda.

Respondetur à D. Tho. in quodl. quod sicut in officiis diuinis exsoluendis obseruanda est congruitas loci, ita etiam congruitas temporis, quae obseruari non posset, si oporteret iniungere ommittenti quòd horas diceret, quas ommisit forte enim in completorio diceret Iam lucis orto. &c. Et in tempore pascali officium passionis; quod ui detur absurdum, & ideo officium non est repetendum, nec à Confessore iniungendum quod dimittens easdem horas repetat, sed benè aliquid ad laudem diuinam pertinens. hoc enim commune est in omni officio diuino scilicet laus Dei, & suffragium omnium fidelium, puta quòd dicat septem Psalmos Pan. vel vnum Psalterium, vel aliquod amplius secundum delicti qualitatem. Idem habet Pet. de Pal. Guil. el. Ant. & Io Vig. vbi supra, qui quidem Ioan. addit quod solum immediatus Christi uicarius, qui regimen totius Ecclesiae habet potest commutare officium, ipsumq́; condonare. Sicuti potest dispensare ne Canonicus in duabus Ecclesiis bis teneatur Diuinum officium persoluere: inferiores uerò nequaquam hoc possunt, nisi ex eius commissione.

In omni diuino officio laudatur Deus.

QVAERITVR ob eadem verba an horae canonicae possint praeueniri, & retardari.

Respondetur licet in capite primo de celebratione Missarum habeatur quod horae canonicae tempore conuenienti debeant dici secundum.s. morem patriae: & ordinationem statutorum: possunt tamen ex causa in officio publico, & priuato praeueniri, & retardari. Primùm in officio publico cũ habenda est Processio, vel Praedicatio, nec accipi debet hora punctualiter, alioquin non posset dici (aliquo temporis interuallo intercidẽte) Tertia post Primam, quòd nihilo

Horae canonicae in officio publico, & priuato possunt praeueniri: & retardari.

Qui ex praecepto Ecclesiae tenentur horas canonicas persoluere.

Respondetur quod ad persolutionem horarum canonicarum ex praecepto Ecclesiae primo tenentur omnes promoti ad sacros ordines: deinde quilibet Benificiatus, & tandem vniuersi Religiosi professi, quorum Religio ad actus vitae contemplatiuae est instituta, & per Ecclesiam confirmata, & hoc ratione suae professionis: nõ solum enim huiusmodi Religiones institutae sunt ad orandum particulariter, verùm etiam ad depraecandum Deum pro vniuersa vtilitate fidelium, et hac de causa inprimis horae canonicae institutae sunt, vt optimè testatur D. Ant. in. 3. p. s. t. 13. c. 4. ff. 1. Idem Petrus de Pal. & Ber. de Tril. in primo quodl. Ex quibus nonnulli inferunt (vt Aug. de Anch. in. 5. de pot. Eccl.) etiam conuersos ad eandem persolutionem teneri; Sed hoc videtur intelligendum, si sciant legere, vel aliter determinatum sit à potestatem habeatibus. videlicet quod loco horarum dicant Pater. & Aue. quas orationes, & ij si pro fidelium vniuersitate persoluere habent. Propterea Gaiet, & Bart. Pla in suis summis scribunt illos scilicet Conuersos ad id non teneri, nec etiã ij, qui sunt de Tertio habitu. Ex suis tamen constitutionibus quaedam orationes eis iniunguntur non quidem ex praecepto Ecclesiae: quia recipiuntur ad opera seruilia, & secundum Pa. sunt famuli Monasteriorum. Quin potius addunt praenotati Doctores, quod Religiosi Professi nec ipsi tenentur horas canonicas persoluere si non existunt in sacris, neq; ex professione, neq; ex victu: quia eis debetur ex perpetuo seruitio Dei, cui sunt dicati. Tutius tamen est, quod dicant propter Cap. licet de Vo. Nouitij verò non tenentur: quia non sunt Religiosi, nec voto astricti. Quod pariter videtur asseuerare Io Vig t de Vir. Ius cap. 5. ver. 4. quo in loco habet haec. Clerici uerò in minoribus ordinibus constituti, vel solo clericatu non tenentur ad aliquas orationes vocales ex praecepto Ecclesiae.

Hora canonica instituta sũt pro vniuersa vtilitate fideliũ

Ant. Pet. de pal. Ber. de trial. Aug. de Anch.

Gaiet. Arm.

Nouitii non tenentur ad persoluendas horas canonicas.

QVAERITVR propter eadem verba an omnes dimittentes horas canonicas mortaliter pecent.

Respondetur quod hi, qui horas canonicas missas faciunt ex industria, vtiq; mortaliter peccant: quia Ecclesiae praeceptũ transgrediuntur. 14. q. 1. quod debet: quin potius diuinum violant praeceptum: cum sit de iure diuino quòd septies in die clerici laudent Deum, ut testatur Pa. in dicto ca. 1. Et si quis dimittat horas vnius diei secundum Guil. non propterea committit septem peccata mortalia, sed vnum, & tanto grauius, quanto plus de ipso officio demittit: quia totum officium vnius diei cadit sub uno praecepto extra de Cel. mis. cap. dol. Si verò huiusmodi horas praetermittant propter aliquam necessitatem puta propter defectum visus, vel infirmitatem, vel paupertatem quae sit in causa, quod libris careant (recompensantes tamen aequiualens

Dimittens septẽ horas unius diei non septem peccata mortalia committit, sed vnum: at si dimittat aliquas horas in diuersis diebus puta primã nonam, & completorium committit tria peccata mortalia puta primam in vno die, & nonã in alio & cõpletoriũ in alio nã totũ officiũ integrale praecipitur quotidie adipleri.

per Psalmos, Orationem Dominicam, & huiusmodi) non peccant mortaliter; quia Deo auctore, qui non præcipit impossibilia, infirmitatem patiuntur. Ecclesia quin etiam, quæ est pia Mater, non intendit fideles ad valdè difficilia obligare, cum iugum Domini suaue sit, At qui pecuniam expendunt in superfluitatibus, & vanitatibus, & de Breuiario non curant, mortaliter Deum offendunt; vt clarè determinant D. Arch. Flo. in 3. p. 5. t. 13. cap. 5. §. 5. & Io Vig. vbi supra. & Tab. in qua additur quòd si prædicatores, lectores & scolares diuinum officium preuenire non possunt, & dimittunt propter prædicationem, lectionem, vel studium, vel ad euitandum aliquod magnum scandalum, vel ne impediatur aliquis magnus fructus, tunc excusantur aliàs secus cõcluditur insuper in eadẽ sũ: quod die sequẽti officiũ reiterare nõ tenetur.

QVÆRITVR propter eadẽ verba an Diuinũ officiũ prætereũtes de necessitate ommissũ repetere teneãtur, et. Huiusmodi pœna à confessore sit iniungenda.

Respondetur à D. Tho. in quodl. quod sicut in officiis diuinis exsoluendis obseruanda est congruitas loci, ita etiam congruitas temporis, quæ obseruari non posset, si oporteret iniungere ommittenti quòd horas diceret, quas ommisit forsè enim in completorio diceret Iam lucis orto. &c. Et in tempore pascali officium passionis: quod ui detur absurdum, & ideo officium non est repetendum, nec à Confessore iniungendum quod dimittens easdem horas repetat, sed benè aliquid ad laudem diuinam pertinens. hoc enim commune est in omni officio diuino scilicet laus Dei, & suffragium omnium fidelium, puta quòd dicat septem Psalmos Pæn. vel vnum Psalterium, vel aliquod amplius secundum delicti qualitatem. Idem habet Pet. de Pal. Guil. el. Ant. & Io Vig. vbi supra, qui quidem Ioan. addit quod solum immediatus Christi uicarius, qui regimen totius Ecclesiæ habet potest commutare officium, ipsumq́; condonare. Sicuti potest dispensare ne Canonicus in duabus Ecclesiis bis teneatur Diuinum officium persoluere: inferiores uerò nequaquam hoc possunt, nisi ex eius commissione.

*In omni diuino officio laudatur Deus.*

QVÆRITVR ob eadem verba an horæ canonicæ possint præueniri, & retardari.

Respondetur licet in capite primo de celebratione Missarum habeatur quod horæ canonicæ tempore conuenienti debeant dici secundum. s. morem patriæ: & ordinationem statutorum: possunt tamen ex causa in officio publico, & priuato præueniri, & retardari. Primùm in officio publico cũ habenda est Processio, vel Prædicatio, nec accipi debet hora punctualiter, alioquin non posset dici (aliquo temporis interuallo intercidẽte) Tertia post Primam, quòd nihilo

*Horæ canonicæ in officio publico, & priuato possunt præueniri: & retardari.*

minus pluribus in Ecclesijs, & Regionibus seruatur. In officio vero priuato, quod celebratur non officiãdo in Ecclesia debet (si fieri potest) proprijs horis persolui, si vero non posit commodè propter consentaneas occupationes licet preuenire, & retardari. Melius est tamen preuenire: nam vt dicit Hugo preuenire est prouidentia, retardare uero negligentia. Adnotandum tamen quod si quis mattutinas diceret de sero diei precedentis propter honestam occupationem, puta propter lectionem, prædicationem, & huiusmodi, non malè faceret. si vero eas exoluerit, vt quietius somno, vel uoluptati vacaret, non esset absq; peccato Similiter qui nondum dictis mattutinis missam celebrat, mortaliter peccat, Et si post celebrationẽ dicat, vt testatur Guil. & Host. quia facit contra Generalem, & approbatam consuetudinem Ecclesiæ iuxta cap: in his 11. dist. Qui vero celebrat ante primam, nõ peccat cum multis in Ecclesijs celebratio officium primæ præcedat; et hoc idem habent Arch. Flo. & Io. vbi supra.

Celebrans ante matutinum peccat.

QVÆRITVR occasione sumpta ex eodem loco an Excommunicati horas canonicas persoluere debeant.

Excommunicati horas canonicas debent persoluere.

RESpondetur quod duplex est excommunicatio minor, et maior. Qui prima excommunicatione sunt obstricti eas tenentur persoluere, simulq; cum alijs pronuntiare; Qui vero secunda excommunicatione sunt ligati, pariter & ipsi tenentur, sed non in Ecclesia, vel cum alio, aut quasi in officio suo, sed per modum orationis sine Dominus vobiscum. cap. si quis. Epis. damna. 11. q. 3. Excommunicatio enim non solum minor, sed nec etiam maior liberat ab onere, quin potius, & ipse degradatus ad persolutionem Diuini officij tenetur, et nõ tantum is, qui fuit in sacris, verum etiam benefitiatus quãdiu teneat benefitium ad idem tenetur cum hoc sit onus, & non honor. Ar. in cap. leg. 16.

QVÆRITVR ob eadem verba, an quippiam Religiosus mutare posit officium consuetum dici in Ecclesia, vel in sua Religione.

Officium consuetum quãdoq; mutari potest.

RESpondetur quod huiusmodi mutatio potest esse duplex; vel de licentia sui Prælati; vel ad libitum, & sine rationabili causa tunc is in graue peccatum incurrit, Si uero cum licentia sui prælati utique potest, & hoc uel propter lectionem, siue prædicationem, uel cætera id generis. Cum ergo Chorus facit de Feria potest fieri dispensatio præmemoratis, ut celebrent festum de aliquo Sancto, & ita determinat Io. Vig. ubi supra. Et Mag. Vinc. in explicatione Const. fratrũ Prad. d. 1. cap. 1. Quo in loco inquit quod Prælati possunt mutare officium, quò ad accidentalia, Vt. s. cum debet fieri de feria fiat de Sancto: non autem quo ad substantialia: quia secundum D. Ant. ubi supra

huiusmodi

huiusmodi præceptum est determinatum circa modum; peccant tamen mutátes sine rationabili causa; præsertim cũ in Breuiario Romano ex decreto Concilij Tridentini, & iussu Pij Quinti impresso, id inhibeatur.

QVÆRITVR propter illa uerba. [ In oratorio nemo aliquid agat Etc.] an D. Aug. in hoc Canone imponat tantum in Ecclesia orationes faciendas esse, et prædicationes, ac cõfessiones prohibeat.

Respondetur quod oratio in diuinis literis bifariam sumitur, quãdoq; præssius pro deprecatione s. externa, & interna, quandoq; uero latius pro quolibet spirituali exercitio, quo animus in Deũ erigitur, Et hoc secundo modo accipitur in præsenti loco: cum enim D. Aug. præcipit ne in Oratorio aliquid pertractetur nisi quæ ad orationẽ pertinent: Per orationem intelligit vniuersas spirituales actiones. quod pariter persuadent omnes perspicacissimi Theologi asseuerantes quòd sicut sub ieiunio comprahenditur omnis carnis afflictio, et sub Eleemosina omne pietatis genus, ità sub oratione omnes includuntur actiones spirituales. Non ergo prædicationes, confessiones, & his similia uetat Pater hic sanctus, sed singula sub illo verbo intelligenda valuit.

Oratio accipitur dupliciter.

QVÆRITVR occasione desumpta ex eodem loco an propter orationes particulares quispiã Regularis de iure dimittere possit exercitia vniuersalia à suo prælato sibi imposita.

Respondetur quod nequaquam potest, nec debet, quin potius is, qui sibi imposita dimittit ut fur iudicandus est, qui libentius dat quod non debet, quàm reddat quod debet; ob id præcipit D. Paulus Reddite omnibus debitum. At pro maiori euidentia annotandum est, quod oratio publica operis, sicuti sunt exercitia a Prælato imposita, non est dimittenda propter orationem priuatam vocis, vt Doctores testantur scolastici, & præsertim Vmber. in expositione huius Reg.

Rom. 13.

QVÆRITVR propter dictum illud [ Psalmis, & Hymnis cum oratis Deum &c.] cur hic sanctus Pater in hoc suo canone mandet vt suæ ipsius Regulæ professores in Oratorio vtantur potius Psalmis & Hymnis, quàm cæteris canonicis scripturis.

Respondetur Quòd ob id sic præcipit: quia ita didicerat à D. Paulo, à quo pariter accepit idem Ecclesia sancta Dei, & hoc profecto non immerito; Mentis nanque eleuatio orantibus plurimũ necessaria est, quod vtique accidit cum in medium proponuntur Psalmi tanti Prophetæ, qui tantus extitit peccator. Rursus nulla scriptura reperitur, quæ tot in se orationes permistas comprahendat. Præterea nullus reperitur Propheta, qui copiosius de misterijs Christi prophetauerit propterea copiosius etiam ipsius Psalmi in officijs diuinis sunt repetendi.

Eph. 5.

Cur Ecclesia instituat Psalmos decantandos in templo Dei.

*Insuper in Psalmis (vt scribit D. Ant.) penè iugiter loquitur modo oratiuo. His accedit quod oratio potissimùm instituta est ad consequendos salutares effectus, nec vlla scriptura reperitur, quæ tot contineat, vt optimus hic. D. Pater Aug. scribit inquiens Canticum Psalmorum Angelos inuitat in adiutorium: effugat Demones: efficit sanctitatē: Refectio mentis est: sicut sol illuminat: sicut oleum defluit: voluntatem illicitam extinguit; iracundiam frangit: omnia penetrat: omnia implet: hominem deificat: sensum aperit: desiderium Regni Cælestis tribuit: & pleraq; alia. Quapropter iurè imponit Psalmos, & Hymnos dicendos. Vel aliter dicamus cum D. Tho. super cap. 5. Epistolæ ad Ephesios: quòd duo potissimum requiruntur in Oratorio; operationes bonæ, quæ in Psalmis comprehenduntur dicente Psalmista sumite Psalmum, & date Timpanum Psalterium iucundum cum cithara, & laudes Diuinæ dicente eodem Propheta Hymnus omnibus sanctis eius filys Israel &c. Cum igitur hæc duo in oratorio requirantur optimè præcipit Psalmis, & Hymnis cum orate, &c.*

Laus Psalmorum.

ps 80.
ps. 148.

QVÆRITVR *ratione illorum verborum [Hoc versetur in corde quod profertur in ore] an hoc mandatum huius Regulæ sectatores obliget ad culpam.*

R*Espondetur quod D. Augustinus eundem seruat ordinē in hac sua Regula, quem Canonicam scripturam seruare videmus. Sicut enim in Diuinis literis quædam ponuntur quæ non sunt tā præcepta, quàm incitamenta ad bonum; ita & in hoc canone, de quorum numero est mandatum prænotatum in quæsito, quod quidem virtute Regulæ non obligat aliter, quam obliget ius diuinum, vt optimè annotat R. Vmber. Obseruandum tamen quòd cum cor euagationē patitur in orationibus id accidit aliquando ex negligentia, & aliquando ex proposito, & licet horum quodlibet sit repræhensibile; tertiium tamen magis quam secundum, & secundum quàm primum. Præterea quædam sunt cogitationes necessariæ, quædam vanæ, & quædam iniquæ in orationibus, plus cauendum est à secundis, sed multo magis à tertÿs. Rursus quædam cogitationes inducuntur à Demone, quædā insurgunt ex culpa præcedenti, & nonnullæ procedunt à culpa præsenti. In orationibus primæ sunt malæ, secundæ peiores, Tertiæ pessimæ Ob id euitandæ sunt, & ita adimplebitur. S. P. præceptum.*

cogitationes in triplici gradu

QVÆRITVR *propter illud [Et nolite cantare nisi quod legitis esse cantandum] an in ecclesiis regularibus liceat cantare diuinum officium.*

Respondetur à D. Ant. ubi supra. ff. 9. quod de hoc non reperitur aliquod præceptum nec de iure diuino, nec de iure positiuo cõmuni. Et ita in hac re locum habet id quod scribit D. Hyronimus uidelicet unaquæque Prouintia in suo sensu abundat. Angelicus tamen doctor in 2. 2. q. 91. artic. 2. scribit quod laus uocalis ad hoc est necessaria, ut affectus hominis prouocentur in Deum, & quia ex diuersis melodijs animi hominum diuersimmodè disponuntur, ideo diuersimmodè càntus in ecclesia fuit institutus, ut infirmorum animi ad deuotionem prouocentur. Si uero cantus solùm ad delectationem fiant, uel trahant, sunt uituperandi, & non liciti. Quapropter concludit in loco prænotato D. Anto. Vbi ergo ex cantu non excitatur deuotio, sed tedium crescit ex labore, uel ignorantia cantus. Huiusmodi uidetur potius dimittendum, nisi constitutio, uel obedientia prohibeat. Et obseruandum quod licet Sanctus Hieronymus d. 92. cap. cantantes dicat Deo nõ uoce, sed corde cantandum non ob id absolute cantum ab ecclesia excludit, sed secundum D. Tho. Prohibet cantum propter ostentationem, et delectationem prouocandam, cuius rei nequaquam intentio fuit Sanctorum Patrum D. S. Gregorij magni, Ambrosij, & aliorum, qui in ecclesiis cantum instituerunt. Propterea Sanctus hic parens noster Augusti. in libro confessionum ait. Quoties me plus delectat cantus, quàm uerba, fateor me peccare, & Mellifluus Ber. scribit frangis uocem, frãge & uoluntatem, seruans consonantiam uocum, serua consonantiam morum.

*In cantando diuinum officiũ non habetur præceptum.*

*D. Tho.*

*D. Ant.*

*D. Bern.*

QVAERITVR occasione accepta ex eodem loco, an in ecclesiis regularium uti liceat pulsatione organorum, & aliorũ instrumentorum.

Respondetur ex D. Ant. in 3. 5. t. 9. de artificibus cap. 4. ff. 12. quod pulsatio organorum, cæterorumque instrumentorum ad diuinam laudem initium uidetur habuisse à Propheta Dauid, qui non solum instituit cantores in cultu templi, seu tabernaculi, sed & ipse etiam ante archam Domini pulsabat in psalterio, uel organis ut habetur 2. reg. 6. & in Psalmo ultimo Laudate eum in Timpano, et choro. Ex quibus uerbis conuincitur quod in regularijs ecclesiis organorum, & aliorum instrumentorum pulsatio licita est. Sed in hoc loco animaduertere consentaneum est, quod non omnis pulsatio licita uidetur, sed ea tantum, quæ in Dei laudem refertur, quæque ad deuotionem mentes audientium excitat: reliquæ uerò pulsationes, ut ballatæ, plausus turpes, amatoria Cantilena, & his similia ualde detestanda sunt, & de his loquitur D. Tho. 2. 2. q. 91. art. 2. ad quartum, ubi inquit instru-

*Organorum pulsatio initium sumpsit à Dauid propheta.*

*2. Reg. 6.*
*Ps. 150.*

menta musicalia magis mouere animum ad delectationem, quàm infor mare interiorem bonam dispositionem. Addatur quinetiam quod huius modi turpes plausus continent contrarietatem ad solemnitatem Christi & ad celebrationem diuini officij, cuius est deuotionem excitare non au tem turpia. Ob eam rem sacra Tridentina Synodus in sessione 22. decreto de obseruandis, & euitandis in celebratione Missæ ita præcipit; Ab ecclesiis uerò musicas eas scilicet prohibemus, ubi siue organo, siue cantu lasciuum, aut impurum aliquid miscetur.

Concil. tridenti.

QVAERITVR propter illa verba, [carnem vestram domate ie iunijs Et abstinentia escæ, & potus.] An omnes Regulares teneã tur ieiunare in ieiunijs Generalibus, & particularibus.

Respondetur cum Ecclesia sancta pia sit Mater, ob id filios suos obstrin gere non intendit ad impossibilia, & valdè difficilia. Hinc est quod à ieiunij vinculo (secundum Doctorum interpratationem, et iu ris præsumptionẽ) excusati censentur ij, & si Regulari vita sint astri cti videlicet. pueri propter crementum vsq; ad finem tertij septenij, In firmi, Decrepiti, in quibus deficit virtus naturalis caloris, Itinerantes, & equitantes, quando est magnus labor, & difficultas non modica ie iunandi propter alterationem, & denique omnes, qui impedirentur à maiori bono, ve Prædicatores, ac lectores, & tandem Operibus miseri cordiæ cùm corporalis, tùm spiritualis incumbenties; Hi ergo omnes in ieiunijs dispensantur, Reliqui verò singuli seiunare tenentur. Obseruan dum tamen, quod præmemorati nou dispensantur, vt commedant cibos prohibitos, commedendo nanque sine rationabili causa, vel alia dispensa tione peccant mortaliter; quia contra præceptum, vel consuetudinem agunt; Propterea distinguit D. Ant. in 2. 5. t. 6. de gula cap. 2. quod duplex est præceptũ de nõ comedẽdo vetita; et aliud de ieiunio: dispensa tio fit in ieiunio, non autem in comedendo vetita, nisi rationabilis, & ur gente causa. Animaduertendũ est insuper quod si iuuenes proclimes su ueniantur ad luxuriã debent ieiunijs carnẽ domare; non ex præcepto Ec clesiæ, Sed ex precepto iuris naturæ, & diuini; similiter senes quamdiu sunt subiecti passionibus, et potentes ad actus venereos censentur ad ie iunandum potentes; item Prædicatores, & lectores si fuerint forti na turæ non sunt à ieiunio exscusati: et deniq; qui Galliã incolunt, in qua carnes eduntur in quolibet sabato à festo Natiuitatis Domini, vsq; ad Purificationem Beatæ M. V. & qui Hispaniam, in qua intrinseca, & extremitates animalium commendere licet, non debent Religiosi huius modi consuetudinem obseruare; quia in cap. expli. extra de obseruatio ne ieiuniorum dicitur, quòd illi, qui voto, vel regulari obseruantia sunt astricti in sexta feria, si festum Natiuitatis Domini venire contigerit,

Complures à ieiuniorũ obser uãtia immunes

D. Ant.

Iuuenes, et senes ad actus tur pes proclimes nõ sunt immu nes à ieiuniis.

Regulares in cibis utendis ser uare nõ debẽt cõsuetudinẽ re gionũ: sed suarũ religionũ;

*carnibus propter festi excelentiam uesci non possunt secundum consuetudinem Ecclesiæ Generalis;ergo exeipi debent à consuetudinibus particularibus: sic determinat.S.Ant. vbi supra.ff.4.et 6.& Io.Vig.t.de virtute temperantiæ cap.7.ff.3.Ver.2.cum quibus est Arm. de ieiunio & ante hos omnes D.Th.in 4.d.15.q.3.*

QVÆRITVR *ob eadē verba ad quem pertineat in Religione dispensatio ieiuniorum.*

RESpondetur *secundum Pap.in d.Rub.post Inn. quod solus papa dispensat in ieiunijs per Ecclesiam inductis; nisi ex causa inhibente ieiunare,ex qua potest Episcopus:extra Relig. & in Relig. Generalis dispensare: in ieiunijs autem ex voto Episcopus potest dispensare etiam sine causa existente in eo,qui uouit, & si causa est nota non indiget dispensatione: Sed si non est nota,indiget declaratione: quæ potest fieri per quēcunq; habentem iuris notitiam,quia nō est dispensatio; in ieiunijs verò impositis per pænitentiam fit dispensatio,vel per superiorem,vel per æqualem confessorem: & hoc idem habetur in mari magno Seruorum. B. M. indulto 33 & in alijs cæterorum mendicantium cuius sententia pariter videtur esse.D.Tho.in 4.Sen.d.15.q.3.art.2.*

*In ieiuniis ab ecclesiā indictis solus Papa potest dispēsare*

QVÆRITVR *ob eadem verba an ieiunia omitentes mortaliter peccent,siuè præceptum de ieiunio obliget ad mortale.*

RESpondetur *ex D.Ant.vbi supra cap.2.qui triplex est ieiuniū naturale,diuinum,& humanum,prim.dicitur illud,quod dictat ratio naturalis vt carnem suam domet quis ieiuniis, et abstinentia esca,vt deinde Spiritus in Deū eleuetur,sed cum pro huiusm: ieiunio naturalis ratio non magis dictet vnam diem certam,quam aliā nec potius illam horam:et illius cibi abstinētiam. propterea difficile potest sciri,quando peccatur omitendo. Ieiunium verò diuinum appellatur illud,quod ius dictat diuinum,& hoc triplex est. ex pænitentia iniunctione; ex uoti proprii obligatione:& ex veteris ligis traditione:duo prima tantum ad mortale obligant:nam pœnitentia iniuncta;et uoti redditio sunt de iure diuino:dimitentes ergo peccant mortaliter;& præsertim si ex negligentia;secus si ex impotentia,vel infirmitate, vel obliuione. Ieiunium deniq; humanum id est,quòd ius positiuum instituit; & hoc similiter triplex est ex ordinatione Regulari, ex statuto ecclesiæ vniuersali;& ex consuetudine generali;& horum quodlibet ad mortale obligat: Sed obseruandum quod primū obligat si omittatur nō ex negligentia mera,sed per contemptum,aut quòd sit in Regula per præceptum sicuti dicitur de fratribus minoribus: Secundum autem obligat cum dimittitur ex negligentia,aut ex gula dumodo non adsit lesio per-*

*D. Ant.*
*Ieiunium triplex.*

*Ieiunium diuinū triplex*

*Ieiunium humanū triplex*

sonæ tertium similiter obligati, & si scriptura non dicat; ut optime scribit Ar. d. y. c. in his rebus. Si ergo consuetum est in aliqua diocesi quòd ieiunetur certo die, illi de diocesi tenentur obseruare, sicut tenerentur si Episcopus, uel Prælatus indiceret, tamē in hoc tutius uidetur dicendum cum eodem Doctore quod consuetudo laicorum non ligat clericos; nec secularium clericorum statutum ligat religiosos, quia distincti sunt modi abstinentiæ inter hos status, & plures abstinentias habent clerici quam layci, & plures religiosi quàm clerici. Sed consuetudo bona non negligatur. Obserua insuper quod Gaiet. dicit transgressores ieiunij non mortaliter peccare etiam remoto contemptu ex iure scripto. Sed communis sententia Doctorum oppositum tenet; & hoc habet uniuersalis ecclesiæ consuetudo.

Gaieta.

QVAERITVR in quibus uitietur ieiunium, & hoc ratione sumpta ex eodem loco.

Ieiunium tripliciter uitiatur.

RESpondetur ab eodem Doctore Sancto: quod hoc contingere solet tribus de causis, & harum prima est mala intentio. Sicut sunt ij qui cibo se grauatos sentiunt, uel ituri sunt ad aliquod conuiuium, siue aliquid lucrari sperant, & tandem perquirunt laudem humanam ut Hippocritæ. Secundo autem solet uitiari ieiunium, quando commeditur pluribus uicibus, quàm una: scribit enim d. Tho. 2. 2. q. 147. art. 6. quòd ieiunium est ab ecclesia institutum ad concupiscentiā refrenandam, ita tamen quòd natura non soluatur, seu destruatur; ad hoc autem sufficere uidetur una comestio, per quam homo naturæ satisfacit concupiscentiæ; tamen aliquid detrahit dimittendo commestionū uices, & ideo ecclesiæ moderatione statutum est, ut semel in die à ieiunātibus commedatur: siquis ergo pluries comedat in die frangit ieiunium, concludit tamen idem Tho. ubi supra ad. 2. quòd cū potus sumatur magis ad alterationem corporis, & ad digestionem ciborum, quam ad nutrimentum, & si aliquo modo nutriat, eo tamen licet uti pluries in una die ieiunij, moderatè tamen, quia si immoderatè amitteretur ieiunij meritum, & obserua quòd qui frangit ieiunium semel tantum peccat, non toties, quoties comedit; quia postquam fregit factus est impotens ad seruandum pro illo die. Tertio tandem uitiatur ieiunium ex hora nimia anticipatione sine causa scilicet rationabili ut docet Pet. de pal. in 4. d. 15. Hac autem hora congrua dicitur nona: nec oportet expectare uesperam diei. Et tardius debet comedi in quadragesima quàm in alijs diebus cuius rei S. Thomas assignans causam in 2. 2. q. 147. art. 7. cur hora nona est conueniens pro ieiunio dicit quia ieiunium ordinatur ad deletionem culpæ, & repræssionem carnis; ita tamen quòd per hoc natura nō grauetur multum. Est autem debita, & communis consuetudo ho-

Vna tantum commestio sufficit in ieiuniis.

Potus extra horam prandii ieiunium non frangit.

Frangens ieiunium semel tantum peccat.

Hora congrua in ieiuniis commedēdi est nona cuius rei assignatur ratio naturalis, & figurat iua.

Ad \[illegible\] ordinatur ieiunium.

mnibus comedendi circa horam sextam; & ratio quia iam uidetur esse completa digestio nocturno tempore naturali calore interius reuocato propter frigus noctis, circunstans diffusio humoris per membra cooperante ad hoc calore diei usque ad summum solis ascensum; tum etiam, quia tunc præcipuè natura corporis humani indiget iuuari contra exteriorem aeris calorem ne humores interius adurantur: Et ideo ut ieiunans aliquam afflictionem sentiat pro culpæ satisfactione conueniens hora taxatur commedendi ieiunantibus circa nonam communiter: etiam ista hora congruit misterio possessionis Christi, quæ passio completa fuit hora nona: quando inclinato capite tradidit spiritum; ieiunantes enim dum suam carnem affligunt passioni Christi conformantur; non tamen requiritur hora determinata secundum subtilem examinationem; sufficit enim quòd sit circa istam horam: tardare autem post huiusmodi tempus non uitiat ieiunium nisi ex superstitione.

Ieiunans passioni Christi conformatur.

QVÆRITVR ob eadem uerba an qui dimisit ieiunium uno die, quo tenebatur; teneatur alio die ieiunare pro ieiunio dimisso.

RESpondetur ex Pa. in ca. 1. co. quòd non tenetur: nisi aliquando ratione uoti, ut cum uotum principaliter est de ieiunio, secundario autem de die; ut u.g. quis infra mensem uouit ieiunare; & non ieiunauit transacto mense tenetur ieiunare: uel si iniungatur à cõfessore omni sexta feria: si non ieiunauit feria sexta tenetur ieiunare sabato. Si autem uotum est principaliter de tempore ut ob deuotionem, uel celebritatem; ut de ieiunando in uigilijs B. M. V. uel huiusmodi transacta uigilia non tenetur: factus est enim impotens ad uotum implendũ onus enim erat temporis sicut sunt ieiunia ecclesiæ.

Quando ieiunium est reiterãdum.

QVÆRITVR ob eadem uerba an religiosis liceat uouere ieiunia, uel aliquid huiusmodi.

REspondetur prænotando, quòd secundum omnes doctores theologos, & canonistas ad uotum inter cæteras conditiones requiritur libertas, scilicet quod ille, qui uouet, sit sui iuris, & non in alterius potestate, quicunque enim, qui est alteri subiectus quantum ad id, in quo est ei subiectus, non est suæ potestatis; & ideo non potest per uotum se firmiter obligare sine consensu sui superioris; non tamen peccat talis uouendo. Ex hoc sequitur (ut testatur Antonius in 2. parte tit. ij. cap. 2. ff. 6.) primò quòd Episcopus non potest sine licentia Papæ emittere uotum, uel emissum implere: per quod dissoluatur matrimonium spirituale, quod est inter ipsum, & ecclesiam: ut religionem intrare; tenetur tamen talis si potest implere scilicet petendo licentiam, quam si Papa non uult dare à uoto excusatur. Secundo quòd non debeant uouere pueri ante annos pubertatis ut masculus ante annum decimumquartum, & fœmina ante duo

Religiosus non potest sine sui Prælati consensu uouere.

D. Ant.

Episcopus uouere non potest religionis ingressum.

Pueri uouere non ualent.

*Filiifamilias impotentes ad uouendum. Sed non in omnibus.*

*Serui nec ipsi uouere in quibusdam possunt.*

*Clerici beneficiati quomodo non debent uotum emittere.*

*Vxores in uotis irritari possunt:*

*Religiosi non habent libertatem uouendi.*

*Religiosi aliquando uouendo peccant.*

*Prælatus irritare potest omnia uota suorum subditorum: quibusdam tamen exceptis.*

*decimum completum ijs enim possunt contradicere parentes, & si post contradictionem consentirẽt, nõ reuiuiscit uotum. Tertio quòd filij, et filiæ familias post annos pubertatis nec ipsi uotum possunt emittere, quãtum scilicet ad ea, quæ pertinent ad dispensationem domesticam; de peculio tamen castrensi possunt uouere, & tenentur implere, etiam inuitis parentibus. Similiter quantum ad ea, quæ pertinent ad personam suã possunt uouere, et tenentur implere etiã inuitis parentibus, puta de ingressu religionis, uel nõ contrahere matrimoniũ, & huiusmodi. Quarto sequitur quod serui, qui sunt in potestate Dominorum nec ipsi possint uouere quantum ad operationes personales contradicentibus dominis, nec ingredi religionem, nec peregrinationes assummere, & huiusmodi per quæ subtraheretur seruitus eorum, possunt tamen uouere continentiam secundum D. Tho. nec tale uotum a Dominis potest irritari. Quinto sequitur quòd clerici beneficiati similiter uouere non debeant peregrinationem, aut aliud; per quod habeant relinquere ecclesiam sine licentia sui Prælati, nisi esset uotum religionis; tunc enim sine licentia tenentur uotum factum implere, etiam episcopo contradicente: uota similiter abstinentiæ, & orationum adimplere debent. Sexto sequitur quòd uxores in uotis possunt irritari; uxor enim uiro subiecta est: & ideo quando coniugis uotum irritat, non peccat; quia nemini facit iniuriam, qui utitur iure suo. Septimo tandem sequitur quòd religiosi uouendi libertatem non habeant, & licet uoluntatem liberam habeant peccandi, nõ tamen uouendi; quia persona eorum non est libera extrinsecè; benè uerũ est quòd uotum eos obligat usq; ad reuocationem, seu irritationem factã per illum, in cuius potestate sunt, ut habetur numero 30. non tamen uouendo peccant religiosi in alterius potestate existentes, quia in uoto, sicut in iuramento intelligitur conditio si placeat superiori, uel superior non contradicat. Et ideo conditione stante tenentur implere. Si tamen præsumeret de uoluntate superioris, uel de opposito certi essent, peccarent, uouendo id, quod non est in eorum potestate. Cõcluditur itaque ex præmissis cum religiosi sint in potestate suorum Prælatorũ per uotum solemne; & non habeant aliquod tempus, in quo non possint à Prælatis occupari nullum absolutum uotum de bono super erogationis facere possunt, neq; etiam de his, quæ in regula continentur, in quibus à Prælato potest fieri dispensatio; in omnibus enim huiusmodi uotis non solum Prælatus potest dispensare, sed irritare, et oppositum præcipere: ita determinant Summæ & D. Tho. 2. 2. q. 88. art. 8. ad tertium. Io. Vig. tit. de iustitia uirtute cap. 5. §. 6. u. 14. D. An. ubi supra. Quapropter conuincitur quòd religiosi non possunt absolutum uotum facere in ieiunijs, & in his similibus: quin potius etiam uotum orationis potest Prælatus irritare; si quispiam*

piam enim uoueret dicere, quotidie septem psalmos pœnitentiales potest id reprobare: animaduersione tamen dignum est quod religiosi possūt uouere seruare praecepta Dei, non peccare sic, & sic: & talia uota firma sunt. similiter de transitu ad arctiorem religionem, & mutatione status melioris secundum Caiet 2.2.q.88.artic.8.et ibi d.Tho. quidam tamē dicunt omne uotum religiosis ipso iure esse irritum, adducentes cap. noluit 33.q.5.& ca.monach.20.q.4. in glosa, tutior tamen uidetur, & suauior prima sententia quia in præmemoratis religiosi nō habēt superiorem, nisi Deum: ob id persoluere tenentur, sicut si famulus uoueret dare elemosinam de suo salario, & miles ieiunare in hac, ut illa die:

Casus duo in quibus religiosorum uota nō possunt irritari.

QVÆRITVR propter illa uerba, [si aliter tractantur in uictu non debet alijs molestum esse,] an tristari de bonis alienis, & gaudere de malis sit semper illicitum.

RESpondetur prænotando quòd, & si inuidia ex suo genere sit mortale peccatum quia charitati contrariatur, inquantum homo, qui debet ex charitate diligere proximum simul gaudere de bono illius, & tristari de malo inuidus affligitur, & lætatur: potest tamen esse ueniale propter imperfectionem actus, uel obiecti: u.g. tristatur aliquis de alterius bonis, inquantū sibi iminet periculū alicuius nocumenti, sicut cū aliquis tristatur de exaltatione inimici ne eū lædat, et potius effectus timoris dicitur. similiter tristatur aliquis de bono alterius, inquantū ille, cui accidit bonum, est eo indignus: & hoc nōn est mortale peccatū, ob eā rē cōcluditur quòd non semper est illicitum tristari de bonis alienis, et de malis gaudere cuius sententia est diuus Tho. 2.2.q.36.art.2.ubi dicit: licet lætari quādoque de ruina malorū, & dolere de eorum prosperitate: ne bonis nocere queāt, ut testatur Gregorius D. tamen Aug. in loco præmemorato inuidiam, prout est peccatum mortale, reprehendit.

Inuidia quandoq; ueniale peccatum est.

D.Tho.

QVÆRITVR propter illa uerba. [Et si eis qui uenerunt ex moribus delicatorib. &c.] an liceat Prælato magis indulgere ijs, qui in seculo delicatiores fuerāt, quā ijs, qui in eodē seculo fuerūt rudiores.

RESpōdetur præter ea, quæ circa finē quæsitorū primi capitis dicta sunt, quòd utiq; delicatioribus magis indulgēdū est his de causis, Primo ne ex nimia duritia resipiscant, & de ingressu pœniteāt. Secundo ne infirmitatē incurrentes perpetuò sibi, & alijs graues fiāt. Tertio ut iocundius domino seruiāt. Quarto ne seculares hoc audientes religionem horreant. Quinto ne religio irrationabiliter natura appareat, quæ membro nobiliori delicatiora ministrat. Sexto ne carcer domini crudelior uideatur carceribus tirannorum. Septimo, & postremo ut ij ad meliora commodius prouocētur: & hæc habet Vmbertus in expositione sua: & D.Bon. in quæstionibus super Reg. Sancti Francisci.

Delicatoribus mitius indulgendum quam rudioribus.

# DILVCIDARIVM IN TERtium caput regulæ. S. P. Aug.

NON *sit nobilis habitus uester, nec affectetis uestibus placere, sed moribus &c.*] *Satis, superq; in præcedentibus capitulis ad bibita fuere, quæ religionem respiciunt prout status dicitur Vnionis, & Pœnitentiæ. Quapropter non immeritò in præsenti capite 3. S. P. se ad ea confert mandata, quæ ad eandem religionem pertinent, prout status est honestatis, ad quam profectò honestatem cum spectet, ut sit in habitu, in incessu, in moribus, & in correctionibus, ob eam rem hoc idem caput in quatuor sectiones distribuendum erit, in quarum prima de honestate habitus exterioris, & interioris. In secunda de honesta conuersatione in incessu, statu, cæteris ve quibuscunq; motibus. In tertia de honesto, pudicoque intuitu, ac bona singulorum sensuum custodia. In quarta deniq; de correctione, nec nõ, & de bona correctionis conditionibus: prima incipit in prænotatis uerbis. Secunda ibi cum dicitur* [*quando proceditis.*] *tertia, cum infert* [*oculi uestri si iaciãtur.*] *quarta tandem cum concludit,* [*& si hanc, de qua loquor, &c.*] *Primam itaque sectionem adoriens, eam in duos secat articulos cum ibi duo mãdata proponat, primum contra exteriorem notabilitatem, secundum autem contra interiorem habitum. Primum ibi* [*non sit notabilis habitus uester,*] *secundum autem cum infert* [*nec affectetis uestibus placere, sed moribus.*] *Pro dilucidatione prioris annotandum quod habitus exterior in seruis Dei ex quatuor potest esse culpabilis, ex praeciositate, ex pulchritudine, ex mollitie, & ex disconuenientia, quæ omnia damnat sanctus pater, contra quos etiam insurgit Dominus noster inquiens ecce qui mollibus induuntur in Domibus regum sunt, regum scilicet mundi, carnis, & Demonis sicut legimus de Epulone, qui cum indueretur purpura, & bisso, sepultus est in inferno. Quod ne religiosis accidat imitentur D. Baptistam, qui cammelorum pellem, & Zonam pelliceam pro indumentis deferebat, & audiant hoc sacrum mandatum, quo præcipitur, ut non sit notabilis religiosorum habitus, hoc est, non sit notabilis excessus in indumentis; per notabilitatem enim quendam intelligit excessum. Quapropter seruorum Dei, nec nimis preciosa, nec nimis abiecta debent esse indumenta, ne deinde nimis pomposi, aut Hippocritæ à laicis iudicentur. Sed sint ex moderato, & ex competenti habitu, ut erat illa huius nostri Parentis, non enim huius mundi curiales, sed cœlestis Regni Ciues esse studere debent, & non lauta uestimenta, quæ mollem*

*Diuisio capitis.*

*Habitus exterior ex quatuor culpabilis.*

Mat. 11.
Luc. 7.
Luc. 16
Mat. 3
Mar. 1.

*animum, effeminatumque demonstrant debent gestare, sed humilibus, & quoddam pacto asperis uti, quæ spiritualia denotant ornamenta castitatem uidelicet, humilitatem, mansuetudinem, patientiam, & charitatem denique amplissimum, ac preciosissimum uestimentum, quod operit multitudinem peccatorum, sine quo ad cœlestes nuptias recipitur nemo. Attamen ut hoc euidentius declaret secundum adijcit preceptum dicens. [Nec affectetis uestibus placere, sed moribus:] ac si dicat non corporis, sed animæ pulchritudo perquirenda est: non enim exteriorem pulchritudinem sensus requirit inuisibilis sponsus cum scriptura sacra proclamet, Omnis gloria eius filiæ Regis ab intus in fimbris aureis circumamicta uarietatibus. Nec ei pariter uestimenta placent auro contexta, non gemmis ornata, non lapidibus preciosis configurata, non tandem Syrico confecta: præsertim cum inconsutili ueste fuerit ipse sponsus contentus. Moribus itaque, & non uestibus placere studeamus, moribus inquam, qui ex ipsis generentur uirtutibus, qui nos à sæculi huius filiis discernant, quibus ingenui dicamur, quibus cœlesti placeamus Regi, quibus anima pulcherrima, & splendidissima reddatur, ac denique per illos Nos Benedictus Deus Sanctorum Ciuium numero ascribere dignetur, & sempiterno illo æuo Nos permittat frui cum hoc eodem pientissimo Parente nostro, qui prosequens intentum suum secundam in medium affert sectionem inquiens [quando proceditis simul ambulate, cum ueneritis quo itis, simul state in incessu, statu, habitu, & in omnibus motibus uestris nihil fiat, quod cuiusquam offendat affectum, sed quod uestram deceat Sanctitatem.] In qua sectione (ut prælibauimus) agit de honesta conuersatione in incessu, & perinde in omnibus motibus. Ob eam rem in tres articulos secanda uenit; in quorum primo honestam conuersationem in incessu proponit in loco prænotato; In secundo eandem honestatem in sistendo dum infert, [cum ueneritis quo itis simul state;] In tertio tandem de eademmet sancta conuersatione in omnibus motibus pertractat scribens, [In incessu, statu, habitu, & in omnibus motibus uestris, &c.] Primum itaque articulum, siue mandatum imponens inquit, [Quando proceditis, simul ambulate.] Quod profecto preceptum admodum utile, atque salutiferum est; imprimis namque aduersarius noster Diabolus, qui uelut Leo rugiens circuit quærens semper quem deuoret uehementibus tentationis fluctibus magis afficit solos, quam sociatos. Accedit deinde seruatoris nostri promissio, ubi scilicet fuerint duo, uel tres congregati in nomine meo in medio eorum sum. Disponuntur præterea ob ipsam societatem omnes ad bonos, beatosque mores. Quapropter recte præcipit, ut sui sectatores quando procedunt,*

Ps. 44.

Sectio secunda, eiusque in tres articulos diuisio.

Religiosi simul debent incedere.

1. Pet. 5.

Mat. 18.

*ſimul ambulent, & in e addit in ſecundo mandato, [cum ueneritis, quo itis ſimul ſtate:] Non enim ſolum honeſtum, atque honorabile eſt ut fratres cum proceſſerint, ſimul uadant; ſed etiam ut ſimul in eodem maneant loco; facillimè enim ſolus uel in articulis fidei orthodoxæ, uel in alicuius ſcripturæ malè intellecta labi poteſt errorem, et cum non habeat ſocium, cui erroneum conceptum ſuum poſſit inſinuare, perditionis incurrit periculum; Propterea ſcriptum eſt Væ ſoli, qui cum ceciderit non habet ſubleuantē ſe, & rurſus frater, qui iuuatur à fratre quaſi ciuitas firma. Tutior etenim, & dulcior uita eſt, ubi unus alterum cohortatur, ubi alter alterius inflammatur exemplo, ubi alter doctrina alterius inſtruitur, ubi alterius porrecta manu alter ſubleuatur: ſic enim alibi ſcribit S. hic Pater, qui tertium articulum huius ſecundæ ſectionis adoriens, iubet, [in inceſſu, ſtatu, habitu, & motibus, &c.] Pro cuius loci euidentia ad memoriam reuocandum eſt quod motus ſunt in duplici diſcrimine; Quidam enim exteriores dicuntur, de quibus loquitur cum dicit, [in inceſſu, ſtatu, habitu.] Et quidam interni, & externi ſimul de quibus cum infert, [Et in omnibus motibus ueſtris;] In quibus omnibus ſcilicet in dictis, factis, geſtibus, conceptibus, cogitationibus, uniuerſiſque animi motibus Cœnobita tali uti debent moderatione, tali præditi modeſtia, grauitate, & ſanctimonia, ut à nemine iuſtè ualeant reprehendi. Sunt enim & ipſi lux mundi, Ciuitas ſupra montem poſita, Sal Terræ, Hominumque condimentum, quorum exemplo inſtrui, ſapiētia doceri, ac humilitate componi cæteri habent; quibus dominus præcipit ſancti estote quoniam ego Sanctus ſum; & uerè Sancti, quoniam nomen, habitum religionis, ſanctitatiſque aſſumpſerunt; ac diuino cultu mancipati, Sacris Chriſti altaribus conſecrati, diuinis etiam miſterijs dedicati ſunt. In religioſis igitur ſit aſpectus ſimplex; & humilis, auditus purus; & diſcretus, & ſermo ſale conditus, & caſtus; uultus cum pudicitia appareat, inceſſus cum grauitate, ſtatus cum reuerentia, motus cum maturitate, habitus cum religione, quatenus ubique reſplēdeat ſanctitas, emineat honeſtas, ſeruetur humilitas & in omnibus motibus tam internis, quàm exterius nihil fiat, quod cuiuſquam offendat aſpectum, affectiones namque mentis, et omnes animi motus ſicut quomodo ab exterioribus ſumunt exordium, ita & per exteriora quales ſint crebrius cognoſcuntur: Ob id in his omnibus religioſi tàm priuatè, quàm publicè; tam palam, quàm clanculum ita ſe gerant, ut eorum decet ſanctitatem, quæ perinde ſanctitas primò in inceſſu eos reprehendit; qui aut nimis feſtiuè, aut nimis citò, aut incautè, uel collo extenſo, ſiue nimis triſtes, uel gaudentes incedunt. In ſtatu uerò*

Eccle 4
Pro. 18
Mat. 5
Leu. 19

*Religioſi debent in omnibus motibus irreprehenſibiles eſſe*

*eos detestatur, qui aut ociosi, aut inter mulieres, aut inter malos, aut inter dissimiles, aut in publicis, & inhonestis locis cõmorãtur; In habitu insuper illos arguit, qui indumẽta uel nimis lõga, uel breuia, lata, fixa, uel nimis cõposita, aut incõposita, nitida, uel florida deferunt; In omnibus deniq; motib. eos condẽnat, qui internè prauis afficiũtur cogitationibus, quæ deinde efficiũt, quod omnia ab illis incompositè, et indecenter fiant; quidam enim loquendo, uel quodpiam aliud agendo tanquam Canes linguam protendunt, labia contorquent, digitos extendunt, supercilia erigunt, oculos in orbem rotant, caput iactant, comam excutiunt, uestimenta componunt, unam tantum aurem uoci apponunt, & mille tandem contorsiones manuum, labiorum, uultus, & cæterorum membrorum formant. Quæ omnia in his motibus, & honesta Religiosorum Sanctitas increpat, & optimi Parentis charitas, tanquam pestem detestandam, monet. In calce huius sectionis, quam tertiam insequitur cum dicitur, [oculi uestri si iaciantur in aliquam fœminarum, in nullam figantur; neque enim quando proceditis fœminas uidere prohibemini, sed appetere. uel ab ipsis appetit uelle criminosum est: &c. usq; ibi etiam isto modo custodiet uos ex uobis] in quibus uerbis hæc agit S.P.: in primis imponit mandatum pro honesta conuersatione in speciali, cum supra de eadem in uniuersum tractauerit, & inquit [oculi uestri si iaciantur, &c.] deinde ostendit quòd non in simplici, sed in usu impudico peccatũ consistit, cũ scribit [neq; quando proceditis fœminas uidere prohibemini, &c.] Tertio cuidã secreta obiectioni respõdet: cũ ait [nõ in solo tacito affectu sed aspectu.] Quarto contra illos insurgit, qui suã ipsi rũmeris impudicitiã quodã falso tegere uelamine conãtur cũ subdit [nec dicatis uos habere animos pudicos] Quinto rationes tres in mediũ affert, in quib. mala insinuat, quæ ex oculo in fœminas malè immisso insurgũt prima ibi [et cũ se inuicem sibimet.] Secũda [nec putare debet.] Tertia [sed etsi lateat à nemine hominum:] & hanc tertiam efficaciorem cæteris demonstrat quaduplici medio: primo [an ideo putandus.] Secundo illi ergo: tertio [illum cogitet omnia uidere;] quarto [abbominatio est domino:] quibus omnibus absolutis ad sextum se confert articulum, in quo imponit pudicitiam ante omnia in Ecclesia custodiendam esse dicens, [quando ergo simul estis: &c.] postremo ut à suis sectatoribus cũcta seruẽtur, quæ proximè dicta sunt pro pudicitia custodiẽda Deũ ipsum impracatur his uerbis [Deus qui habitat in uobis et isto modo custodiat uos, &c.] et ita sectio hæc tertia in sex scinditur articulos, quorũ primi initium est [oculi uestri si iaciantur in aliquam fœminarum in nullam figantur:] ac si patenter dicat cauete fratres in mulieres oculos*

*Sectio tertia eiusque partitio in sex articulos.*

Tren. 3. *conijcere, & si coniecti fuerint in nullā figātur, quoniā in aliqua vi earum confixi sagitta sunt corda ferientes, atq; penetrantes, simulq; secū virus deferentes vt animam interficiāt: quod pariter testatus est Hyere: Sanctus dicens oculus meus deprædatus est animam meam: quòd Dei filijs accidisse tradunt diuina eloquia: hi nanq; videntes filias hominum quòd essent pulchræ acceperunt sibi vxores ex omnibus, quas elegerant, & à Dei mandatis alienati sunt. Egiptij perinde in Habrami vxorem oculos figentes eam concupierunt, ad Pharaonemq; adduxerūt: quem postmodum Dominus maximis affecit plagis: Sanson insuper inter homines fortissimus in terram Philistinorum descendens, vidensq; ibi mulierem accepit eam, quæ postmodum ipsum in manus inimicorū tradidit: David rursus homo secundum cor Dei mulierem se lauantem intuens, repuit eā, & contra semet ipsum Domini iram prouocauit: in quam, & complures alij prolapsi sunt eius imitatores. hinc est quod Democritus (teste Tertulliano) oculos sibi eruit, ne fœminas videret, quas sine concupiscentia aspicere non poterat: iure itaq; præcipit. S. P. sectatoribus suis ne ex proposito in fœminas oculos figant: Sed ne quisspiam crederet in simplici visu peccatum consistere, ob id euestigio subdit [ neque enim quando proceditis fœminas videre prohibemini.] non enim videre prohibitum est, sed malè videre: ille etenim male videt, ille nequiter aspicit, qui per visum ad concupiscentiam tendit, ob id statim adijcit, [Sed appetere, aut ab ipsis appeti criminosum est] crimen (vt ipsemet habes super Io.) peccatum est graue accusatione, & damnatione dignissimum; iccirco nemo concupiscētiam peruifaciat, si criminosa est, si accusationis demeritum habet; & si concupiscentem damnatione facit esse dignissimum: simulq; vnusquisq; caueat ne ad concupiscentiam collabatur cum prænotatis viris, qui ex libidinoso aspectu mulierum in concupiscentiam exarserunt; & deinde ad fœdissima deuenerunt opera: Sed ne hoc Religioso accidat, & ne interius exardescat, oculum auertat exteriorem, ne vanitatem videat; & si viderit aduertat ne figatur, & D. imitetur Paulum, qui ob carnis aculeos, & vitiorum in centiua non modo oculos, sed totum corpus suum reprimebat, & in seruitutem redigebat) ne fortè alijs prædicans ipse reprobus inueniretur: Sic enim intelligendum uult hunc locum. S. Pastor: qui huiusmodi mandato absoluto, confestim silenti respondet obiectioni cum dicit. [non in solo tacito affectu, sed aspectu quoq;, & affectu appetitur, et appetit cōcupiscentia fœminarum] potuisset enim quispiam ambigere an tantum visus esset concupiscentiæ causa, cum alibi asseueret in tantum esse peccatum, in quantum est voluntarium; cui latenti obiectioni in præsenti respondens ait: [non solo tacito affectu,] hoc est tacita voluntate intus*

Gen. 6.

Gen. 12.

Iud. 14.

2. Reg. ii.

Tertul.

Democritus.

Crimen quid.

*concupiscentia oritur, sed aspectu quoq; exteriori simul cum affectu interiori generatur; ac si diceret quod ex uano aspectu oritur iniquus affectus, ac perinde necesse est ut ex utroq; oriatur peccatum; hinc sanè scriptum est ascendit mors per fenestras nostras, & ingressa est domos nostras; Sed quid est mors animæ nisi cõcupiscentia mala? quid domus nostra, nisi mens nostra, in qua uniuersa bona, & mala nostra sunt recondita? & per huius domus fenestras quid aliud nisi quinq; sensus corporis intelligimus? mors ergo per fenestras ascendit, domumq; nostram ingreditur, quando concupiscentiæ uitia per quinq; corporis sensus ad mẽtu serpit interiora: non tamen ob eam rem sensationem ipsam peccatũ esse dicimus, etiam si ad intellectus accesserit cognitionem, sed si fixa fuerit, & fixioni consenserit uoluntas causa est peccati. Quapropter ne ex propassione ad passionem ueniamus, ne ratio succũbat, ne uoluntas per exteriorem appetitum pereat, ne per fenestras nostras mors ingrediatur ad domicilium conscientiæ, opus est ut fenestras ipsas diligenter custodiamus, & omnem nostrum appetitum rationi subiaccamus: & hoc profecto fiat remota, fugataq; quacunq; offensione, ne deindé reprahensione, & redargutione digni reddamur, quemadmodum & illi, contra quos insurgit. S. P. asserens. [ nec dicatis uos habere animos pudicos, si habetis oculos impudicos, quia impudicus oculus impudici cordis ẽ nũtius. ] Quidam enim inter Religiosos suam ipsorum mentis impudicitiam quodam falso tegere uelamine conantur; ueruntamen seipsos non desistunt impudicis oculis accusare; & eisdem tanquam efficacissimis testibus se denunciare conuinctos, contra quos ait sagax Pastor, [ Nec dicatis uos habere animos pudicos si habetis oculos impudicos. ] tanquam si apertè diceret, quid animi pudicitiam, & sanctitem simulatis Hypocritæ, cũ uestræ mentis corruptionem impudici oculi uestri denuncient? An ignoratis quòd habitus corporis creberrimus sit nuncius habitus mẽtis? Quid fingitis rectitudinem cum obliqui sitis. Quid pulchritudinem cum turpissimi? Sitis ergo ueraces, ut quod profitemini ore oculus indicet, & mens ipsa teneat; non enim nisi in anima pudicitia uera constituta est, quamquam eius index oculus esse posit, perinde a stupratore nec ipsa eripi potest; nanq; uiolentia non uiolatur pudicitia, ut euidentius in dubitationibus sequentibus explicabitur. Caueant igitur Religiosi omnem corporis impudicitiam, sed multò magis repellant impudicitiam mentis; sint corpore pudici, sed magis mente immaculati: cogitẽt qualis utriusq; conditio; & deniq; ad memoriã reuocent turpe ualde, ac uitiosum, atq; omnino detestabile, si cum habitu sancto, & in sancta professione scorto digna exerceantur opera: iccirco nullus impudicum paruipendat aspectum, Sed ad ipsum euitandum, fugiendumq; semper sit feruentior, cõ-*

Hyer.

**Religiosi omnem impudicitiã cauere debent.**

plures namq; ( ut proximè insinuatum est,) & innumeri ex ipso sequūtur effectus mali; quorum aliquot praeostendere incipit. S. P. simulquè primam rationem in medium affert cur oculi in fœminas non sint figēdi cum subdit. [Et cum se inuicem sibimet, etiam tacente lingua, conspectu mutuo corda nuutiant impudica, & secundum concupiscentiam carnis alterutro delectantur ardore, etiam intactis ab immunda uiolatione corporibus fugit castitas ipsa de moribus.] ac si dicat mala, quae ex impudico sequuntur aspectu, quando amantium ad se inuicem corda hoc est, cogitationes ipsae, etiam tacente linguā, libidinosae insurgūnt, sunt haec. In primis corda impudica fiunt, inextinguibiles libidinis nascuntur ardores, honestatis flores deperduntur; & omnes beati corrumpuntur mores, ex quorum quidem corruptela, etiam in tactu ab immunda uiolatione corporibus fugit, et peryt ipsa religiosorum sponsa castitas. etenim ex impudico usu in malam cogitationem, quae per eos significatur, ex mala autem cogitatione in prauam deuenitur delectationē, haec consensum parit; ex quo libidinosae carnis succenduntur ardores; ex quibus mala gignitur operatio; per cuius frequentiam consuetudo nascitur, consuetudo autem, & legem, & necessitatem inducit; istis fomentis; quasi quibusdam gradibus exercetur libido, tollitur de mente uirginitas, fugit de moribus castitas, consumatur, & crescit peccatum, quo anima misera auertitur à Deo. Quare cum huiusmodi concupiscentiae genus tot pariat mala, non debēt ei religiosi relaxare, sed potius calcharē habenas, fortitudinis columnam Iob imitantes, qui dicit pepigi fedus cum oculis meis ne cogitarem quidem de uirgine, & haec causa prima est cur in fœminas oculos figere sit eroneum, quam secundam insequitur cum infert, [nec putare debet, qui in fœminam figit oculum, et illius in se ipsum diligit fixum àb alijs se non uideri, cum hoc facit; uidetur omnino, & à quibus se uideri non arbitratur.] Sunt enim quidam adeo stolidi facti cum in fœminas oculos impudicos figuūt, quòd ab alijs se uideri non existimant, qui profectò surdis, et caecis comparandi ueniūnt, nam sicut caeci alios minime uidentes, se haud uideri credunt, & quemadmodum surdi dum loquuntur, semper clamant, putantes caeteros pariter surdos esse; sic & uoluptuosi homines in fœminas oculos defigentes; quoniam amore caeci sunt, & circunstantes omnes caecos existimant; sed longè secus est, uidentur omnino, & à quibus se uideri nō arbitrantur. Non enim Isaac sua cum uxore Rebecca iocantem se uideri credebat, cum tamen ab Imalech Palestinorum Rege per fenestram uisus fuerit, quod utique accidit alijs utriusque sexus adulteris; & alijs in omni facinore Scelestissimis contingit: cum dūm non se uideri existimant, & uidētur, & comprahenduntur, & tandem magnis ob perpetra-

Mala, quae ex impudico aspectu sequuntur.

Iob 13

Gen. 26.

petrata facinora afficiuntur supplicijs. Quare hæc secunda sit causa cur oculos in fœminas quispiam figere non audeat; quam tertiam concomitatur cum dicitur. [Sed si lateat, & à nemine hominum uideatur, quid faciet de illo desuper inspectatore, quem latere nihil potest; An ideo putandus non uidere, quia tanto uidet patientius, quanto sapientius. Illi ergo uir sanctus timeat displicere, ne uelit fœmina male placere, illū cogitet omnia uidere, ne uelit fœmina male uidere; illius namq́, et in hac cā cōmendatus est timor ubi scriptū est abhominatio est Dom. defigentis oculū.] Hoc in loco S. P. suū prosequēs intētū tertiā in mediū profert causam cur oculi in fœminas nō sint figendi; quatuorq́ simul tradit: Primū quāta uirtutis sit Deus, quē nihil pōt latere: Deinde quàm stolidi, & fatui sunt, qui oppositū arbitrātur. Insuper quod tertia hæc rō maioris efficaciæ esse uidetur cæteris præcedentibus, deniq́ cōclusione authoritate cōprobat concludens [abhominatio est Domino defigentis oculū] Imprimis igitur quantæ uirtutis sit Deus ostendit, cuius Maiestatis oculos tenebræ ullæ nequaquam impedire queūt; ut non omnia uideant, nec media quin omnia penetrent; nec rerum exiguitas quin omnes numerent athomos, nec earum distantia quin omnia à fine usq́ ad finem attingāt; nec earū profunditas quin uniuersas pertranseant abissos; nec proinde earum sublimitas quin omnem celsitudinem transcendāt; & hoc est quod insinuat multis in locis, & in præsenti articulo huius tertiæ sectionis S. P. cum dicit [quid faciet de illo desuper inspectatore quem latere nihil potest.] ob id nullus in hunc dementiæ corruat cardinem, putare scilicet non modo oculorū nullus, sed etiam aliquem mentis conceptum diuinæ maiestatis posse intuitū præterire; propterea in fœminas oculorū desictio detestetur & licet adhoc, cæteraq́ punienda mala tardior diuina appareat Maiestas, nullus tamen credere audeat quin uideat; quia ut subdis S. P. [nō ideo putandus est non uidere; quia tanto uidet patientius, quanto sapientius.] ac si aperte dicat non ob eam rem putandus est Deus oculorum nostrorum fixiones, & alia perperam gesta non uidere, si ad nos puniendos uideatur tardiusculus, quoniam tanto uidet patientius, quāto sapientius, decet enim summam eius sapientiam summa uti in punitionibus faciendis patientia. etenim quemadmodum sapientis est omnia scire ita, & eiusdem omnia ordinare, dirigere, & bene gubernare: bene autem gubernantis est & loco, & tempori, & rationi omniq́ actum iustitiæ tribuere, ita ut non solum quid facturus sit, cognoscat, sed res agendæ modum disponat, ipsiusque præmeditetur finem. propterea iure lento gradu ad diuinam procedit iram; præsertim cum suæ naturæ proprium sit misereri; quis igitur erit ille Sathana deterior, qui coram Domino tam magno, tam excelso, tam puro, tam honesto, tā sapiente,

*Oculis Dei omnia sunt nuda.*

**Deus in punitionibus summā ostendit sapientiam.**

*tam iusto, tam seuero peccare non confundatur? & ideo putare non desistat quilibet Deum peccata nō uidere, si ad puniēda delicta tardiusculus uideatur, & peccare caueat coram tantæ Maiestatis oculos. quod similiter cauendum insequenti articulo insinuat S. P. in quo pariter tertiam hanc rationem cæteris efficaciorem ostendit, inquiens [ illi ergo, &c.] & intellectus est caueat uir Sanctus, & religiosus, cui ob oculos uersatur timor ne in tali placentia, uel tali uisu mali quodpiam coram tantæ committat maiestate, sed semper attendat eum omnium exteriorum, interiorumq́ actionum nostrarum esse inspectatorem: semper recordetur oculos tantæ Maiestatis æternos cruciatus minari contra legis suæ transgressores; cogitet Deum secum conspicere quicquid egerit, aut dixerit, aut tractauerit. ad memoriā reuocet quàm abhominabile sit oculos libidinosè defigere; quos optimus opifex ad necessaria uitæ adipiscēda, ad præstandum cæteris membris subsidium, ad sacra diuina, cœlestiaq́ perspicienda donauit, hinc est quod idē ait præceptor in articulo sequēti, in quo authoritate scripturæ conclusionem comprobat, quòd illius cōmendandus est timor, quē pia nobis incutit scriptura nos à peccatis reprimendo dicens [abhominatio est domino defigens oculum.] quasi dicat timete, et cauete uobis oculorum defixiones, ne per eas uestro abhominabiles sitis creatori, qui eas & odio, et abhominatione mirum habet in modum, ut Dauidicum insinuat exemplum, quod ne nobis contingat, caueamus, & pientissimum præceptum, sanctissimum mandatum de custodienda pudicitia obseruemus, in ecclesia præsertim ut inuigilantissimus pastor transfigit cum dicit. [Quando ergo simul estis in ecclesia, aut ubicunq́ fœminæ sunt inuicem uestram pudicitiam custodite:] quod etiā mandatū summo studio custodiendum est; primò quoniā humani generis hostes incredibili quadam sollicitudine pudicitiā à nobis auferre nitūtur, et ueluti quadā locustæ arborū flores suauissimos honestatis deuastere cunctos conatus adhibent; pudicitia .n. nil aliud est nisi flos redolentissimus. Rursus quia pudicitia thesaurum preciosum & rarum est, & omne rarum præclarū existit, insuper cæleste munus est in sacris scripturis summoperè commendatum. Et deniq́ pudicitia ea est, quæ hominem à terra subleuat; Angelis sociat, Deo coniungit, de terreno cælestem, de carnali spiritualem facit. Ob id thesaurum hoc preciosum quilibet summa uigilantia seruare debet, quod qui perdit, Deum perdit, societatē Angelicā perdit, animam perdit, et seipsum; sed cū nullus etiam uir sanctissimus sine aliquo afflatu diuino id agere queat referente Dauid Prophetarum eximio nisi Dominus custodierit ciuitatem frustra uigilat qui custodit eam, eadē re hāc diuinæ gratiæ custodiam Sanctus parens in sequenti insinuat, & imprecatur asserens [ Deus qui habitat in nobis etiam isto modo custodi-*

Laus pudicitiæ.

Ps. 126

et uos ex uobis.] tanquam si patenter asserat insufficientem esse nostram custodiam, nisi adsit gratia diuina; cum neq; in se, neq; in alium quispiam pudicitiam possit custodire nisi sibi præpotens adsit Deus: ea de re ita uiuere studeamus, ut nos in ipso, & ipse in nobis habitare dignetur; quatenus per eum in nobis habitantem, quod ex nobis non ualemus, nostram tueri pudicitiam poßimus, hac gratia confortatus Apostolus S. carnis stimulos, & Sathanæ colaphos uiriliter sustinebat: & huius uirtutem B. hic parens noster cum uehementi feruore, & magna plenus fiducia postulabat in deuotißimo libro suarum confeßionum dicens. Domine continentiam iubes, da quod iubes, & iube quod uis: & ita clamare debemus, & nos cum hoc inuigilantißimo Pastore nostro, qui tertia sectione absoluta ad quartam se confert, dicens. [Et si hanc de qua loquor oculi petulantiam in aliquo aduerteritis statim admonete ne malè cœpta progrediantur, & cætera usque ibi secundum arbitrium Præpositi, uel Presbiteri grauius emendetur.] in qua sectione ut supra prænotatum est de honestate correctionis habetur sermo, maximè namque honestum est errantes corrigere: Sed ut compositè incedamus, in tres articulos distribuendam affirmamus eandem sectionem cum tria sint quæ potißimum commostrat Sanctus P. Primo etenim docet quòd peccata sunt corripienda ordinate; Secundo quòd post correctionem sunt denuncianda; Postremo tãdem quòd post denunciationem pœnis sunt castiganda. Primum in fronte sectionis, secundum ibi [sed antequã alijs demonstretur, &c. [Tertium deinde cum dicit] conuinctus uerò secundum arbitrium præpositi &c. [Tradens] itaq; mandatum circa peccatorum correctionem ita scribit. [Et si hanc de qua loquor oculi petulantiã in aliquo uestrum aduerteritis statim admonete ne malè cœpta progrediantur; si autem & post admonitionem iterũ, uel alio quoq; die idipsum facere uideritis iam uelut uulneratum sanandum prodat quicunq; hoc potuerit inuenire. Prius tamẽ est alteri, uel tertio demõstrãdũ, ut duorũ uel triũ possit ore conuinci. & competenti seueritate coercere.] Hoc in loco per oculi petulantiam improbitatem quandam, & temeritatẽ intelligit, qua quispiam non uerbis, sed inhonestis aspectibus rei illicitæ est impius petitor, iniquusq; flagitator, & hanc in primis iubet S. P. ut cũ eam in nostrium aliquo aduerterimus statim admoneamus, ne mala per ipsam cœpta progrediantur, sed de proximo corrigantur. Sicut enim corporum, ita & animi ægritudines difficilius sanantur, si sera paretur medicina, & nonunquam propter remedij tarditatem de omni desperandum est salute, itaq; monendi, & corripiendi sunt peccantes in hac petulantia, cæterisq; delictis; sed cum in correctione ipsa iuxta Dominicum præceptum sit seruandus modus, ob id præcipit ut ante omnia correctio

Sectio quarta eiusq; diuiso in tres articulos.

Petulantia quid.

Ordo seruandus in correctione.

*secretè fiat: deinde coram testibus, & deniq; Prælato fiat denunciatio. huiusmodi enim ordinem (ut dictum est) imponit summæ pietatis author ipse. Prima itaq; admonitio si peccatum sit secretum debet esse secretè, & lenis. quod pariter commonstrauit D. Paul. cum dixit si præoccupatus fuerit homo in aliquo delecto, uos qui spirituales estis instruite huiusmodi in spiritu lenitatis. Secunda perinde admonitio testes expostulat, si correctus in sua pergat malitia; in ore.n. duorum, uel trium stat omne correctionis uerbum. Tertia denique Prælatum requirit nempe quando secretè correctus, & coram testibus admonitus corrigi de peccato negligit. tunc etenim is publicè à Prælato arguendus est; ut uulnus; quod occultè sanari nescit manifestè curetur; & ipse deinde in delinquendo attentior fiat, & correctior, ac cæteri metu pœnæ terreantur; dum.n. unus corripitur plures emendantur. Hunc itaq; congruum, dignumuè in corrigendis, emendandisq; delictis modum diuina nos edocuit sapientia, à qua S. P. imbutus eiusdem faciendæ correctionis canonem seruandum conscripsit; at cum in dilucidario quæsitorum correctionis conditiones latè, aperteq; explicentur, nõ immerito plura in præsentiarum dimittuntur: hypotesis tamen illa obseruetur, quã illico post huiusmodi præceptũ de correctione adijcit S. P. dicens. [Nec uos iudicetis esse maliuolos, quando hoc iudicatis, magis quippè innocentes nõ estis, si fratres uestros, quos iudicãdo corrigere põtestis, tacẽdo perire permittitis; si.n. frater tuus uulnus hẽt in corpore, quod uelit occultari, dum timet secari; nonnè crudeliter à te sileretur, & misericorditer indicaretur? Quanto ergo potius debes manifestare, ne deterius putrescat in corde?] quæ uerba insinuant, quòd postposito quocunq; timore, ac rõne correctio facienda est. nã sicuti ex peccati insinuatione, quilibet est cã salutis, ita ex taciturnitate est cã periclitationis, ea de re uelut crudelis est qui peccati uulnus in fratris anima non indicat; itidem & qui taciturnitatem fratris delictum abscondit; at econtra quemadmodum qui pereunti uitam præstat misericors proculdubio censendus est, pariter & pientissimus existimandus est ille, qui peccãtibus salutis tribuit remedium Quod utique sibi succedet si corrigat, iuxtaue correctionis seriem peccata insinuet: cuius honesti, ac egregij operis fructum eximium pientissimus seruator pollicetur dicens lucratus es fratrem tuum. & Iacob Apostolo sui scribendum imposuit qui conuerti fecerit peccatorem ab errore uia suæ saluabit animam eius à morte, & operit multitudinem peccatorum. unusque ergo errantem fratrem corrigat, recordeturque quòd qui parcit uirga odit filium. & quòd si Medicus Furentem non ligat, & Pater indisciplinatum filium non cædit crudeles ambo habendi sunt: quæ singula uidetur comprehẽdere in*

Natura ipsa ad corrigendum excitat.

Mat. 18.

*prænotatis uerbis P. S. qui secundum articulum, huius quartæ sectionis, uel potius alteram Hypotesim pro correctione proponens in sequentibus uerbis astruit. [Sed antequàm alijs demonstretur qui conuincendus est; si negauerit prius Præposito debet ostendi, si admonitus neglexerit corrigi ne forte possit secretus correctus non innotescere cæteris; si autem negauerit tunc neganti adhibendi sunt alij etiam coram omnibus, ut possit non ab uno teste argui, sed à duobus, uel tribus conuinci.] Et si pro sanandis spiritualibus morbis satis sit commune, & Euangelicum medicamen, uerumtamen ut magis, ac magis Sancta Religionis conseruetur honor, quædam alia remedia excogitauit S. P. quorum potissimum id est, quod hoc in loco annotatum habetur, ut scilicet si frater à quocunque fuerit in delicto comprahensus, & monitus neglexerit corrigi, antequàm alijs demonstretur per quos conuincendus est, si negauerit prius præposito debeat ostendi: post igitur malè compatientis correctionem, antequam alijs illud pandat, præposito tanquam maiori in Monasterio reuelandum est: tùm [ne forte possit] idest si forte possit, ita quod ne pro si accipiatur, [secretius correctus non innotescere cæteris.] hoc est ut secretius peccatum correctum cæteris non innotescat. conseruari enim debet semper quoad fieri potest proximi nomen, et fama quoniam (ut scriptum est) melius est bonum nomen quàm diuitiæ multæ; tùm ut Præsidenti debitus exhibeatur honor; tùm quià cum iudex sit omnium, quæ in monasterio aguntur sibi prius debet illa notificari. tùm demiq; quoniã in adhibendis remedijs doctior credendus, atq; expertior; inde fit ut credatur per eum posse facilius ægroto subueniri. Si autem tanquam Medico, & iudici suo scellus suum negauerit, tunc mentienti adhibẽdi sunt alij, et c. rã omnibus, ut possit nõ ab uno teste argui, sed à duobus, uel tribus et iuxta euangelicum præceptum cõuinci, & merito quidẽ quoniã iustum est, ut qui monitus secreto corrigi de peccato noluerit publice arguatur, ut uulnus, quod nequit occultè sanari, manifestè curetur; omnis. n. medicina medendi exigit, ut quales sint inualetudines, qualia uulnera, qualesq; ægrotantium passiones talia tribuantur medicamẽta; quò fit ut occulta occultè, manifesta palam, immatura ferro; & alia quæcunq; prout opus fuerit, & iuxta arbitrium medici sint curanda, quod profectò insinuat S. P. in sequenti articulo huius quartæ sectionis dicens, [conuictus uerò secundum Præpositi, uel etiam Præsbiteri, ad cuius dispensationem pertinet arbitrium debet emendatoriã subyre uindictam. Quã si ferre recusauerit, ẽt si ipse non abcesserit de uestra societate projciatur: Non enim ex hoc fit crudeliter: sed misericorditer, ne contagione pestifera plurimes perdat;] postquã præmonuit prob. præceptor quomodo*

*Prius fratris delictum Prælato debet innotescère, quàm testes adhibeantur.*

honestum sit errantes corrigere, & deinde quomodo errantium delicta sint notificanda; demonstrat deniq; in praesenti loco, quomodo, & à quo peccata sint punienda. Ob eam rem dicit [conuinctus verò & cat.] ac si patenter dicat. qui palam deliquerunt, aut occultam contempserunt disciplinam non occulta, sed manifesta obiurgatione sunt arguendi, increpandi, & si expedit verberandi, vt emendentur ipsi, & eorum caeteri terreantur exemplo, quam emendatoriam vindictam subyre debent, nõ cuiuscunq; Sed Praepositi, vel Praesbiteri tanquam propry Medici, & Iudicis arbitrio; quam si ferre recusauerint; etiam si à Monasterio sponte non abscesserint de eodem Monasterio, & congregatione abyciantur. quod quidem (vt infert idem S. Praeceptor) non crudeliter fit, sed misericorditer, ne scilicet cõtagione pestifera plurimos perdat. morbida nãq; facta pecus (teste Poeta) totum corrumpit ouile. Itaq; valde melius est vt pro multorum salute condemnentur incorrigibiles, & à consortio expellantur, quàm per eorum exemplum totum sanctum periclitetur agmen. Quare omnes in Domino depraecamur, qui aliqua infecti sunt labe, ne sua, aliorumuè causa perditionis existant, vt non modo Superiorum, verum etiam Aequalium, quin potius Inferiorum velint aequo animo correctiones suscipere; mala acta vita vitia relinquere; à casu resurgere; virtutibus incumbere; & in omni sanctitate mandata obseruare Praeceptoris nostri. Qui in calce huius tertij cap. concludit eundem ordinem seruandum non tantum in impudicitiae peccatis. sed etiam in caeteris delictis. Ob id astruit; [Et hoc quòd dixi de oculo non figendo, etiã in caeteris inueniẽdis, prohibendis, indicandis, conuincendis, iudicãdisq; peccatis diligenter, & Fideliter obseruetur, cum dilectione hominum, & odio vitiorum;] & iure cum dilectione hominum, & odio vitiorũ quia sunt nonnulli, qui aliorum redarguunt culpas non tam ex charitate, quã ex odij amaritudine, non tam, vt eos corrigi velint, quàm, vt odium quod in corde seruant exerceri possint, quod proculdubio non est secundum Deum; & magis ad vindictam, quàm ad disciplinam pertinet; nempe nil tam probat spiritualem virum, sicut peccati alieni tractatio; Sicut nihil ad experiendi medici praestantiam efficacius est, quã debita sanatio languorum: igitur quemadmodum medicus nõ ex odio, non ex ira, non ex uindicta, non ex quocunq; liuore, sed ut sanetur agrotus vulnera incidit, ita uerus corrector non insultationem sed curationem; non conuitia sed auxilia; non dolorem sed amorem; nõ iniuriam sed gratiam intendat delinquentis. Ob eam rem liquido ex nobis ipsis quaeramus, nostramq; examinemus conscientiam si dilectione ad correctionem faciẽdam mouemur; & si non exigente culpa sonet in uoce asperitas: Quod praecipue agat Praelatus, qui in corripiendo humano, et ame-

Incorrigibiles expellendi sũt à consortio.

Vera correctio quomodo pertractanda.

no affari colloquio debet. & his uerbis uti potest si placet:( ut optime docet Cheriolanus ) Fily mi quanta te semper prosequutus sim dilectione, quantum iugiter te dilexerim testis sit Deus. tuus mihi semper cura fuit honor; interiori charitate erga te exarsi, meis in obsecrationibus nunquam te tradidi obliuioni, et in quibus secundum Deum petitionibus tuis potui satisfacere nunquam negaui. uirtus tua gloria mea fuit; cum te de uirtute in uirtutem uidebam inexplicabili afficiebar laetitia;laudabam Deum in te;& suae maiestati non cessabam grates habere, cum talem mihi subditum, immo fratrem, immo filium carissimum concesserit. Sed nunc o filij mi dulcissime omne gaudium meum conuersum est in tristitiam;omnis dulcedo in amaritudinem;omnis laetitia in luctū; quia uideo te offendisse creatorem tuum:ecce dilectissime, quē amo sicut animā meā, cum luxuria te labefecisti, polluisti templum Dei, quod es tu: Sed hoc scio quia per fragilitatem peccasti, nonne uerum dico? Ergo fily mi ut perditam gratiam Saluatoris inuenias, ut tui te poeniteat delicti: uolo ut unam hanc mihi des consolationem:nonne filij mi dulcissime libenti animo hoc facies? qui si compunctus, ac dimulsus quoq; pacto erit, quae nam sit illa interrogabit. Tunc Pius Pater uerbis amenis, & dulcissimis amplexibus ipsum faciat hoc modo polliceri. fili mi mihi magna, sed tibi leuis, mihi iocunda, sed tibi salutifera, tibi utilis, & Deo acceptissima, haec inquam illa est, ut tuum confitearis peccatum, & à tanta te imposterum abstineas turpitudine, & eo modo si cor habeat lapideum ad condignam sui mouebitur emendationem. & hoc idem uult innuere. S. P. qui prosequēs adhuc in calce huius tertij capitis explicare, propter quae delicta in parte frater sit corripiendus secundum Praepositi arbitrium scribit. [Quicunq; autem in tantum progressus fuerit malū, ut occultè ab aliquo literas, uel quodlibet munus acceperit, si hoc ultro cōfiteatur parcatur illi, & oretur pro eo: si autem deprahendetur, & cōuincatur secundum arbitrium Presbiteri, uel Praepositi grauius emendetur.] Quae uerba insinuant quòd cum propter fundamentum singulare Religionis sit decretum omnia conmunia fore in Monasterio; in magnum progredi malum munera, & fauores à fratribus recipi clam, et occulte;quid enim id aliud est, nisi Sancta, et Apostolica uita euertere fundamenta, Regulam destruere, sanctam praeuaricare legem, & optimum infringere propositum? iure ergo huius peccati malignitatem explicans Sanctus Pater, inquit: [quicunq; autem in tantum] hoc est in tam magnum progressus fuerit malum, [ut occultè ab aliquo literas idest instrumenta, contractus, monasterij iura, seculares fauores, aut Praelatorum literas apcrire fuerit ausus [si hoc ultra confiteatur parcatur illi, & oretur pro illo. si autem deprahenditur, & conuincitur

Quomodo Praelati subditos corripere debeant, ut eorum à peccatis releuentur.

Ad seculares fauores confugientes contra Regulam faciunt.

*Literas recipiens duo mala incurrit.*

*secundum arbitrium Præpositi grauius emendetur:] & non immerito grauius emendandus, duo enim incurrit mala furti scilicet & proprietatis: furti quia non committitur furtum nisi dum alieno occulte ablato proximus læditur. Sed quis maior proximus Monacho, & Monasterio. & quomodo magis Monasterium læditur quàm quando quæcunque bona, siue iura sua à monacis occupantur, clandestineque retinentur? Proprietatis verò malũ, quia quæ Monasterij sunt, propria facit: quicquid nanque acquirit Monachus, Monasterio acquirit, & hoc proprietatis malum tantum profectò est, ut Religioso nil damnablius, nil detestabilius, nil periculosius: unde iura dicere audent Pont. max. super habenda proprietate dispensare non posse: Sed sunt nonnulli, qui hoc graue nõ desinunt alleuiare peccatum: aut quia clandestina munerũ receptio peccatum non sit, quia furtum non est; quia si inuito datore reciperetur, munus non esset, aut si furtum sit, & Israelitis furtum concessum esse à Deo dignoscitur. quibus dicitur quòd nisi magnum esset malum occulte munera suscipere nanquam uir summæ sanctitatis Eliseus Giezi discipulum suum tam acerbe lepræ percussisset passione, quando Naaman syri occultè recepit munera, nec furti culpam incidisset: & hoc nõ quia inuitus dator contulerit, Sed quoniã uoluntarium datum sibi clã tribuit, quod erat alteri tribuendum; & Diuinæ gratiæ intulit iniuriã cum pro celesti munere caducum suscepisset: ea de re aduertat Religiosus quilibet ne in hunc incidat errorem sed si id accidat, ultro, & sponte tale peccatum ore proprio confiteatur. culpa ènim leuior efficitur, quæ confessione uoluntaria humiliter aperitur. Ob eam rem dicebat David dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei; propterea S. P. iubet sic confitenti parcendũ esse, ac pro illo orandum. ut scilicet Dei clementia ei talem dimittat culpam: at quoniam Deus Peccatori nunquam dimittit nisi in corde ipse doluerit, Igitur doleat, sin autem id noluerit agere, nec confiteri, Sed deprahendi, conuincique expectat tunc secundum Præpositi arbitriũ grauius emẽdetur; consequens perinde est ut grauior culpa grauiorẽ subeat pœnam. at uerò grauiter, mortaliterque offendit, qui malũ quod agit abscondit, ob id comprahensus, & conuinctus grauiori est puniendus flagello. nec Præpositus omnia relinquat Deo punienda; quoniam sic agens immerita iudiciaria potestate fungitur: quid enim Deus alios potestates, alios constituisset Iudices si suæ uellet omnia immediata Maiestati cõmittis? neque de ipsius tantum præsumendum est misericordia, ut credamus quòd uelit impune peccatum abyre. & ideo metiantur Præsides delicti grauitatem, consideret peccatoris conditionem, Sed cum culpa pœnam charitatiuè cõpensent, & contra sui Parentis præceptũ agentes cogitent*

*4. Reg. 5.*

*qui proprio ore peccatum cõfitetur mitius puniendus.*

*cogitent longè eis melius esse ut hic temporaliter patiantur, quàm ut in inferno aeternaliter cruciientur cum illis, quibus dicetur Ite maledicti in ignem aeternum, à qua sententia liberet sua immensa pietate nos Deus.*

Mat. 25

# DILVCIDARIVM IN DVBItationes tertii capitis.

QVAERITVR *propter illa uerba* [*non sit notabilis habitus uester*] *an religiosus cum procedit in publicum si dimittat habitum peccet mortaliter.*

R*Espondetur quòd habitus duplici de causa potest dimitti primo ex iusta causa, puta ad euitandum aliquod periculum ut captura, & insidiarum, uel cum est in balneis, uel stuphis, et huiusm. & sic non peccat religiosus, secundo potest dimitti ne deprehendatur in scellere perpetrando, siue in alia re agenda, tunc peccat mortaliter, & excommunicationem incurrit, cùm si in publicum prodijt habitum suae religionis deferre tenetur ut testatur D. Ant. in 3. parte sua sum. t. 16. cap. 6. ante. ff. idem Armi. tit. de hab. ff. 2. v. etiā Concil. Trid. in sess. 14. c. 8. decreto de reformationes quo in loco dicitur, quia uero, & si habitus non facit monachum oportet tamen clericos uestes proprio congruentes ordini semper deferre, & caetera. Quinque ergo uel propter uerecundiam, uel propter uanitatem ut non appareat religiosus, & non cognoscatur dimittit habitum peccat mortaliter, & incidit in canonem.*

Religiosus dum prodiit in publicum sine habitu mortaliter peccat.

D. Ant.
Arm.
Concil. Trid.

QVAERITVR *propter eadem uerba an religiosus habens curā animarum in Ecclesia seculari ut se conformet cum alijs clericis secularibus possit licitè uti habitu clericorum secularium ab extra, tenendo subtus clamidem habitum suae religionis.*

R*Espondetur à D. Anton. ubi supra quòd secundum Io. an. & Guil. deferens habitum monachale coopertum est apostata, primo quia tali habitu non uestitur in claustro, & quia deferri debet desuper, & quia publicè dēt ab alijs distingui, & quia nō dicitur portare nō portādo ut dēt, & quia recipit habitū, quē non pōt habere, cū primo priori renuntiat ipso facto, praeterea ille habitus non est cōtrarius ecclesiae seculari, quia non habet determinatum habitum pro clericis liceat, debeat esse talaris, & quamuis glos. 16 q. 7. noua, concedat quòd tales religiosi possint mutare habitum quo; ad habitum intrinsecum intelligi-*

Deferens habitum regularem coopertum est apostata.

tur quando inde esset scandalum ex delatione habitus monachalis inter clericos. Sed nullum scandalū uidetur oriri ex eo quòd monachus deferat habitum inter religiosos seculares. quicunque igitur minaci, & regulares ad curam assumpti animarum, qui habitu clericorum utuntur ut non appareant monaci, & regulares non euadunt mortale peccatum, & censentur excommunicati, quin potius omnes doctores, & magistri, qui religiosos sine habitu existētes leges, uel phisicam docerent, uel in suis scolis ingredi ad audiendas lectiones permutterent; sunt ipso facto excommunicati maiori sententia, sic determinat idem D. Doctor Ant. in 3. P. S. titul. 24. capit. 38. per authoritatem canonistarum: quapropter huiusmodi debent expelli, & si non possunt expelli, exeat doctor.

*Doctores permittentes regulares sine habitu audire lectiones excommunicantur.*

QVAERITVR ob eadem uerba an delatio habitus in religione inducat professionem.

Respondetur prenotando quod in quibusdam religionibus non est distinctus habitus nouitiorum ab habitu professorum, in quibusdam uero sic: & hoc dupliciter, uel manifeste, uel occulte, manifeste puta in scissura, in colore, in quātitate: & pracinctione, ut apud fratres minores de obseruantia, apud Heremitanos, apud benedictinos, & Camaldulenses: oculte uero quando distinctio fit tantum per benedictionem, ut apud Dominicanos, qui professorum habitum, non autem nouitiorum solent benedicere: his ita se habētibus dicitur quòd in quacūque religione, in qua defertur habitus nouitiorum in distinctus ab habitu professorum distinctione manifesta, & patenti, non autem occulta per annum integrum à probatione, hoc est post annum decimumsextum expletum ut habet Concilium Tridentinum in sess. 25. tit. de regul. & mon. cap. 25. tunc is, qui habitum sic detulit incidit in professionem tacitam sicut testatur D. Ant. in 3. P. S. tit. 15. cap 3. ff. 1. dumodo infra annum non sit facta protestatio in contrarium; scilicet quod per lapsum anni non intelligatur esse professus, quia tunc non esset: qua quidem professio tacita obligat etiam illi religioni in specie, seu determinatè, extra de regu. cap. eos: in clem. in illis uero ordinibus, in quibus est distinctus habitus nouitiorum ab habitu professorum distinctione patenti, & manifesta tunc delatio huiusmodi habitus non inducit tacitam professionem quanticunque tempore talis habitus deferatur. Rursus in illis ordinibus ubi non est distinctio habitus nouitiorum ab habitu professorum, sed indistinctus est habitus illorum ab habitu eorum, qui cum illis uitam communem degunt, sicut si essent canonici regulares, et clerici seculares cum eis in choro, & refectorio utentes superpelliceis, tunc similiter delatio habitus per annum integrum post 16. expletum inducit professionem tacitam: sed si nulla sit distinctio, professorum nouitiorum, & laicorum

*Habitus indistinctus post annum elapsum probationis obligat ad professionem tacitam. Concil. Trid.*

*Habitus distinctus post annū probationis non obligat ad professionem.*

cum eis degentium, tunc talis delatio ir huiusmodi religione non inducit professionem secundum Pet. de Pal. Praeterea suscipiens habitu professorum in alijs ordinibus quam mendicantium infra annum si est aetatis apta, ut si fuit sciens, & uoluntarius, & in illo habitu professorum triduo perseuerat, talis obligatur religioni in genere, non autem specie idest illi, cui habitum sic suscepit, extra de regul. cap. constitutionem li 6. Hac ex D. Ant. ubi supra quae etiam approbat Io. in glos. illius clement. & pro maiori euidentia uideas sacrum Concilium Tridentinu in sess. 25. tit. de reg. c. 15. sicut supra praenotatum est.

QVAERITVR ratione illorum uerborum. [nec affectetis uestibus placere, sed moribus:] an huiusmodi affectio, & appetitus placendi liceat, cum Apostolus scribat si adhuc hominibus placere Christi seruus non essem.

Gal. 1.

RESpondetur sicut appetitus excellentiae, si ibi sistatur semper est peccatum, sed si appetatur excellentia propter Deum non est peccatum; sic uoluntas placendi hominibus si habeat in se ultimu finem ingiter lethalis culpa est; si uero dirigatur ad finem meliorem uidelicet ad ipsum Deum, sic sine peccato esse potest: D. August. in praesenti canone loquitur secundo modo cu dicit sed affectetis placere moribus. Diuus autem Paulus primo cum inquit, si hominibus placerem Christi seruus non essem: ut optime exponit glosa dictum locum: qui enim intendit placere hominibus propter gloriam suam, hominumque aplausum, Christi seruus esse nequaquam potest qui uero quaerit hominibus propter dum placere deo placet, & Christo seruit propterea ad eph. sexto idem Apostolus scribens dicit: non ad oculum seruiẽtes quasi hominibus placentes: ex his sequitur distinctio per quod huiusmodi placẽtia, siue appetitus potest esse culpabilis, & inculpabilis dupliciter ex parte finis, & intentionis, finis igitur, & intentio attendatur.

Hominibus propter Deu placere meritorium est.

QVAERITVR ratione eorumdem uerborum an affectare, siue appetere dignitates, & officia, cathedram, et regentiã legendi sit licitum in religione.

RESpondetur distinguendo secundum D. Anton. in 2. parte suae sum. t. 3. cap. 5. & secundum Io. uig. titu. de uirtute fortitudinis cap. 6. ff. 4. u. 3. aut ille qui appetit est insufficiens, aut sufficiens si insufficiens nunquam licitum est, & non est sine peccato: si uero est sufficiens adhuc distinguitur; aut appetit malo fine, indebitis medijs, & iniquis circunstantijs, & sic similiter peccatum est. Si non bono fine, optima intentione, debitisque medijs, ac circunstantijs sic potest appetere: expertus ergo in regimine politico, potest tali regimen appetere: & ex consequenti honorem annexum. Doctus similiter, et expertus theo

Sufficienti magistro licet cathedram appetere debitis tamen medijs.

logus potest cathedram theologalem appetere, & bonus, & expertus cantor cantoriam; & idem dicatur de alijs officijs. Verum animaduertendum est quod ea officia non licet appetere, ad quorum sufficientem executionem, & idoneum exercitium quis se scire non potest capacem: immo talis appetitus uidetur esse mortalis puta si quis appeteret regimen animarũ quod ad debitum exercitium requirit gratiã, modo nemo potest scire se habere gratiam Dei certitudinaliter teste Paulo dicente nihil mihi conscius sum: quapropter appetens officium annexum curæ animarum, uel administrationi sacramentorum peccat, quia nimis de se ipso præsumit, & quamuis D. Paulus dicat qui Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat, id tamen intelligendum uenit de perfectione ad episcopum requisita, nam statim subdit oportet Episcopum irreprehensibilem esse, optime ergo inquit Diuus hic noster Pater non affectetis uestibus placere, sed moribus.

[Margin: ... annexum curæ animarum peccat.]

[Margin: P.Cor.4]

QVAERITVR propter illa uerba [quando proceditis simul ambulate] an huiusmodi societas religiosis sit necessaria.

[Margin: Multis de causis religiosi quãdo procedunt simul debẽt ambulare.]

Respõdetur affirmatiuè quòd sic, ijs de causis uidelicet, primo quia Diabolus facilius tentat, & superat solũ, quam associatũ ut patet in Gen. 39. de muliere ægiptiaca, quæ Ioseph cũ esset solo dixit dormi mecũ: rursus magis turpitudini tentatus adhæret: ut habetur in Ecch. 22. dixit fornicarius, quis me uidet? Præterea si quispiã in peccatũ cadit si solus existat perseuerat, sed si associatus à comite põt reprehendi, quod animaduertit Ecch. 4. inquiens, uæ soli quia si ceciderit non habet subleuantem se: denique maiori honore, & fide dignus uidetur associatus quàm solus, dicit n. dominus noster in ore duorũ uel triũ stat omne uerbũ. Hinc est quod non immeritò Dominus in Ægiptum Moysen, & Arõ misit, in terrã permissionis Iosue, & Calephi, Christus ante faciem suam misit binos, in Castellũ duos ex discipulis; & in Emaus duos, spiritus sanctus similiter Paulum, & Barnabam segregauit, & collegium apostolicum Petrum, et Ioannem Hierosolimam destinauit, iure ergo præcipit in hoc suo canone Diuus hic præceptor, ut cum religiosi procedunt simul ambulent; quapropter huiusmodi societas ex his, et alijs multis necessaria concluditur.

[Margin: Mat 18, Exo.4, Iosu.2, Mar.6, Luc.10, Luc.24, Ach.23, Ach 3, Ach.8]

QVAERITVR propter illa uerba [in habitu] an idẽ intelligat sanctus Pater in præsenti loco, quod supra cum dixit non sit notabilis habitus uester.

[Margin: Duobus modis est reprehensibilis habitus.]

Respondetur ab umberto distinguendo, quòd habitus duplici ex causa põt esse reprehensibilis, uel ex sui natura cum est nimis preciosus, mollis, et huiusmodi, uel ex tactu humano puta cũ aliquid est in ipso, aut ab artifice, aut deferente appositum, quod reprehensibile existat, ad primũ

*pertinet authoritas superius adducta, ad secundũ uerò hoc posterius mã datum; unde signanter dicitur ibi, non sit notabilis habitus uester, scilicet de se, hic autem in habitu nihil fiat idest ab aliquo.*

QVAERITVR propter illa uerba [*nihil fiat, quod cuiusq; offendat aspectum:*] *an propter offensionem, siue scandalum uitandum, sit dimittenda ueritas, & bona opera prætermittenda.*

RESpõdetur *ex D. Ant. in 2. parte summæ tit: 7. c. 4. §. 5. et à Io. Vi. in c. 12. §. 3. ue. 10. & ab ar. tit. de scand. §. 5. & tãdem unanimiter ab omnibus Theologis quòd primò propter offensionem uitandam, et scãdalum, aliquando dimittenda est ueritas doctrina scilicet tacendo, & iustitia eam non exercendo, sed non ueritas uita, nullus. n. dimittere debet ea, quæ sunt necessaria ad salutem, nec facere tenetur quod est peccatũ, propter scandalum uitandũ, ut punire innocentem, uel fidẽ, uel ueritatẽ negare; propterea D. Tho. in 4. distinguit triplicem ueritatem uidelicet, uita, doctrinæ, & iustitiæ, ueritas iustitiæ, et doctrina quãdoq; dimittẽda est. Sed uita nunquam, quod quidem intelligendũ est, nõ ut doceatur aliqua falsitas propter scandalũ, sed ut taceatur ueritas non necessaria, similiter nulli facienda est iniustitia. s. quòd damnetur innocens propter scandalũ aliorũ, sed ut dormiat seueritas ut nõ puniatur, qui meretur: ex quo cõcluditur grauiter peccare, qui propter tollendũ scandalũ aliorũ aliquod crimen cõmittunt, sed annotandũ est quòd bona spiritualia sunt in duplici discrimine, quædã sunt adeo de necessitate salutis, quòd nõ possunt prætermitti absq; peccato mortali, et hæc nõ sunt dimittẽda propter uitandã offensionẽ alicuius, nullus. n. dẽt mortaliter peccare, ut malũ alterius impediat. quædã uerò nõ sunt ado de necessitate salutis ut dare elemosinã, ieiunare, ingredi religionẽ; & huiusmodi, in quibus offensio, et scandalũ põt oriri aut ex malitia ut pharisei, aut procedit ex infirmitate, & ignorantia & tunc propter hoc scandalum, & offensionem huiusmodi spiritualia bona sunt occultanda, uel interdum differenda quando periculum non iminet, quousq; reddita ratione scãdalum cesset, si uerò post redditã rationem offensio duret, iã uidetur esse ex malitia, et sic amplius non tenetur; idẽ dicatur de obseruatione consiliorum, de operibus misericordiæ, & hoc de bonis spiritualibus. Bona uerò temporalia & ipsa sunt dimittenda, sed obseruandum quòd & ipsa sunt in duplici discrimine quædam communia ecclesiæ, religioni, & reipublicæ, & hæc non sunt dimittenda propter scandalum sicut necessaria ad salutem ut refert Diuus Thom. ubi supra artic. 6. obid. S. Thommas Cantauriensis repetijt res Ecclesiæ suæ cum scandalo Regis Angliæ, bona uero propria propter scandalum ortum ex ignorantia, uel infirmitate sunt dimittenda, uel dando, uel non petendo, uel aliter scandalum sedando,*

D. Tho.
Veritas triplex.

Quandoq; tacenda est ueritas.

Bona spiritualia in duplici discrimine, & quæ sint dimittẽda.

Quomodo bona temporalia sint prætereunda.

1. Cor. 3

propterea Paulus dicit non manducabo carnem in æternum ne fratrem meum scandalizarem.

QVÆRITVR propter eadem uerba, an quicquid proximi aspectum offendit sit peccatum mortale, & ille qui huiusmodi offensionis est in causa mortaliter peccet.

Non omne quod alterius aspectum offendit peccatum dicitur.

REspondetur ex his quæ supra quòd quotiescunque quispiam offensionem, & scandalum omittit cum intentione inducendi ad ruinam mortalem, uel uenialem mortaliter peccat, observandum tamen quod si aliquod malum agat solum ut sibi, suæque uoluntati satis faciat sic non est in ipso speciale peccatum, sed tantum circunstãtia agrauans, quæ reducit actum ad speciem scandal. si uero quispiam aspectum alicuius offendat præter intentionem, & conditionem operis, & ex mala dispositione recipientis non peccat is; sed potius illi, quorum aspectus offenditur: sicuti pharisęi de Christo murmurantes, ex eo quod infirmos curabat. manifestum ẽ ergo quod nam sit illud dignum pœna, nempe quod proximi aspectum offendit, & quod non: & de quo loquatur Aug. in hoc suo canone.

QVÆRITVR propter illa uerba [oculi uestri, & si iaciantur in aliquam fæminarum.] Cur D. Pater Augustinus incipiens tradere mandata circa sensus exteriores, non circa omnes prosequitur mandatum sed tantum circa sensum uisus.

Sensus uisus magis ad peccandũ excitat, quàm alii sensus.

Mat. 16

REspondetur quòd id rationabili de causa egit: primo quia oculi sunt magis habiles ad peccandum quàm alij sensus; ideo dixit Christus si oculus tuus fuerit nequam totum corpus tenebrosum erit. Præterea sensus uisus potest incessanter peccare; quia semper habet in promptu obiecta, non autem cæteri sensus ut manifeste patet in omnibus prænotatis sensibus uidelicet in Olfatu, auditu, gustu, & tactu.

1. Cor. 15

Rursus sensus uisus uelocior est alijs sensibus: quod confirmat Pau. inquiens in momento, in ictu oculi, insuper sensus uisus frequentius potest habere copiam sui obiecti quàm alij sensus: non enim omnia possunt

Dan. 13

haberi, audiri, tangi, & gustari, quæ ijs sensibus sese offerunt: sicut omnia quæ uisui repræsentantur possunt uideri: & in uisu delectari ut patet in senioribus, qui quotidie Susannam uidebant: his accedit quòd alij sensus habent impedimentum de facili ab exteriori, quia complectio actus eorum dependet ex facto alieno: uisus uero non, sed solum ex uirtute uidentis: item alij sensus satiantur, uisus autem nunquam; adhuc uisus audacius peccat alijs sensibus: audet enim multa uidere, quæ non audet tactus tangere, nec olfatus odorare, nec gustus gustare, nec auditus audire: et tandem ad omnia uitia prouocat: primo enim irritat gulam: in

nitat ad cupiditatem, inflammat ad libidinem: prouocat ad superbiam, concitat inuidiam, & commouet iram, propterea dixit Hyer. oculus meus deprædatus est animã, ob id non immerito diuus hic noster præceptor Augustinus exoptans cunctos sensus exteriores nostros à peccatis reuocare incipit à sensu uisus. Sub quo cæteros etiam sensus comprehendit dicens. [oculi uestri &c.] & hæc ex umb.

Tre.3

QVAERITVR ratione eorumdem uerborum: cur optimus iste doctor cupiẽs sub sensu uisus singulos sensus exteriores à uitijs reuocare: potius mentionem habeat de hoc partiali obiecto. s. de mulieribus, quàm de alijs obiectis.

RESpondetur quòd multis de causis id egit. Sed in primis quia omnia mala à mulieribus ex orta fuisse uidentur: quod quidem manifestum euadit inductione: Adam enim ne contristaret delitias suas cibum uetitum edit. AEgiptij uxorẽ Habrae uidentes tur pe eam cognoscere exoptabant, David uir secundum cor di thorũ Vriae deturpauit, etc. id generis, hinc est quòd Salomon dixit inueni amariorẽ morte mulierem, quæ laqueus est uenatorũ, sagena cor eius, uincula sunt manus eius; qui placet Deo fugiet illam, qui autem peccator est capietur ab ea D. autem Ant. in 3.5. P. cap. 25. ante §. ut ostendat mulierũ amaritudinem, et malitiam format alphabetum inquiens, quod mulier est auidum animal. Bestiale baratrum, concupiscentia carnis: damnosum duellum: Estuãs estus. Falsa fides. Garrulum guttur. Herynnis armata: inusdusus ignis, Calumniarum chaos. Lepida lues, monstruosum mendacium. Naufragij nutrix, opifex odij, Prima peccatrix. Quietis quaßatio. Ruina Regnorum, Silua superbiæ. Truculenta tirannis. Vanitas uanitatum; xantea xersis, ymago idolorum, & Zelus zelotipus Augustinus autem confirmans hoc idem, quod in suo canone apposuit in libro de singularitate clericorum. Scribit quòd nec propter utilitatem clericorum temporalem, quæ ex hoc euenit est habenda cum fœminis nimia familiaritas, nec propter caritatem ad salutem earum, nec propter quædam exempla Christi & sanctorum, nam & si Christum sequebãtur mulieres, quæ ministrabant ei, & apostolis, & Helias pastus fit à uidua, non se debent homines fragiles tantis uiris æquare, ut credant hoc ita pure agere sicut illi.

Inter omnia obiecta, quæ damnationis occasionem prabent, est ipsa mulier.

Gen.3.

Gen.20

2.Reg.11

Eccl.7

D. Ant.

Alphabetum contra mulierẽ.

QVAERITVR propter illud, [in nullam figantur] an oculos in fœminas figere sit semper peccatum.

REspondetur quòd oculos figere in fœminas quis potest tripliciter primo cum morosè respicit quasi iudicans de figura, & pulchritudine illius creaturæ. Secundo cum respicit ut se ad concupiscentiam excitet. Tertio cum intuetur concupiscens, & appetens il-

Fœminas uidere quandoque licet.

*lam: quemadmodum inspiciebant Susannam illi duo Senes babilonij, primum est sine peccato: potest tamen esse occasio ad duo sequentia, quæ sunt peccata: de quibus loquitur Aug: non autem de primo: propterea statim subinfert. fœminas videre non prohibemus scilicet primo modo: sed bene 2. & 3. & aduertendum secundum Vmbertũ quod hoc præceptum non est præceptiuum; Sed dissuasorium.*

QVÆRITVR *ratione illorum uerborũ [ Sed illas appetere, uel ab illis appeti criminosum est: ] an appetere mulieres sit semper criminosum.*

D.Tho.

R*Espondetur (suppositis his, quæ habet Angelicus doctor in p. 5. q. 80. de triplici appetitu naturali, sensitiuo, & intellectiuo, necnon cõuenietia, atq; discrimine ipsorũ) quòd criminosũ est appetere fœminas appetitu sensitiuo concupiscibili inordinato, qui proprie dicitur cupiditas omnium malorum de qua loquitur. S. Paul. ad Thim. quæ est in causa, ut deinde appetitus intellectiuus, & rationalis determinet actum impurum; & criminosum tùm actiuè, tùm passiuè, hoc est inhoneste amare, & uelle amari carnaliter: & licet secundum plerosq; scolasticos in sensualitate non inueniatur peccatum, per eam tamen ad mortale peruenitur; cum scilicet appetitus rationalis assentit obiectis criminibus: & hoc secundum Origenem misticè intelligere uoluit uas electionis Pau. Apostolus cum ad Gal. descripsit dissidium maximũ inter Isaac, & Ismael excitatum: quem locum dilucidans Doctor ille inquit quod is, qui secũdum carnem natus est idest appetitus sensualis persequebatur eũ, qui secundum spiritum natus est, idest appetitum rationalem: qui appetitus tunc à sensitiuo superatur. cum quispiam mulieres appetit inhonestè, uel ab ipsis appeti exardescit: quod non immerito damnat Sanctus Pater.*

1.Thim.6.

Origenes.
Gal.4.

QVÆRITVR *ob eadẽ uerba quomodo ueritatem habeat dictio illa [ criminosum: ] cum appetere, & appeti sit peccatum occultum, & criminosum pertineat ad delicta manifesta.*

Gratianus.
**Crimen quadrupliciter summitur.**

R*Espondetur Grat, dist. 25. ff. alias. quòd crimen quadrupliciter sumitur: primo strictè & sic omne peccatum mortale cum infamia dicitur crimen. Secundo largè, & sic omne peccatum quodcunq; sit illud etiã sine infamia dicitur crimen. Tertio largius, pro ueniali, & mortali, cum deliberatione perpetrato. postremò accipitur largissime pro mortali, & etiam ueniali ex infirmitate comisso: in præsenti loco summitur crimen secundo modo; & ita euacuat dubitatio. obseruandum tamen ex Vmb. quòd sola cogitatio de muliere non est in se criminosa; Sed delectatio in huiusmodi cogitatione secundum diuersas circunstãtias criminosa est uel mortaliter, uel uenialiter. Sed appetitus criminosus semper est mortalis.*

**Simplex cogitatio de muliere non est in se criminosa**

*Quæritur*

QVAERITVR propter eadem verba an appetere vel appeti à fœminis adeo criminosum sit quòd virginitatem amittere efficiat, nulla alia labe deinde subsequente.

Respondetur prius distinctione hac pranotata videlicet quod duplex est corruptio voluntaria, & inuoluntaria, Prior est triplex, & præsertim in mulieribus. prima quando claustra virginibus voluntariè franguntur: quæ, & si non recipiant semen: nec semen emittant deflorata dicuntur: vt patet ex vulgata illa sententia cõcupiscentia spadonu deflorauit virginem, quæ licet non posset seminare, poterat tamen claustra frangere. Secunda ea est, quando recipitur tantum semen, licet claustra deinde non frangantur. Tertia denique illa appellatur, quando quis ex vehementia ardoris sine fractione claustri emittat semen voluntariè, vel cogitando, vel aliquid aliud turpè operando: & tunc talis non debet inter virgines consecrari; non tamen faceret eum bigamum cum quo contraheret: & idem de viro dicendum est. in uoluntaria uerò, & ipsa in partes distribuenda est. nam prima dicitur illa, per quam inuitis mulieribus claustra virginitatis opprimuntur: & franguntur, semenq́; recipitur: in cuius receptione, ac fractione virginitas non amittitur quin potius si concipiat, et pariat virgo adhuc remanet: quòd pariter testata est Lucia Sancta, quæ Tiranno dixit: si inuitam me feceris violare, castitas mihi duplicabitur ad coronam. Sed animaduersione dignum est, quòd huiusmodi corrupta virgo inter uirgines nequaquam debet consecrari propter dubium remittentiæ consensus: & hæc cuicunq́; nuberet faceret bigamum, quia diuisit carnẽ in plures. Secunda uerò inuoluntaria corruptio ea est, quando quispiam dormiens polluitur etiam si in vigilia terminetur pollutio: dumodo non procedat ex consensu, nec acceptetur à consensu: nec postquam terminata est complaceat secundum deliberationem rationis: videtur tamen quibusdam (referente D. Ant. in 3. sum. t. 2 ff. 10. & in 14. t4. cap. 8. ff. 4. (quod cum virginitas mẽtis respiciat futurũ si quis complaceat in præterita pollutione, quæ non ex electione processit virginitas perdatur corpore, Sed non mente, pro tunc enim nõ perditur corpore. quia illa corruptio transit: prius autem non fuit perdita; quia consensus defuit. requiritur igitur, vt consensus præcedat: vel quòd concurrat tempore. quo potest cõtradicere. tertia deniq́; inuoluntaria corruptio illa est. dũquis patitur seminis fluxus. etiã si habeat corporalẽ delectationẽ dumodo remittatur quãtũ potest. his ita positis ex doctrina. D. An. ubi supra, uisisq́; modis, quib. irrecuperabiliter amittitur uirginitas; et deinde quõ nõ deperdatur per corruptionẽ inuolũtariã. patet respõsio ad quæsitũ quòd fœminas tantum appetere, uel ab ipsis appeti licet sit peccatũ mortale. non tamen

corruptio duplex.

corruptio voluntaria triplex.

mulier ex se virginitatẽ amittens bigamum virũ nõ facit.

corruptio inuolũtaria triplex

mulier inuitè corrupta, & pariens non amittit virginitatem, si tamen nubit bigamũ virum facit.

*Quandoq; ammittitur virginitas absq; corporea corruptione qua tamen potest recuperari.*

*est in causa quod uirginitas corporalis amittatur; benè amittitur mentalis unde dicit D. Hyeronimus dist. 17. uouentibus: uouentibus uirginitatem: non solum nubere, sed etiam uelle dannabile est. obseruatione tamen dignum uidetur quòd uirginitas, quæ amittitur mente tantū per huiusmodi appetitum fœminarum, siue per propositum actus uenerei recuperari potest quo ad aureolam per pœnitētiam. Sed uirginitas illa, quæ amittitur mente, et corpore scilicet per resolutionem seminis uoluntariā non potest etiam per pœnitentiam recuperari quo ad aureolam, potest tamen recuperari quo ad id, quod est formale in illa, omnes enim uirtutes secundum magistrum in 4. sententiarum sunt connexæ; ut qui unam habet, omnes habeat: quod uerum est secundum D. Tho. quātum ad id, quod est formale in illis, idest secundum charitatem, uel prudentiam, non autem quantum ad id, quod est materiale, non enim si quis magnificus malè consumpsit diuitias per pœnitentiam ei restituentur diuitiæ, quæ sunt materia magnificentiæ, similiter, qui peccando perdidit uirginitatem per actum uenereum uoluntarium per pœnitentiam recuperabit integritatem carnis, quæ est materiale in uirginitate, sed formaliter restituetur utraq; idest quo ad propositum, quia pœnitens formiter proponit seruare uirginitatem si haberet, & non amisisset, sed materiale non restituitur; scilicet immunitas à delectatione uenerea, nec etiā per Dei potentiam ut dicit D. Hyeronimus d. 32. q. 5. si Paulus. Deus uirginem suscitare non potest per ruinam.*

*Mag. 4. Sent. D. Tho.*

*D. Hyer.*

QVÆRITVR propter illa uerba: [nec dicatis uos habere animos pudicos, si habeatis oculos impudicos,] cur Diuus Augustinus appetitum fœminarum à religiosis remouere cupiens utatur nomine pudicitiæ, & impudicitiæ.

Respondetur per Diuum Tho. 2. 2. q. 153. art. 4. quia pudicitia à pudore dicta uersatur circa illa, de quibus homines maximè uerecundantur, uerecundantur autē (authore eodē D. Aug. in 2. de ciuit. Dei) de actibus venereis; in tantum ut concubitus coniugalis, qui nuptiarum honestate decoratur uerecundia non careat, cum motus genitalium nō subijciatur rationis imperio, sicut motus aliorū exteriorū membrorum uerecundantur, quin etiam non solum de illa coniunctione uerum de quibuscunq; signis eius (teste philosopho in 2. Reth.) ut sunt impudici aspectus, tactus, obscula, amplexus, & alia huiusmodi, quæ solent deprahendi, quas omnes delectationes, & singula, quæ ad uenerea ordinantur, moderatur pudicitia: quod cū uideret sanctus hic D. P. cupiensq; religiosos ab appetitu impudico, & uenereo mulierum reuocare, propterea illis uerbis usus est nec dicatis uos habere animos pudicos.

*Concubitus coniugalis uerecūdia non caret.*

*Philoso. 2. met.*

QVAERITVR propter illa uerba, [fugit castitas ipsa de morib.] quomodo hoc dictum sit uerum.

Respondetur primo praenotando ex d. Ant. in 4. p. 4. cap. 6. §. 2. quòd quatuor sunt quae destruunt castitatem, quorum primum est ocium, animus namque hominis semper in aliquo delectari appetit, cum autem ad opera uirtutis non assuescit, minimè in illis delectari potest; quapropter necesse est, (teste D. Gregorio) ut ad terrena flectatur, & in eis delectetur, & inter haec ad appetitus carnales flectatur, quae uehementer appetitum inclinant ad ea concupiscenda, & sic destruitur per ocium bonorū operum castitas. Secundum uero est malorū societas, ad singula quippe uitia homines inclinantur exemplo malorū sociorum, qui caeteros ad illicita carnalia trahunt. Tertium deinde est turpiloquium, carnalia namq; colloquia, ac inutilium historiarū narrationes animos tam audientium, quam narrantium ad considerandū ea educunt, & castitatem perturbāt. Quartum deniq; est uisus eorum, quibus animus hominis emollescit ad amorem mulierum, & horum praecipuè est earum aspectus, ob id non immerito dicit Diuus Aug. in hoc suo canone, [etiam intactis ab immunda uiolatione corporibus, fugit castitas ipsa de moribus] at quomodo id fiat declaratur nā sensus uisus habet hac prae caeteris sensibus primo plurimas rerum differentias nobis demonstrat deinde ex uisione rerum multarū curiositatis uitium oritur; cum enim quispiam multa uidet, necesse est ut aliqualiter ad huiusmodi animus inclinetur, & tunc intellectus importunè se offert ad illa scienda, et ita insurgit magna cordis uanitas, unde tunc uisus est porta per quam tot noxia praesentantur, quae mentem illaqueant, & ideo diligenti clausula uisus est cohibendus ne per inspecta quaeq; uana uagetur, tunc enim fugit castitas ipsa de moribus ut testatur S. Pater.

D. Ant.
Quatuor charitatem destruunt.

D. Greg.

Sensus uisus tria habet prae caeteris sensibus.

QVAERITVR propter illa uerba, [& si hanc, de qua loquor oculi petulantiam in aliquo auerteritis statim admonete,] an dimittens hoc praeceptum admonitionis, & correctionis mortaliter peccet, & utrū tale mandatum sit de necessitate salutis.

Respondetur quòd sicut duplex est actuale peccatum nēpe mortale, & ueniale, ita duplex potest esse correctio. s. de mortali, et de ueniali, qui primā correctionē dimittit, uel propter timorem dāni tēporalis, uel infamiae, uel poenae corporalis secūdū omnes cano. et Theol. mortaliter peccat, tùm quia praeceptū Dominicū dimittit, tùm quia salutē animae propter bona tēporalia postponit, quod sanè est cōtra charitatē. ob id D. P. in hoc eodē sacro canone scribit. [Si frater tuus uulnus hēt in corpore, quod uult occultari dū timet secari nōne crudeliter à te sileretur, & misericorditer indicaretur? quāto potius debes manifestare ne deterius crescat in corde?

Correctio duplex.

& in libris de uerbis Dom. si neglexeris corrigere, factus es deterior illo, qui peccauit. Ob id qui hāc primam correctionem dimittit æterna pœna dignus. Qui uerò secundam etiam propter humanum respectum nequaquam peccat. nisi illud ueniale esset periculosum ad mortale, uerumtamen obseruandum est, quòd si corrigens in prima correctione differat corrigere, quia tempus expectat magis congruum, non peccat, sed prudenter agit, quia omnia tempus habent. similiter quando non est probabilitas de emenda fratris, sed potius quòd fiat deterior, tunc non peccat correctionem dimittens; quia sap. dicit noli corrigere derisorem, à Prælatis tamen debet is corrigi correctione punitiua, & iudiciali propter bonum commune. Pariter correctio potest dimitti quotiescunq; certum est quòd peccator corrigatur absq; correctione alterius, puta quando est timidus, uel scrupulosus; insuper si probabile est quòd corripiendus in odio persistat tunc potest omitti. ea de re D. Tho, 2.2.q.33. art, 2. scribit. correctio est facienda quando speratur correctio aliter non, & summarum contextores asseuerant quod cum correctionis fraternæ præceptum sit affirmatiuum non ad semper obligat, sed quando est articulus necessitatis sicut dare elemosinam, ideo quando aliquis est in mortali, & quispiā credit probabiliter corrigendo ipsum, eidem prodesse, & non uult corrigere mort, aliter peccat sicut si morientem fame quis potest libere, & nō liberaret grauissimè Deum offendit.

Differens corrigere quandoque prudenter facit, & quandoque non corrigens corripiēdum non peccat.

Pro. 9

D. Th.

Correctionis præceptum est affirmatiuum.

QVAERITVR ratione eorundem uerborum an ad omnes spectet charitatiua admonitio, & fraterna correctio.

Respondetur quòd cum Deus mādauerit unicuiq; de proximo suo ob id omnes huiusmodi mandatum adimplere tenentur de iure. Maiores namq; inferiores corrigere habent, inferiores maiores, et æquales æquales primū sanè manifestū est nā ex contextu Euangelij habetur quod Christus direxit uerba Petro, qui futurus erat Pastor, et sic præcipuè pertinet ad Pastores, & Prælatos: quod similiter in calce regulæ confirmat idem Augustinus, qui conditiones Prælati assignans inquit. corripiat inquietos, & Moyses obstinatos Israelitas increpauit. Secundum pariter confirmatur ex eodem Diui Augustini canone præcipiente, non solum uestri, sed etiam ipsius miseremini, qui inter uos quāto in loco superiori, tanto in periculo maiori uersatur, & D. Paulus, scribit. dicite Archippo; uide ministerium quod accepisti à Domino; ut illud impleas: propterea Nathan, & Esaias Reges suos corripere non sunt ueriti. Tertium itidem & ipsum clarum euadit: nam si frater est corrigendus. ergo æqualis æqualem corripere debet, obseruandum

Eccli. 17
Præceptum correctionis omnes costringit.

Mat 18
Maiores corripere debent inferiores.

Inferiores corrigere habent superiores.

Col. vlt.

Aequales, tenentur æquales admonere.

*tamen pro secundo. quòd si prælatus peccauerit non debet corrigi à subdito correctione punitiua: quia (teste sacra scrib. bestia, quæ montem scilicet Prælatum tetigerit, lapidabitur, in cuius figura Oza tangens Archam à Domino percussus est, ideo Diuus Augustinus in hac sua regula dicit. Honore coram uobis Prælatus sit uobis, sed huiusmodi Prælatus tantum corripiendus est correptione fraterna, quæ est actus caritatis, quæ ad omnes se extendit, & ex consequenti ad Prælatos, ynquantum scilicet sunt fratres, peccatores, & egeni, & ideo ei danda est eelemosina spiritualis, ut est correptio, annotandum quin etiam secundum D. Tho. 2.2.q.33. & D. Anton. in secunda suæ summæ tit. 9. cap. 6. ff. 3. quod quotiescunque imminet periculũ fidei etiã publicè à subditis arguendi sunt Prælati, unde & Paulus propter imminens periculum scandali Petrum repræhendit publicè.*

Ez. 9

D. Th. D. Ant.

QVÆRITVR *an sciens peccatum proximi, & referens illud ante factam admonitionem secretam peccet mortaliter.*

D. Tho.

R*Espondetur ex Diuo Tho. in quo distinguendũ de cõditione subditi, & Prælati, uidelicet aut creditur quòd corripiendus facilius per æqualem corrigatur, aut per Prælatum. Si primo modo tunc non debet fieri denunciatio sine peccato. Si secundo tunc potest absque labe huiusmodi denunciatio fieri. dummodo Prælatus odium non habeat, nec rancorem ad subditum, sed sit pius, & discretus. & tunc non dicitur Ecclesiæ, quia non ut Prælato fit denunciatio, sed ut priuatæ personæ, proficienti ad correctionem proximi, & ad emendationem. uerumtamen propter conditiones Prælatorum, & subditorũ diuersas in hoc non potest dari iudicium generale, sed ipsa charitas sit regula. uel secundo dicatur ex eodem Doctore quod huiusmodi denunciatio potest fieri ex odio, uel malitia ut scilicet corrigendus confundatur, & sic denuncians peccat mortaliter; uel ex incautela ita ut inde infamia, uel uituperium non eueniat delinquenti, & sic non peccat; uel tertio dicatur cum Richardo de med. Vil. in 4. dist. 19. quòd in peccatis denunciandis considerandum uidetur an peccatum sit occultum omnino, aut ad notitiam aliorum deuenerit, aut in promptu sit ut deueniat, si in promptu est ut deueniat, tunc est denunciandum ut scandalo futuro occurratur, si ad notitiam aliorum deuenit, tunc dẽt denunciari ei, qui habet potestatẽ corrigendi, ut qui sunt scãdalizati de culpa, edificẽtur de pœna; si autẽ sit omnino occultũ tũc considerãdũ est utrũ emẽdatio*

Rich.

In peccatis denunciãdis quid potissimum sit denunciandũ.

peccantis expectari probabiliter potest, an non: (quod quidem de facili aduerti potest si frequenter in idem peccatum labitur, aut semel occasione peccati oblata in peccatum ruit) Si ergo speretur emendatio potest differri denunciatio: quousque uideatur admonitionis effectus, praecipuè si emendationē promitit. Si non speratur: tunc debet denunciari praelato ne in peccatum ruat, & alijs ruendi occasionem praebeat: obseruandum tamen secundum eumdem doctorem, & Diuum Ant. ubi supra an illud peccatum sit aliorum infisctiuum: sicut heresis, fornicatio, & huiusmodi, aut cedat in damnum aliquod alterius sicut furtum, homicidium & huiusm. si non est infisctiuum aliorum. uel damnificatiuum potest denunciatio differri, praesertim si promitat emendationem: si uero est infectiuum debet denunciari praelato, ut gregi suo caueat: Semper enim bonum multorum debet praeponi bono unius: unde, & fama unius debet negligi, ut innocentia, uel fama multitudinis conseruetur: si autem uergat in dammum temporale alterius debet fieri comparatio damni illius temporalis ad damnum famae ipsius. & illi damno, quod praeponderat, magis obuiandum.

QVAERITVR propter illa uerba [prius tamen est alteri, uel tertio] an posit fieri accusatio sine testibus.

Respōdetur quòd in illis casibus, in quibus nō requiritur praecedēs admonitio testes etiam non requiruntur: Sed bene in his, in quibus praecedit admonitio ut scribit Vmbertus: & de his loquitur Augustinus: Sed quaeres an unus testis sufficiat. cui Quaesito facilè respondetur, uidelicet quòd cum agitur de peccato per modum denunciationis sufficit unus testis, quia denuncians habetur per uno teste: & sic sunt duo. cum uerò agitur de peccato per modum accusationis. eo quòd accusans agit proprium negocium indiget alijs duobus testibus: sed apud Religiosos secundum eumdem Vmb. sufficit unus tantum. quia reputatur denuncians, & non accusans.

Apud Religiosos sufficit unus tantū testis in denunciandis delictis.

QVAERITVR propter eamdem uerba quid faciendum cū non possunt inueniri testes, nisi qui delinquenti oberunt insultando.

Testium differētiae quatuor

Respondetur ab eodem quòd quatuor sunt testiū procurādorū differentiae, quidam, qui nec proderunt, nec oberunt: quidam qui oberunt, & non proderunt: tertij qui proderunt quo ad aliquid, postremi denique, qui oberunt quo aliquid. in primo casu potest supersederi, in secundo debet supersederi, in tertio est procedendum omnino; in quarto est distinguendum comparando nociuum cum utilitate; si enim maior est utilitas quam damnum: tunc procedendum est, si è contrario nequaquam. v. g. quis ex indicatione culpae mortalis corrigitur; & non confunditur nisi inter fratres: tunc est maior utilitas, quam damnum:

& sic procedendum est: Sed si ex correctione totus Sõuentus infamatur in aliqua magna ciuitate: tunc non est procedendum, quia maius est nocumentum, quàm utilitas.

QVAERITVR ratione eorumdem uerborum an quippiam ex simplicite, & bono zelo motus accuset, & proclamet de aliquo crimine, quod non potest deinde probare, an is sit puniẽdus, uel excusandus.

RESpondetur ex eodem quod qui accusat bono zelo, & animo nõ calunniandi non est puniendus in toto, sed in parte iuxta Iudicis arbitrium: plus, & minus secundum quantitatem delicti.

QVAERITVR propter eadem uerba, an liceat procedere in cõuictione per testes, quando non speratur correctio errantis.

RESpondetur ex eodem quod utiq; procedendum est: et licet non speretur fructus in correcto: Speratur tamen in alijs: ut V. g. probare quod aliquis sit leprosus licet non sit illi utile, est tamen alijs proficuum.

QVAERITVR propter illa uerba [conuinctus uerò secundum arbitrium Præpositi] an liceat turpitudinem fratris cõuicti in publico manifestare: cum malum sit turpitudinem fratris discoperuere.

RESpondetur ex eodem quod licet sit malum in se: non tamen malum secundum se: exempli causa: affligere proximum in se est malum: sed affligere in carne ut sanetur infirmus bonum est Secundum se. Ita dicere malum est malũ in se: Sed ex circunstantia est bonum secundũ se.

QVAERITVR propter eadem uerba. an si in collegio, in quo à Prælato debet fieri denunciatio, sint aliqui, quibus huiusmodi denunciatio detrimentum afferat, quid agendum sit.

REspondetur ex eodem quòd differendum est donec detur oportunitas: quæ si nunq; sese offerat: tandem ad denunciationem procedendum est: ne iustitia publica lædatur.

QVAERITVR propter eadem uerba an prælatus in suis uisitationibus præcipienti primò comuniter, & deinde specialiter, ut quicunq; scit aliqua corrigenda sub pæna excomunicationis denunciet: sit obediendum.

Supra denunciet.

REspondetur ex Io. Vig. in cap. ij. ff. 2. uer. 10. quod cum sententia excomunicationis non feratur nisi pro peccato mortali hinc est quòd Religiosi in uim illius præcepti monitorij non tenentur peccata uenialia, aut alios leues defectus citra pænam grauioris culpæ denunciare, quãuis

Sententia excomunicationis non fertur nisi pro peccato mortali.

*hoc poßint etiam prætermißa secreta monitione:præterea non tenentur etiam peccata mortalia manifesta, quæ fuerũt punita, nec occulta emẽdata denunciare; neq; etiam peccata oculta, quæ sunt tantum in præiudicium peccantis, vel alicuius priuatæ personæ, nisi seruato processu, & ordinẽ fraternæ correctionis, propterea scribit Diuus Thom. 22. q. 33. ar. 7. ad quintum quòd non est Prælato obediendum cont. præceptum Dei, & ideo quãdo prælatus præcipit ut sibi dicatur, vel reueletur, quòd quis scit esse corrigendum, intelligatur saluo ordine fraternæ correctionis siue præceptum fiat ad omnes comuniter: siue ad aliquem specialiter, & si aliquis expreßè præciperet cont. hunc ordinem ipse præcipiendo peccaret, & ei obediens, quasi contra preceptum Domini agens: ideo non est ei obediendũ. quia prælatus non est iudex iudiciorum occultorum. Sed solus Deus: & ideo non habet potestatem præcipiendi super occultis. quia sicut dicunt iuristæ peccata latentia non habent vindictam in hoc seculo: Sed Dei iudicio reseruantur: nisi in quantum per aliqua indicia manifestantur: tenentur tamen subditi in vim prædicti monitorij denunciare crimina mortalia publica, quæ non fuerunt punita, & crimina occulta, quæ sunt contra bonum comune Reipublicæ. temporalis, & ecclesiasticæ: vt sunt mala hæreticorum: incendiariorum, et proditorum.*

D. Tho.

Quomodo obseruandũ sit præceptum Prælati imponentis quòd delicta sibi denũcientur

QVÆRITVR *propter illa verba.* [*quam si ferre recusauerit, etiam si ipse non abscesserit de uestra societate proijciatur:*] *pro quibus delictis sunt expellendi fratres.*

R*Espondetur quod duplex est expulsio: prima è Religione, secunda è Refectorio, et Capitulo: prima expulsio respicit incorrigibiles, qui pœnitentiã subyre recusant: ut fures, percussores, hereticos, et sogdomitæ, de quibus nulla speratur correctio offendentes in re: corpore, & anima: secunda uero respicit alia delicta, ad libitum Prælati: & de vtraq; loquitur Diuus Aug. in hoc suo canone: Obseruandum tamẽ pro prima eiectione quòd si probabiliter credatur quòd eiectus in res, & personas deseuiat, vel comburendo, vel occidendo tunc non est expellendus: Sed in carcerẽ conijciendus, sed si non credatur, & quòd eiectio cedat ad correctionem tunc eijciendus ẽ, vt eiectus conuertatur:*

QVÆRITVR *propter eadẽ verba an quispiã frequẽter in aliquo offendens paratus tamen sẽper ad pœnã. sit expellendus.*

R*Espõdetur ex eodẽ, et ex D. Bo. in. q. 14. super Reg. minorũ quod debet expelli nõ prima expulsione, sed secũda. s. expulsione sequestrationis: quãuis nõ præsumatur de correptione in futuro, cũ se offerat ad pœnitẽtiã de præterito: sed includẽdus est in loco munito.*

QVÆRITVR *propter eadem verba quid faciendum sit, cum eiectus petit recipi.*

*Respondetur*

RESpondetur ex eorumdem doctrina quòd si culpa incorrigibilitatis propter quas eiectus est, adhuc durant, nō est recipiēdus sed repellendus: nec obstat decretalis præcipiens fugitiuos esse conquirendos quia id intelligitur quando in congregatione possunt tollerari: unde sicut ouis morbida ad ouile non est reducenda. ita nec in delictis perseuerans: si uero credatur quòd de culpis suis sit correptus. tunc recipiendus est.

QVAERITVR propter eadem uerba quid faciendum si eiectus, de cuius correctione non speratur, offerat se ad carcerem.

RESpondetur ex ijsdem: si ille, qui sic petit talis est quòd mala multiplicat tunc ad carcerem est recipiendus sine habitu, & sic amalis cessabit, & congregationi per sequestrationem non nocebit, et si in temporis processu signa emendationis apparuerint, deinde ad ampliorem gratiam recipi potest: si uero recipiendus, in seculo scandala non operatur nec peccata noua committit, & creditur quòd ex difficultate receptionis cautior fiat potest differri receptio, sed tandem non est ei neganda.

Eiectus de cuius correctione non speratur est recipiendus ad ordinem.

QVAERITVR propter eadem uerba an propter furtū sit quispiam è congregatione expellendus frater cum furtū sit res temporalis.

RESpondetur quòd sic: furtum enim non tantum nocet in rebus tēporalibus, sed etiam spiritualibus: subtrahit. n. ea quæ ad cultum Dei, & ad seruiendum Deo sunt necessaria, simulq́ cōgregationem perturbat. præterea huiusmodi permittitur eiectio non tantū propter alios, sed etiā propter semetipsos, ut scilicet ad cor cōuertātur, & uiuāt.

Propter furtum fratres sunt eiiciendi.

QVAERITVR propter eadē uerba an eiciēdo ab ordine sit cōcedēda licentia ingrediendi aliam religionem mitiorem, ut deinde caueat à peccatis facilius, quæ fiunt in seculo.

RESpondetur à D. Bon. quæstione 13. super reg. min. quod non est danda à Prælato huiusmodi licentia nisi fortè habeat aliquod priuilegiū nam de iure communi hoc non licet, nec est faciendum aliquod illicitum propter bonum alterius, potest tamen interdum dißimulari ut hoc faciat propria authoritate, uel dicat Prælatus concedo si possum, siue quantum possum, maximè si timetur ne peius faciat. Si autem intrauerit aliquā religionem permissiuè, & credatur quòd ibidem faciat mala consueta, & ibidem ignoretur conditio eius, notificandum hoc curet Prælato sub cuius cura degit.

D. Bon.
Prælatus potest concedere licentiam suis subditis conditionatam ut mitiorem religionē ingrediantur.

QVAERITVR propter eadem uerba si eiciendus petat à Prælato absolui, uel retineri quid faciendum.

nullo potest ... absoluti.

Respõdetur quòd sicut Pastor quando eicit ouem morbidam non cedit dominio illius, ut deinde si sanetur ad ouile reducat: ita & Prælatus, ac Pastor Spiritualis Dominio sui subditi non debet cedere.

QVAERITVR si Prælatus ex simplicitate, aut ex aliqua alia causa subditum absolutionem à religione petentem absolueret: an huiusmodi absolutio esset ualida.

Prælatus non potest subditũ obedientia religionis absoluere.

Respondetur ex Vmb. quòd non: quia contra rationem: & licet Prælatus possit recipere fratres ad obedientiam religionis, non potest tamen huiusmodi fratres ab obedientia religionis absoluere. Aduertendum tamen quòd in mari magno mendicantium conceditur prælatis facultas ut possint subditis suis licentiam dare ingrediendi districtiorem religionem, sed hæc responsio loquitur de meliori. Sed statim insurgit altera dubitatio: uidelicet si Prælatus potest dare licentiam ingrediendi strictiorem, an etiam possit eandem licentiam dare ingrediendi parem religionem, cui dubitationi difficile est respondere propter rationes ad utrunque, & ita difficile; quòd non est securum, nec consuetum nisi authoritate Papæ, uel priuilegiorum, & obseruandum secundum Vmb. in regula, quòd hæc dispensatio non potest fieri nisi authoritate maioris: & ideo non uidetur casus ad Episcopos pertinens.

# DILVCIDARIVM IN QVARTUM capitulum Regulæ Sancti Patris Augustini.

Vestes uestras in unum habeatis sub uno custode, uel duobus, uel tribus, &c.] In septem capita sacrum hunc canonem distribuĩ prælibatum est in primi capitis fronte, quorum tribus absolutis, Quartum in ordine sese nobis offert, in quo habẽtur mãdata ad religionẽ spectantia prout status dicitur indigentiæ, & necessitatis, quæ perinde indigentiæ, & si numerosa existant, duæ tamen potissimæ sunt ad quas singula rediguntur, quarum prior ad corporũ tegumẽta attinet, posterior uerò ad eorundem infirmitates spectat, ea de re in duas sectiones caput præsens secandum erit, in quarũ priori de indumentis habetur sermo, in posteriori uero pro infirmitatibus misericorditer curandis insinuantur præcepta. prima incipit in prænotatis uerbis, Secunda autem ibi

Diuisio cap. in duas sectiones.

*cum dicitur[lauacrum etiam corpori,&c.]at cum quinq; potissimum uestimentis religiosorum conueniant,uidelicet,custodia diligens,oportuna prouisio,cõunio,distributio cõgrua,et lotio studiosa,ob id in quinq; articulos diuidẽda erit sectio prior. Primus in exordio:c.secũdus ibi[sicut pascimini ex uno cellario,]Tertius cũ dicitur[et si fieri põt]quartus cũ infertur[consequens ergo est,]quintus tandẽ cũ concluditur[indumenta uestra secundũ arbitriũ,etc.]Adoriens itaq; primũ ita præcipit.[Vestes uestras in unũ habeatis sub uno custode,uel duobus,uel quot sufficere possint ad eas excutiendas ne à tinea lædantur]pro quorũ uerborũ euidentia ac huius c. cũ anteriori continuatione obseruandũ, quòd qui secũdũ Deũ uiuere capiunt,&de sua professionis integra laudari obseruãtia exoptant,nõ solùm magna,& onerosa,quæ per se peccatũ sunt,debẽt cauere;sed etiam parua,& leuia,quæ ad peccatum sunt dispositiones tenẽtur summopere euitare:Hinc fit ut sagax Præceptor post delictorum grauiũ mandata,& inhibitiones præcipere incipit euitandas ẽt esse ad peccata dispositiones,& ob eam rẽ in primis imponit ut uestes nostras in uno habeamus loco,sub uno custode,uel duobus,uel quot sufficere possunt ad eas excutiendas;& hoc non tantũ ne propter incuriam neglecta à tineis corrumpantur;uerũ etiã ne si proprio loco uestẽ constipare liceret, illã nobis,tanquã rem propriam,uindicaremus,& deinde interiorẽ animi uestem tinea demoliretur infernalis.quod pariter S.P.cõfirmat in secũdo articulo in quo simul agens de oportuna prouisione inquit.[Et sicut pascimini ex uno cellario:sic induamini ex uno uestiario]ex quo loco latè,clareq; oberrare se cognoscant asserentes quòd qui D.Aug.regulam profitẽtur aliquid in communi habere non possit, non.n.commune, sed peculiare uestiariũ,et cellariũ detestatur; insinuans quòd cuiq; prout cuiq; opus est uestes,& indumenta sunt distribuenda.[ex uno].i.ex comuni uestiario nõ aũt ex pluribus,siue peculiaribus,quòd pariter in seq.art.clarius edocet astruens.[Et si fieri põt ad uos non pertineat, quòd uobis indumentũ pro temporũ congruentia proferatur,utrũ hoc recipiat unusquisq;, quod deposuerat,an aliud,quod alter habebat;dũ tamen unicuiq; prout cuiq; opus est nõ negetur.]perinde ac si dicat si fieri põt,ut si cuipiã difficile uideatur liceat ipse quod deposuerat uestimentũ,recipere,ad maiorem tamẽ perfectionẽ spectaret si ad tantũ sui peruenisset contemptũ, ut solumodo, quo opus est eius corpori,esset cõtentus sequens Apostoli sententiã,in qua præcipit,habentes uictum, & amictum his contenti simus,quod ut cõmodius efficere ualeat diligat totis uiribus præpotentẽ Deũ;qui.n.perfectè diligit,cunctis carnalibus desiderijs omnino renuntiat, & multa resecat superflua,quæ tenet necessaria,et ita uult intelligendũ S.P. qui in indumentorũ receptione murmurationes remouere exoptans,& unionẽ*

Sectio prima eiusq; diuisio in quinq; articulos.

Contra asserentes professos sub reg.D.Aug.non posse habere proprium.

1.Thi.6

*inter fratres perpetuam esse exardescens ob id statim adijcit.][Si autem hinc inter uos contentiones, & murmura oriuntur dum conquaritur aliquis se deterius accepisse, quàm prius habuerat, & indignum se esse, quòd non ita uestiatur, sicut alius frater uestiebatur, hinc uos probate quantum uobis desit in illo interiori Sancto habitu cordis, qui pro habitu corporis litigatis:] per quæ uerba ualidissima ratione omnem de medio tollendam ostendit dissensionem, & huius loci sensus est. Si inter uos contentiones, & murmurationes propter corporis oblectamenta, & uestimenta oriantur, dum conquæritur aliquis se deterius accipere, quàm prius habuerat, et indignum se esse quòd non ita uestiatur, sicut alius frater eius uestitur, statim probet is quantum sibi desit in illo interiori Sancto habitu cordis, qui pro habitu corporis litigat. Quemadmodum enim calceamenta, uestimenta, anuli, corona, et alia huiusmodi corporis sunt habitus, sic prudentia, fortitudo, temperantia, iustitia, fides, spes, charitas, scientia, sapientia, intellectus, humilitas, patientia, concordia, pax clementia, mansuetudo, & cætera uirtutes his similes habitus sunt cordis & quemadmodum illa corporis, hæc animæ sunt ornamenta: & ueluti illa fortunæ sunt dona, hæc spiritus Sancti sunt munera; illa caduca, & fluxibilia, hæc perpetua, & incorruptibilia: illa multis modis possunt aufferri, hæc nec eripi, surripi possunt, neque incendio, aut ullo naufragio amitti. & sicut illa præda sunt Tirrannorum, hæc uitiorum, & sicut illa pace uigent, ita ista concordia augentur. his igitur de rebus non quærant fratres diuites esse in uestibus, & pauperes in anima. & ad memoriam reuocent quòd nihil sibi ipsis proficit ad uitam æternam orare, ieiunare, uigilare, & cætera id generis agere si omni hora mens contentionibus in uanis, & caducis rebus reuoluatur: nec dicant sicut illi fecerunt, uel faciunt, & nos facimus, sed custodiant semet ipsos ab isto malo, illecebroso, et pestifero morbo peculiaritatis si uitā nolunt amittere sempiternam, immo audiant Dominū dicentē nolite possidere aurū argentū, neque duas tunicas, neque æs in zonis uestris, quæ singula cū sint præcepta Dominica ob eam rem huius canonis sectatores adimplere tenētur. Verùm cum omnium generum infirmis compatiendum sit, propterea hoc præceptum proximè in mediū allatū de comunitate indumentorū propter imperfectos temperat dicens [sed tamē si uestra toleratur infirmitas ut hoc recipiatis, quod posueratis, in unū tamen locum, sub cōibus custodibus habete, quod ponitis, ita sanè ut nullus sibi aliquid operetur, sed omnia opera uestra in unū fiant maiori studio, & frequentiori alacritate, quā si uobis singulis faceritis propria, charitas .n. de qua scriptum est quòd non quærit quæ sua sunt, sic intelligitur, quia comunia proprijs, nō propria comunibus anteponit. Et ideo tanto amplius uos proficere noueri*

Indumenta et ornamēta animæ.

Mat. 10

*tis, quanto amplius, rem communem, quàm propriam curaueritis, ut in omnibus quibus utitur transitoria necessitas, super emineat, quæ perma ne charitas.] Præceptum itaq; proximè allatum in his uerbis tempe- rans S. P. ait sed si uestra tolleratur infirmitas, hoc est si ob animi ue- stri imbecillitatem, infirmitatemq; mentis tolleratur, ut illud scilicet re cipiatis uestimentum, quod in uestiario deposueratis, in uno tamen lo- co, sub communibus custodibus reponatur, ut uidelicet dum in communi loco reponitur, hoc ipsum, quod in proprios usus suscipitur, non proprium; Sed commune esse credatur. confert quidem communis locus de religio- sis bonam secularibus formam; refrenat utentium affectum. disponit ad omnimodam proprietatis abdicationem animum ipsum. & deniq; ad habendam charitatem ianuam pandit. quæ sicut uestimenta, calciamē ta, uinum, segetes, & quæcunq;, quæ ad uestitum, uictumq; spectāt, nec non ornamenta, & prauentus quoscunq; in communi habere iubet; sic etiam opera nostra omnia ita esse communia imponit; & id ita præcipit (teste Pa. Aug. in hoc suo cano.) ut sanè nullus sibi aliquid operetur, sed omnia opera sua in unum facta sint, id ve maiori studio, quàm si sibi- met propria faceret. nullus est profectò tam piger, nullus tam ignarus, qui si sua relinquatur libertati, totis uiribus non conetur aliquid quo- uismodo operari; ut sibi saltem uitam conseruare queat; multò magis pro communi religionis bono unusquisque debet operari. At lacrimabi- le dictu; pro rebus publicis cunctos torpor inuadit, & pro priuatis tan- ta sollicitudo, ut nullis laboribus, nullis sudoribus, nullis uigilijs, nul- lis itinerum discriminibus, nullis parsimoniis, nullis cuiuscunque ge- neris fatigationibus parcant; quod profectò (ut interpretatur S. P. in hoc suo canon.) est contra charitatem, quæ non quærit quæ sua sunt; quia communia proprijs, non propria communibus anteponit.] Ob eam rem nullus sibi debet aliquid operari proprium, sed omnia in communi fiant maiori studio, atq; frequentiori alacritate, quàm si nobis id, quod operatur esset proprium. cum charitas (ut dictum est) non quærat quæ sua sunt: Quocirca si Christi charitas quæ sua sunt minimè quærit; nul- lus religiosorum debet sibi quippiam operari proprium. & rursus si eadem Christi Charitas communia proprijs anteponit, iure sit ut ma- iori studio communia agenda sint quàm propria; quoniam sine mensu- ra, & absque pænitus proportione maior est charitatis fructus, quàm proprietatis prouentus; hic enim paruo tempore, paruoque claudi- tur pracio, ille uerò tantus est, ut de ipso dicat Apostolus oculus non uidit, nec auris audiuit; nec in cor hominis ascendit, & ideo si tanta est charitatis ius, quanto amplius rem communem, quæ ad charitatem spectat, quàm propriam curare habent fratres, qui sic*

Charitas communibus propria anteponit.

*facientes præceptum adimplebunt Patris;simuluè, & id,quod in sequenti apponitur art.cum dicitur [ Consequens ergo est ut cum quis filijs suis,aut aliqua necessitudine ad se pertinentibus in Monasterio constitutis aliquam contulerit uestem, siue quodlibet aliud inter necessaria deputandum non occultè accipiatur,sed sit in potestate Præpositi, ut in rem comunem redactum,cui necesse fuerit tribuatur. quòd si aliquis rē sibi collatum cœlauerit furti iudicio condemnetur.] quæ uerba huius Regulæ sectatoribus præcipiunt quòd si quæcunq; munera, et singula lucra ex proprijs laboribus,& sudoribus adepta in rem comunem redigere debent,de necessitate sequitur ut si à suis parentibus,siue germanis, siue à quibuscunq; affinibus, uel quacunq; necessitudine ad se pertinentibus; uel etiam amicis uestem aliquam, siue quodlibet aliud inter necessaria uictus,uestitus, aut cuiuscunq; Monasterij oportunitatis deputandū susceperint,non illud per se accipiant occultè; Sed Præposito consignent,in cuius potestate sit in rem comunem redigere.& cui necesse fuerit secundum eiusdem arbitrium tribuere. Sic enim extinguitur auaritia,sic secatur superfluitas,sic nutritur charitas,sic sancta custoditur paupertas, sic animus ad cœlestia anhelat,sic etiam uiuens in hoc mundo inter Beatos incipit computari. Sed si quispiam,( quod absit)rem sibi collatam cœlauerit iuxta sententiam.S.P.[furti iudicio condamnetur.] hoc est regno Dei priuetur,& cruciatibus æternis associetur, fiatq; similis Iudæ proditori in supplicio;qui similis noluit esse in crimine. Caueant ergo fratres rem sibi collatam occultare.ne à Deo æterna pœna, & à Prępositio condamnētur temporali. Sic enim determinat.S. P. qui mandata circha indumenta adhuc prosequens scribit.[ Indumenta uestra secundum arbitrium Præpositi lauentur siue à uobis,siue a fullonibus,ne interiores animæ sordes contrahat mundæ uestis nimius appetitus.] Summa sanè prudentia præditus debet esse Prælatus in suis custodiendis fratribus ne scilicet culpabiles reddantur non enim solum quomodo fratres ieiunent, quomodo pudici sint,quomodo contemplationi dediti,debet uigilanter attendere; Sed etiā qualia portent indumenta scilicet ne nimia uilia,ne nimis pauca,ne nimis superflua,ne nimis nifida,ne nimis etiam immunda:quoniam in his omnibus notabilis potest esse habitus;at quoniam ualde notabile est ut frater,qui munditiæ debet uacare mētis, nimis uacet munditiæ uestis;propterea præcipit.S.P.ut lauentur secundum arbitriū Præpositi; qui magnopere curare debet ne per nitorem uestis delinquat subditus;nam tanto quis polluitur in animo,quanto ad inanem gloriam exterius disponitur in corpore;perinde Apostolus cōmonefacit dicens nolite conformari huic seculo,Sed renouamini in nouitatē sensus uestri.nā qui seculi huius formam expetetunt,in teniorem pulchritudinem nō ex-*

Margin notes: act.1. — Eph.

quirunt. Sequitur textus.[ Lauacrum etiam corpori cum infirmitatis necessitas cogit minime denegetur, et cat.usq; ad finē capitis.] In duas sectiones caput hoc quartum distribuendum esse prælibauimus superius, in quarum secunda, quæ in præsenti loco exordium sumit, mandata tra duntur ad corporum infirmitates attinentia; uerum cum infirmis mini stri sint deputandi, ob eam rem in secundo loco quomodo huius sectionis dignoscitur quomodo languidis sit ministrandum. & huius rei occasio ne in medium præcepta afferuntur pro petendis, & distribuendis codici bus. & concluditur deniq; quod ministri iuxta temporis opportunitatem, & necessitatis indigentiam cæteris fratribus dispensando debent esse sol liciti. ea de re præsens sectio in quatuor articulos uenit secanda in primo de pertinentibus ad salutem infirmorum ut in initio annotatum est: in secundo de charitate ministrorum: ibi [ ægrotantium cura:] in tertio de libris petendis cum dicitur [ codices certa hora petātur] in quarto tā dem, de fideli, & benigna dispensatione cum infertur [ uestimenta ue rò, & calciamenta &c.] In primis ergo tradens mandata ad salutem infirmorum attinentia scribit [ Lauacrum etiam corpori cum infirmi tatis necessitas cogit minime denegetur, Sed fiat sine murmure de consi lio medicinæ, ita etiam si nolit ( iubente Præposito ) faciat quod faciun dum est pro salute: Si autem ipse uelit, & fortè non expedit, suæ cupidita ti non obediatur. aliquando etiam si noceat prodesse creditur quod dele ctat. Deniq; etiam si latens est dolor in corpore famulo Dei dicēti, quod sibi doleat sine dubitatione credatur; Sed tamen sanando illi dolori quod delectat, expediat: si non est certum Medicus consuletur. Nec eāt ad bal nea, siue quocunq; ire necesse fuerit minus quàm duo uel tres; & ille, qui habet aliquo eundi necessitatem, cum quibus Præpositus iusserit, ire de bebit.] hoc in loco mandata pro salute infirmorum proponere incipiens per lauacrum corporis quodcūq; aliud medicamentum intelligit, quod profectò quotiens cogit necessitas minimè denegari debet, sed ægroto libē ter, charitatiuè, & sine murmure; non quidem ex arrupto, non ex tem pore, non inconsultò, non secundum proprium appetitum, ut uo luptuosi faciunt, Sed de medici consilio tribuendum est: medicus enim infirmitatem, infirmitatisq; causam dignoscens iuxta infirmitatis ge nus medicamenta confert. cui deinde consilio fides adhibenda est, nec ei dictandum est quæ medicamenta sint apponenda; nam ut hic præcipit S.P [ si autē uelit, & fortè non expediat suæ cupiditati non obediatur] cuius rei rationem reddens inquit. [ aliquando etiam si noceat, prodesse creditur, quod delectat. [ multum nanq; interest inter necessitatem, & cupiditatem, nam quòd ex necessitate est utile est. quod uerò ex cupidita te uitium existit. Ob id huiusmodi cupiditatem detestatur hic sacer ca-

Sectio secūda' eiusq; partitio in quatuor articulos.

Contra asserentes medicinā corporalem non esse necessariam Religiosis.

non, simulue illos increpat, qui asserunt Religiosis corporalem omnino non competere medicinam. et hi sane hominem animal esse rationale non intelligunt, quoniam si hac pollerent scientia, pro comperto utiq; haberent hominem constare ex anima intellectiua, & corpore, & quod ad corpus medicina, ad animam autem disciplina spectat; Quoniam medicina est (ut habet idem S. Aug. in l. de mori: Eccles.) quicquid omnino corporis, uel tuetur, uel mensurat salutem nec isti plus sapiunt Apostolo, qui carnis curam prohibet fieri in desiderijs, in necessitate uero nequaquam: quin potius discipulo suo Thimoteo praecipit, ut modico Vino uteretur propter stomachum, & sequentes suas infirmitates. Idē pariter canon contra quosdam alios insurgit. qui quamuis non putent Religiosis negandas esse medicinas Vigorem tamen spiritus imitantes, eas etiam ab infirmitatis necessitate repellunt, & contemnunt: & hi non intelligunt quòd Virtus dum modum non habet, in uitium euertitur, quo fit ut dum affectant spiritualiter uiuere saepe numero cum Vitijs carnem extinguunt, & non attendunt id, quod praecipit D. Paul. Videlicet quòd carnem castigare, non autem mortificare debemus; quapropter non Vnquam fiunt propriae personae homicidae. Ob id in omnibus debitus proponendus est modus. Tertio deniquè quosdam alios reprehendit idemet canō; qui in minimis etiam doloribus mox accersire medicos, & iugiter stomachum madefieri medelis non desinunt; non intendentes quòd assidua pigmenta, & cōtinua antedota corporis Virtutem exhauriant, & ita carnis malitiam supra modum sectantes, & non nisi carnaliter Viuentes cum immoderata carnis cura student propria nutrire desideria; et hi sunt reprimendi ne faciant, quod carnaliter concupiscūt, & primi derelinquendi, & reliqui cogendi, ne obstinatè maneant in suo sensu, immoderatè se affligentes quod uidetur: S. P. in textu innuere; at quoniam nonnulla sunt infirmitates, quae per exteriora difficile cognoscuntur, ideo subdit: [ deniq; si latens sit dolor in corpore famulo Dei dicenti, quòd sibi doleat, sine dubitatione credatur. ] per quae Verba commonefacit magna Vtendum esse compassione cum prudentia coniuncta; compassionem quidem, & misericordiam insinuat, cū absq; dubitatione praecipit esse credendum si latens est dolor in corpore dicentis quòd sibi doleat. Prudentiam uerò in credendo seruādam ostēdit per Dei famulum addiectione, ac si diceret nō indifferenter sic de occulta agritudine credēdum est, quoniam non desunt saepe numero in Monasterio dolentiam fingentes, Vel ut suis commodius uacent Voluptatibus, Vel Vt à laboribus eximantur Religionis, quibus nullo modo mos est gerendus; quinimo ad pudicitiam, castitatem, honestatem, poenitentiam, & diuinum cultum sunt omnibus modis compellēdi. ac in Monasterio immoderata

Ibi.

In occultis agritudinibus magna misericordia cū prudētia coniungenda.

Contra simulantes dolentiā.

*moderata quies fiat eis in animo indelebilis labes. Sed si famulus Dei extiterit, qui se intrinsecus dolere asseruerit, absq; omni hesitatione credatur. Famulus autem Dei dignoscitur, si quando sanus est libenter ieiunat, si die, noctuque ecclesiam sollicite frequentat, si humilis, si patiens si obediens est; si aequo animo correctiones tolleret; si rixas, & zizanias inter fratres non seminat; si pius, & misericors; si uerba Dei libenter audit: si contemplationi, & meditationi est deditus, si illecebrosam, uoluptuosamque odit uitam; si in suo sermone uerax ita, ut non mendax non fallax, non duplex fuerit comprobatus; quoniam Dei famulus custodit uias suas, ut non delinquat in lingua sua. Si haec igitur, & alia ad Dei famulum spectantia quispiam seruauerit, seque dolere interius dixerit, ei proculdubio credatur. eius namque uita suum commendat sermonem; & ueritas in obseruantia mandatorum digna est fide suorum uerborum (teste Saluatore) a fructibus eorum cognoscetis eos: ideo alibi dicebat si mihi non creditis, operibus saltem credite: & sic est intellectus huius praecepti. Verum cum aegrotantium consuetudo sit appetere noxia, & suae infirmitati contraria; ne forte eorum indebito satisfiat appetitui notanter S. P. adiecit. [Sed tamen utrum illi dolori, quod delectat expediat, si non est certum medicum consulatur.] nam nemo idoneus est iudex in propria causa; & quilibet aegrotus occupatam habet rationem ad iudicandum, ad pulsum discernendum, et uirtutem motiuam ad operandum in debitum. Ob id licet sit eorum uerbis credendum, non tamen repente est eorum acquiescendum desiderijs: nam sicut & caeteros, ita & seruos Dei illicita tentant desideria. Quare meritò iubet, & si non est certum medicus consulatur; & quaeratur ille, qui de incerto faciat certum, & debita infirmitati adhibeat remedia. ac denique subueniatur infirmus, nõ autem eius uoluptati obediatur. ut deinde ipse Dei famulus ob ipsum sanitatis remedium ad diuina exercitia exequenda habilior fiat: sequitur textus [nec eant ad balnea, siue quocunque ire necesse fuerit minus quàm duo, uel tres; & ille, qui habet aliquò eundi necessitatẽ, cum quibus Praepositus iusserit, ire debebit.] occasione accepta ex cura infirmis adhibenda, praeceptum in medium affert S. P. in praesenti loco de modo incedendi. mandans quòd quocunq; fratres ire necesse fuerit duo uel tres simul ire debeant. at cum huius rei rationes in dubitationibus sit annotatum; ob id his dimissis tantum obseruabimus quòd cum ad Praelatum spectet immediatè super uitam fratrum inuigilare, suarum ouium tanquam Pastorem cultum cognoscere, oues ab haedis segregare, inter sanam, & morbidam pecudem discernere; & hanc ab alijs ne totum gregem corrumpat abijcere; & insuper hanc uigilantiam inter fratres mentis oculos conijcere tenetur; ne forte propter*

*Signa famulorum*

*Officium Prælati*

*Summa debet esse Prelati prudentia in associandis fratribus.*

*discolorum consortium religionis uituperetur ministerium, et ideo caue at iuuenem associare iuueni, fragilem fragili, discolum discolo, & malum deniq; malo. Sed applicet bonum bono, aut bona mediocrē; aut probato, & constanti uiro malum, ut hic cūm Sancto Sanctus, cum electo electus aut fiat, aut saltem populo timore probata societatu se esse demonstret; quam coniungendorum fratrum normam eximius prophetarum Dauid nobis reliquit dicens. cum Sancto Sanctus, cum electo electus, & cum peruerso peruersus, et D. P. [& ille qui habet aliquo eundi necessitatem cum quibus praepositus iusserit, ire debeat,] & sequitur deinde. [Aegrotantium cura, siue post agritudinem reficiendorum siue aliqua imbecillitate, siue etiam febribus laborantium, cum alicui debet iniungi, ut ipse de cellario petat, quod cuiq; opus esse perspexerit. Siue autem qui cellario; siue qui uestibus, siue qui codicibus praeponuntur sine murmure seruiant fratribus suis:] quo in loco secundū huius sectionis articulum praeponit. & Seruatoris personam induens, minstris praecipit agrotantium curam, siue pro ipsa curanda infirmitate, siue pro debilitate post agritudinem tolleranda; & imponit ne de his, quae opus sunt ex communi cura negligentia aliqua accidat infirmis necessitas, & addit deinde quod is, quem Prelatus ad seruiendum infirmis duxerit inprimis Deum timere debet, ut diuinae remunerationis postmodum capax existat. alioquin nec debitam agrotis adhibebit curā, nec tā perfectū eis delectabit opus, nec tam immensum adipiscetur praemium. quod pollicetur Dominus inquiens infirmus eram, & uisitatis me; propterea uenite Benedicti Patris mei. In timore igitur Domini seruiant fratres infirmis, aequo animo infirmorum ferant agritudinem, non eos terreat labor, non agrotantium importunitas, non faetores, non putredines, non gemitus, non clamor, non demum quaecunq; seruiendi incomoditates à tam bono, salutiferoq; retrahant ministerio; nam temporalis erit labor, & praemiū aeternum. quia omnia sub illo uerbo intelligenda uidit. S. P. cū dicit [sine murmure.] quod praeceptum pariter ad caeteros ministros, qui cellario, uel uestiario, uel codicibus praesunt, se extendit, qui & ipsi sine murmure uictum, uestitum, codices, & c. id generis administrare debent, se ipsos existimantes non rerū dominos, sed ministros, non raptores. sed dispensatores, non peculiares, sed aeconomicos exhibitores, ad quos spectat hilariter, libenter, ac oportune distribuere, ut de ministerio eis cōmisso nō aeternum supplicium, sed sempiternum reportent praemium: & ideo non clamitent; non detrahant; non dare differant; non deniq; postulantes tedio afficiant. quoniam quid est murmurator nisi acerrimus blasfemator: ne igitur quilibet tale euadat effecrabile peccatum sine murmure fratribus suis seruiat, quemadmodum optimè mandat Sanctus Pater, qui occasione*

Ps.17

*Conditiones eorum qui cura infirmorum sunt depotandi.*

Mat.26

*Murmurator quid.*

*accepta ex his, quæ proxime præcipit addit [codices certa hora singulis diebus petantur. extra horam qui petierit non accipiat.] Quisquis quæ ad religiosorum actiones optimas spectant, meditabitur, ea procul dubio in tria genera distribuenda esse affirmabit. in orationem scilicet, operationem, & lectionem. ob eam rem eadem in hoc suo canone S. P. obseruanda decernit à sectatoribus suis. orationem cum supra dixit [orationibus instate] operationem cum præcipit [ut nullus sibi aliquid operaretur,] & cum etiam subdit. [ægrotantium cura.] lectionem denique in præsenti loco occasione accepta (ut prælibatum est in anterioribus uerbis) & ideo scribit [codices certa hora.] & quidem iure codices sunt petendi certa hora hoc est singulis diebus. nam quemadmodum corpus, ita & anima quotidiana indiget refectione. Nullus praeterea suauior, nullus ve iocundior animæ cibus est. omnis insuper salutifer doctrinæ habitus nonnisi ex actuum iteratione, atque frequentia gignitur. Præterea cum omnis sapientia diuina immensa sit, terminorumque careat, sine intermissione in eius indagine laborandum est; & ideo qui proficere desiderant singulis diebus aliquid addiscant, librosque petant, qui profecto codices petendi sunt ad informandum animum suum, ad legendum, ad disputandum, & ad sermones populo, Cleroque faciendos certa hora à Prælato scilicet constituta. & extra horam qui petierit, nisi urgeat necessitas non accipiat. omni quippe hora cõgruit, in qua necessitas iminet. & ea scientia addiscenda est, quæ mentem ad purgandam conscientiam, tuendam fidem, ornandam religionem, & ad acquirendam beatitudinem disponit. & his etiam de caussis petendi sunt codices, quod pariter intendit D. P. qui finem huic Quarto capiti imponens sermonemque suum iterum ad ministros conuertens concludit ut Fratribus congruis temporibus necessaria ministrare studeant. & ideo ait. [Vestimenta uerò, & calciamenta quando fuerint indigentibus necessaria dare non differant sub quorum sunt custodia quæ poscuntur.] & hoc non immerito præcipit. primò ne ad animi perturbationem, murmurationem ve concitent, irritentque postulantes. Secundo ne propter eo ferendi dilationem indigentibus occasionem inferant ægritudinis. Tertio ne publica charitas detrimentum patiatur & in priuatam quandam uertatur utilitatem. Quarto deinde ne torpore mentis damnentur. Qui enim dare differunt quæ necessaria sunt poscentibus aut odio, aut segnitie, seu delectationis tepiditate differunt, et utrumque malum est, utrunque euitandum, utrunque crimen detestandum. nam alterum est ut noceat, alterum ut non proficiat. Quare ministri studeant congruis temporibus necessaria indigentibus ministrare. Postulantes uerò in petendo modeste se gerant. non plus petant quàm opus sit*

**Anima quottidiana indiget refectione.**

**Ad quid petendi sunt libri.**

**Cui scientiæ sit studendum.**

**Causæ, quæ ministros excitare debent ad distribuenda necessaria indigentibus.**

*& cum exigua sit necessitas non illam amplificent, cum postulant mel ferant in ore, dulcia uerba, amena colloquia, humilem compositum, discretumq́ habeant in postulando sermonem, & tandem totis uiribus conentur non irritare largitores. Sed sibi ipsis eos reddere beneuolos, & munificos studeāt: Quod pariter in oratione Dominica nos edocuit incarnata sapientia, cui sit honor.*

# DILVCIDARIVM IN DVBItationes quarti capituli Regulæ Sancti Patris Augustini.

Ad quid pertinet hæc libri.

**Q**VAERITVR *propter illud [indumenta uestra lauentur] cur Sanctus hic Pater Aug. tantam diligentiam, et curam adhibendam præcipiat in indumentis.*

***Ex negligentia in uestibus plurima mala sequuntur.***

*Gen.3*

**R***Espondetur ex Vmb. quia ex negligentia in uestibus solent plerūque multa mala sequi, quorum primum est infirmitas, & interdum corporis mors, quæ ex nimio frigore solet contrahi, ob id sapientissimus creator postquam primi nostri parentes facti sunt mortales, et passibiles, eis fecit tunicas pelliceas contra frigoris molestiā ad corporisque tutelam, item ex eadem negligentia sequitur contemptus quidam apud imperitos, qui pauperem uidētes in sordido habitu nō honorant: sed contemnentes dicunt, tu sta illuc, aut sede sub scabello pedum meorum præterea insequitur horror religionis, multi enim talium uestimentorum horrentes incuriam, in illis ea deferentibus religionem paruipendunt, rursus indumentorum negligentia circuncidit accessum apud cæteros homines, & ex consequenti impedimento est eorū saluti. His omnibus accedit quod ex uestium incuria ac sorditate, concluditur quædam animi immunditia. Ob id Dominus ut habetur indiuinis lit. populo, qui corā se debebat astare præcipit, ut uestes suas lauaret, & Seneca scribit non splendeat tunica, nec sordeat, & deniq́ hic noster præceptor: superius dixit [uestes uestras in unum habeatis sub uno custode, uel duobus, uel quot sufficere poisint, ad eas excutiendas ne à tinea lædantur: & in præsenti loco [indumenta uestra secundum arbitrium præpositi lauentur.*

*Exo.19*

QVAERITVR propter illa uerba [nec eant ad balnea siue quocunque ire necesse fuerit minus quam duo, uel tres:] cur Diuus Pater hoc praeceptum imponat.

REspondetur ex Ambrosio Coriolano: quòd propter quatuor causas id imponit. prima ut Sancti Euangelij consequamur effectũ: ubicunq; enim dicit dominus fuerint duo, uel tres congregati in nomine meo, &c. quod quidẽ duobus discipulis euntibus in Emaus contigisse compertum est. secunda propter solatium consequendũ, nam si nulla sine socio (ut trita est sapientiũ sententia.) iocũda est possessio, quale potest unus solus habere solatium. tertia propter euitanda pericula. nã in praecipitium, in latronem, in suffocationẽ in ferarum deuorationem, in diuersa aegritudinum genera, & alia innumera mala, quis solus incidẽs incurrere posset, quae associatus facile euitaret, propterea à sapiente scriptũ est. uae soli quia si ceciderit non habet subleuantẽ. quarta propter bonae famae testimonium facile .n. est quempiam solum criminari, et cũ homines monachũ extra monasterium solum incedentem uidẽt. mox ad infamiae uerba prorumpunt.

Quatuor de causis religiosi simul debent incedere.

QVAERITVR propter illa uerba, [lauacrũ et corpori cũ infirmitatis necessitas cogit minimè denegetur,] an balneis uti liceat.

REspondetur ex eodem quòd balneis uti possumus ex tribus primo propter lasciuiam; secundo propter munditiam, ut scilicet abstergantur sudores, & c immunditiae, tertio propter infirmitatem, & hoc tertium concedit Diuus Augustinus in hoc suo canone, praecedentia uero inhibet, & praesertim primum quòd praecipuè foeminarum inhonestatem sapit: praeterea uti balneo nõ potest sine corporis denudatione, quã pudicae mentes horrent, itẽ per balnea abstergitur sudor ille, in poenã adae posteritati impositum, et haec austeritas non est reprobanda, sed potius tanquam magna sanctitas ueneranda; praesertim cum Diuus Hyeronimus in libro de illustribus uiris in laudem Sancti Iacobi scribat quòd nunquam balneis fuit usus, obseruandum tamen quòd secundo balneo aliquando licet uti, sed cum maximo temperamento, nam Ioannem Domini dilectum balnea ingressum legimus, cum dixit recedamus ne balnea cadant super nos.

Tribus de causis utuntur balneis.

QVAERITVR propter illa uerba [deniq; si latens est dolor in corpore, &c.] an liceat medicinalibus uti, siue ex magno rigore sanctitatis Beatam Agatham imitari, quae dicebat, medicinam carnalẽ corpori meo nunquam exhibui.

REspondetur ex eodem quòd utique medicamentis uti licet, & est admodum utile, illis enim in Ezecchia Rege Sanctissimo usus est

Ysaias.33. Thob.ii. Eccb. 38. Luc.10.

Ysaias propheta, Thobias iunior de consilio Angeli felle piscis oculis patris apposuit, & eum sanauit: Ob id scribitur altissimus de terra creauit medicinam: hinc est quòd samaritanus laudatur, qui vinum, & oleum in vulnera sauciati proiecit, ipsaq; alligauit: & à Christo dictũ est, quòd qui infirmos visitauerint, vitam consequentur æternam.

QVÆRITVR propter illa uerba. [& ille, qui habet aliquò eundi necessitatem, cum quibus præpositus iusserit ire debet.] an prælatus in hoc mandato cum suo subdito dispensare queat, vt interdum solus eat.

REspondetur ab eodem quòd vtiq; potest prælatus ex rationabili causa dispensare: Sed raro, & ex magna necessitate: & pro hoc habetur decretalis Innocentij, quæ dicit quòd Abbas non potest dispensare in uoto proprietatis abdicatæ, sicut nec in voto continẽtiæ, quia sunt de substantia ordinis: ex quo habetur argumentum à sensu contrario, quòd in his, quæ non sunt de substantia ordinis Prælatus potest dispensare: & tale est huiusm. præceptum: & pro maiori euidentia annotandum ex Ioanne de turra cremate super Regulam D. Benedicti quòd quædam sunt in Regula, quæ sunt de iure diuino: ut dilectio Dei, & proximi, humilitas cordis, mansuetudo, & huiusmodi: & in his non potest dispensare prælatus: quædam sunt de ordinatione ecclesiæ: vt scilicet dicantur horæ ab ijs, qui sunt in sacris ordinibus, & huiusm. non potest dispensare prælatus nisi talis esset casus quod ecclesia reliquisses huiusmodi dispensationem prælato. Tertio quædam sunt de substãtia Religionis, ut abdicatio proprietatis; nec in his etiam potest, vt habetur extra de statu monachorum: in omnibus autẽ alijs maximè quæ in corporalibus constant obseruantijs sicuti est ieiunium, in esu carnium; in silentio, & huiusm. videtur quod Abbas potest dispensare: & sic in præcepto proposito.

Io. de turre.

Prælatus in quibus possit dispensare Regulam.

QVÆRITVR propter illud. [codices certa horã singulis diebus petantur:] an Religiosis liceat operam nauare scientijs humanis & philosophicis:

REspondetur ex D. Ant. & alijs: quòd inter Religiosos quidam sunt omnino inepti ad proficiendum in illis: quidã uero sunt apti ad proficiendum in illis in aliquo, Sed non in toto: quidam autẽ sunt, ex quorum aptitudine magna ad illas, magnus profectus speratur, & fructus circa diuinam scripturam: primis nullatenus permitendum est quòd huiusmodi studio insistant: secundis concedendum est aliquid, Sed cum difficultate, & raro: Tertijs uero laxandæ sunt habenæ: ex eorum enim studio maximæ insurgunt vtilitates: quarum prima est fidei defensio à philosophorũ, et infideliũ fallacijs; à quibus nequaquã

Quibus codices semper sunt dimittendi.

quis se posset tueri, nisi eas cognosceret: est praeterea alia utilitas nempe eorum error detestatio: apud philosophos nanq;, & infideles multi reperiuntur errores, quibus cognitis, detestantur: his accedit eorumdem errorum confutatio: Sicut enim in serpente non solum est venenũ, sed medicina: ita in doctrinis infidelium non tantum error, sed erroris confutatio: Unde Diuus Aug. in libro de ciuitate dei conuincit Platonis, & Porphirij errorem circa resurrectionem corporum innixus eorumdem fundamentis: sicut ergo spolijs egiptiorum ditãtur hebrei, ita fideles infidelium doctrinis collocupletantur: Rursus insequitur quarta utilitas scilicet fides nostra corroboratio: apud infideles enim sũt multa ad fidei cõfirmationẽ: Unde in cõ. super lib. de Trinitate Boetij dicitur quòd fides nostra ex intimis philosophia tracta est, quod enim notũ est manifestum est in illis. Rom. 2. praeterea facilius acuitur ingenium ad scindendum scripturarum partes: & interdum magis mouentur homines per phisichas, quam per Theologicas literas: ut magi qui per stellam ad Christum ducti fuere: ijs ergo de causis literis humanis Religiosis insistere licet: et hoc idem uoluit Ioannes de turre cremata super Regul. D. Ben. in tract. 42. quo in loco dicit. praeterea notandum quòd licet sanctus Pater praecipiat lectiones Sanctas esse audiendas; nõ tamen est intelligendum quod uoluerit omninò excludere alias artes, siue scientias, ad intelligentiam sacra scriptura manuducentes: Sicut sunt gramatica, logica, rethorica: & philosophia: omnes enim huiusmodi scientiae ex ordine, & intentione huiusmodi possunt dici Sanctae: pro maiori tamen huius rei euidentia. vide librũ decimũ de locis comunibus Melchioris cani. V. D. Ant. in. 2. p. t. 3. ff. 7. & Io. Dominici Cardin. Flor. in libro intitulato locula noctis. Augustinus uero de Anchona in libro de potestate ecclesiastica scribit quod magistrãdus in theologia tenetur scire humanas scientias: & ratio est, quoniã cũ magister in theologia teneatur diuinam scripturam declarare intelligibiliter: docere eloquenter: & contra impugnãtes defendere fideliter, et ad haec tria plurimum ualeant scientiae humanae; ob id talium debet habere notitiam: cõcluditur ergo cũ Diuo Ant. ubi supra quòd studentes gentilibus doctrinis propter deũ illis possũt uti, & eis licitum est, immo meritorium: qui uero ob vanitatem, vel aliquẽ alium finem tunc illis illicite student, eis que abutuntur.

Infidelium doctrina Theologiae deseruiunt immo sunt necessaria.

Io. de. Tur.

Melchior can.
D. Ant.
D. Io. Dom.
Aug. de an.

QVAERITVR propter eadem uerba cur libri singulis diebus sunt petendi, & cur in illis est insistendum studendo.

Respondetur ex Doctrina diuini Bernardi dicentis. Sunt quidã, qui scire volunt, ut sciant; & curiositas est: Sunt quidam, qui scire volunt, ut sciantur, & vanitas est: Sunt quidam qui scire volunt ut lucrentur, & cupiditas est, quando lucrum quaerunt

D. Ber.

Cur petendi sunt libri.

per phas, & nephas, & sunt, qui scire uolunt, ut edificent scilicet alios, & edificentur. s. in se, & charitas est: de tribus primis generibus volentibus scire Sap. dicit: Vani sunt omnes homines, in quibus nō subest scientia Dei; de Vltimo autem genere dicit sap. dedit illi scilicet iusto scientiam sanctorum: & hac scientia consistit in hu primo, & principaliter, Vt cognoscat Deum: deinde se ipsum, & quætunq; alia, quæ scire procurat, ad deum finaliter referat: ex hu ergo manifesta euadit responsio: nempe quòd pro quarto genere sciendi libri sunt singulijs horis petendis: sic enim ualde Vtile, & meritorium est.

Sap. 3.
Sap. 10.

QVAERITVR propter eadem Verba an Theologi in suis studijs iuri canonico teneantur studere; & illud scire.

D. Ant.
Aug de a ach.

RESpondetur à Diuo Ant. in 3. sum. t. 5. ff. 2. & ex Aug. de Anchona in libro de potestate ecclesiastica: quòd theologus non tenetur de necessitate ius canonicum scire. Sed de congruitate: est enim scientia canonica quædam practica Theologia. Sed contemplatio Dei ad quem ordinatur Theologia tamquam ad finem acquiri non potest Verè, & Vtiliter: nisi per charitatem, & Virtuosa opera: & obseruationem mandatorum: quæ pertinent ad practicam: Sicut autem Theologia non respuit scientias humanas, quæ pluribus erroribus admixtæ sunt: ita & ius canonicū non respuit terreni imperij leges, quæ minus erroris habent, quàm scientiæ seculares: Vt sicut magistrādus in Theologia debet prius scire scientias humanas: Vt clarius possit intelligere sacram scripturam: sic multo magis debet scire sacros Canones: Vt melius, & fructuosius possit animarum saluti consulere.

Theolog. de congruitate tenetur scire ius canonicum.

Magistrandos debet prius scire scientias humanas.

QVAERITVR propter eadē Verba: quod nam sit magis expediens insistere scientiæ Theologiæ puta docendo, Vel legendo alijs an intendere saluti animarum.

D. Tho.

RESpōdetur ex doctrina D. Thom. in quol. p. q. 7. art. 2. quod hæc duo possunt cōparari ad inuicem dupliciter: primo modo absolutè. alio modo in aliquo casu pri. modo melius est insistere scientiæ Theologiæ, quam intendere saluti particulari animarum. puta sacramenta ministrādo. Vel baptizando, confessiones audiendo, & huiusm. quod probatur per exemplum nam in edificio melior est qui disponit scilicet architectus, quam manualis, qui opera exequitur secundum quòd ei ab alio disponitur: sic in edifitio spirituali: qui insistunt curæ animarum sunt quasi manuales: Sed quasi principales artifices sunt Episcopi, qui imperant, & disponunt qualiter officium suum exequi debeant: & similiter Theologiæ doctores sunt quasi principales artifices, qui inquirunt, & docent, qualiter alij debent salutem animarū procurare: Simpliciter igitur melius est, & magis meritoriū, docere sacram scripturā

quam

quam impendere particularem curam saluti illius, uel illius, ideo Paulus dicit 1.Cor. 1. non misit me dominus baptizare; sed euangelizare, at secundo modo hoc est in aliquo casu, & necessitate iminente Episcopi, et doctores intermisso officio proprio debent particulariter intendere saluti animarum, hac etiam ex D. Ant. ubi supra.

QVAERITVR propter eadem uerba an liceat disputare.

Respondetur ex doctrina Vmb. quod triplex est disputatio scolastica, ecclesiastica, & extraordinaria, prima est illa, quae fit in scolis magistrorum ad indagationem ueritatit. ex qua multa proueniũt utilitates, ob id Paulus sapissime hoc genere disputationis usus est, ut habetur in actis apost. 19. quo in loco dicitur. discedẽs. sã quibusdã obstinatis segregauit discipulos, quotidie disputans in scola tiranni cuiusdam: detestetur tamen in hac disputatione nimia audacia in nescientibus, nimia taciturnitas in scientibus, & immoderatus appetitus in alijs superandis, ideo scribit Diuus August. in libro de doctrina Christiana. disputationis disciplina ad omnia genera quastionum, quae in sacris literis sunt penetranda plurimum ualet: tamen ibidem cauenda est rixarum libido. & puerilis quadam ostentatio decipiendi aduersarium. Secunda uerò disputatio, quae ecclesiastica nominatur, ea est, quae fit pro fide catholica defendenda contra infideles, de qua scriptum est act. 2. surrexerint quidam de sinagoga disputantes eum Stephano: & haec disputatio reprahensibilis est quando quis congregat disputationes innumerabiles de rebus multis subtilibus, & parum utilibus contra infideles, quod non fecit Paulus quando cum gracis disputabat: act. 9. cum Iudeis, cum conuersis de gentibus ad Iudaismum, similiter quando in foro, & quando in sinagoga. disputaturus ergo contra infideles, saracenos, Iudeos, et Hareticos congreget utilia, ut deinde possit laudabiliter pro fidei defensione disputare. Tertia denique disputatio, quae extraordinaria nuncupatur, illa est. qua interdum de aliqua re incidenter accidit: ut fieri assolet in consilijs dandis, et in uerbis contingentibus, sicuti discipuli in via disputauerunt quis eorum uideretur esse maior, & in hac multa reprahensibilia reperiuntur, sunt enim quidam ad disceptandum adeo proni, quòd statim quocunque uerbo prolato disputare incipiunt, contra quos insurgit noster preceptor inquiens non simus in orationibus proni, & in orationibus pigri, item sunt alij, qui alios uidentes disputantes illico se imiscunt ueluti canes, qui alios rixantes cũ audiunt, statim et ipsi accedunt cõtra quos Pau. dicit cõtẽtiones deuita. sunt

Vmb.
Triplex disputatio.

Act. 18.
Act. 18
Act. 17.
Act. 18.

Mat. 9.

Thim. 3

*præterea alij qui non tantum in disputationibus sese imiscent, sed totam disputandi materiam ab alijs aufferunt: Sunt insuper alij, qui sese imiscentes de multis inutilibus disputationem suscitant, contra quos similiter Paul. dicit quæstiones stultas deuita, ex his ergo infertur, responsio ad quæsitum quòd utique disputare licet religiosis in triplici genere disputationis præmemorato: euitatis tamen euitandis, ut supersus explicatum est.*

Thim. 4

# DILVCIDARIVM IN QVINtum capitulum Regulæ Sancti Patris Augustini.

*LItes aut nullas habeatis, aut quàm celerrimè finiatis, etc.] Præceptis propositis in anteactis capit. quæ ad quatuor Sanctæ religionis status attinent; nunc in hoc quinto affert in medium, quæ ad quintum eiusdem sacræ religionis statum spectant, nempè ad fraternam dilectionem, triaq; edocet. primò inuehit contra fraternitatis perturbatores. Secundo quòd fraternitas perturbata est reparanda, ibi cũ dicit [Quicunq; conuitio &c.] Tertio denique qualis esse debeat huiusmodi fraternitas cum concludit. [Non autem carnalis sed spiritualis, &c.] Ob eam rem C. præsens in tres sectiones distribuendũ erit, in quarũ prima (ut prænotantum est) insurgens contra fraternitatis perturbatores, duo agit. primo commonefacit lites esse fugiendas, uel celerrimè finiendas; deinde mala ostendit, quæ ex litibus insequuntur cum animam homicidam faciant, ut probat sacra scriptura. inquit igitur [lites nullas habeatis, aut quàm celerrimè finiatis ne iram crescat in odium, & trabem faciat de festuca, & animam faciat homicidam. Sic enim legitis, qui odit fratrẽ suum homicida est:] Diuinarum literarum scrutatores attentissimi duplex litis genus esse affirmant. alterum nempè bonum, & prosequendũ, alterum uerò malum, et euitandum. primum. n. ducitur à spiritu bono, secundum autem excitatur à spiritu malo. in primo namq; litis genere insurgit bellum contra Demonem, mundum, peccatũ, carnem, cæterosq; nostræ salutis inimicos, & quandoq; contra amicos, & familiares, (ita diuino dictante numine) ueluti sacra scriptura tradit de Angelis, qui inter se contendebant de reductione Israelitici populi, & de Paul. & Bar. qui dissenserunt inter se de eligendo Ioanne, qui cognominabatur*

Sectio prima eiusq; diuisio in duos articulos.

Duplex genus litis.

*Marcum. atq; de capiendo itinere, cum alter eorum adeptos confirmare, & uisitare: alter autem nouos adipisci satageret. In secundo deinde dissensio excitatur contra salutem proximi tùm corpoream, tùm spiritualẽ: quod commonstrant sacra eloquia, quæ lites in medium afferunt Amalech contra Dei populum. Absalon contra Dauid. Abimalech contra uiros Sichen. Roboam contra suam gentem, & denique Apostolorum contra semetipsos, quos Dominus redarguit, cum huiusmodi litis genus pessimum sit, quod similiter reprahendit S. P. & de litibus secundo modo acceptis loquitur cum dicit [lites nullas habeatis] ac si patenter dicat lites, quæ ad iniquum protendunt finem, quæ à malo excitantur spiritu, & quæ pacem, & fraternam unionem perturbant. præcipio uobis omnibus dilectissimis, ne inter uos habere audeatis, nec cum superioribus, nec cum inferioribus, nec cum æqualibus, nec cum exrraneis, quin potius nec cum ijs, qui uos dictis, & factis iniuriosis prosequuti fuerint: qui enim lites habet, discordiam amat: & Diabolum tanquam patrem ueneratur teste ipsa ueritate incarnata, eius filii estis, cuius opera facitis. at uerò Demon ipse litis, & discordiæ est author. ipse diuisiones, & prælium commisit in cælo, in Paradiso, & in terra: ipse iugiter in hominum corde discordias seminat: ipse denique inter fratres zizanias immittit, ob id unusquisque Dei cultor lites tanquam pestem fugiat, & si propter naturalem quandam instabilitatem aliquas eum habere contingat. illas, ut optimè præcipit S. P. non solum cito, sed quàm celerrimè finiat. & huius rei rationem reddit ne [ira] scilicet litis genitrix [crescat in odium, & trabem faciat de festuca,] in quibus uerbis duo ingentia mala à litibus oriri demonstrat. primum animæ excæcatio cum dicit. [& Trabem faciat de festuca] alterum uerò cum infert, [& animam faciat homicidam.] uerum ut hoc clarius innotescat annotandum, quod per festucam, quæ cito consumptibilis est, intelligit paruam iram, quæ ex parua consurgit contentione, per trabem autem, quæ non nisi magno, & diuturno comburitur igne insinuat iram illã; quæ sic excreuit, ut deinde ex ea odium generetur, quod deinde homicidium fit, ueluti scribit Diuus Ioan. qui odit fratrem suum homicida est, Quare si fratres in monasterio, & coram Deo tanquam homicidæ nolunt iudicari, & tanquam Cæci cum festuca, & trabe in oculis animæ uitam infœlicem uiuere dissensiones fugiant, & unionem atque concordiam sectentur, ament, & colant. uelunt imponit hoc præceptum Sanct. Pat. Qui sectione prima huius capit. absoluta accedit ad secundam, in qua quomodo lites exortæ, sint reparandæ explicat. duoque agit, iuxta duo, quæ inter offendentem, & offensum sunt necessaria. Satisfatio quippe ex parte offen-*

Ex. 17
2. Reg. 15
Iud. 9
Mar. 9
Luc. 9

Io. 8

A litibus duo mala oriuntur.

Festuca quid.
Trabs quid.

Io.

Sectio secunda, eiusq; diuisio in duos articulos.

*dentis, & remissio ex parte offensi. Primũ in exordio sectionis cum dicitur. [Quicunque conuitio, &c.] Secundum deindè cum scribit, & ille qui læsus est] in primo itaque articulo sic exoritur. [quicunque autem conuitio, uel maledicto, uel etiam criminis obiectu alterum læserit, meminerit satisfatione quàm citius curare quod fecit.] quorum uerborum sensus est; si quispiam Dæmone excitante, & uoluntate iubente, fratrem dictis, uel factis offenderit, quàmprimum huiusmodi peccatum curare studeat, uel potius à tali, ac tanta infirmitate semetipsum liberare cunctos neruos intendat. quod utique faciet. Si corde, & ore, cum gemitu, & dolore ueniam postulet, & se quàm grauiter errasse fateatur. nam sicuti in potestate linguæ est mors, quæ occidit mentiendo, & cor penetrat ut sagitta, ita & in eiusdem potestate est uita, quæ mortuos ad hanc reuocet auram, & hoc sane quàm citius faciat; nam quemadmodum recentia uulnera curanda sunt, ne si antiquentur in fistulam, uel in quamuis aliam incurabilem, mortiferamque plagam uertantur, pariter & uitia nisi mox deleantur à mente sic eam inficiunt, ut nulla aut minima sit de ea habenda spes salutis. inde enim ad murmura, & detractiones descendimus, ex his ad conuitia, & maledicta serpimus, & tandem ad lites, & contentiones uehimur. quare quàm citius offendens curare studeat quam fecit iniuriam, quam perindè offensus dimittere non molestè ferat quemadmodum Sanc. Pat. præcipit in sequenti articul. dicens, [& illo qui læsus est sine disceptatione dimittere. Si autem inuicem se læserint, inuicem sibi debita relaxare debebunt propter orationes uestras, quas utique quanto crebriores habetis, tanto sanctiores habere debetis.] Quisquis igitur læsus, uel offensus sine aliqua controuersia, & pro qualibet iniuria ueniam petenti remittere æquo indulgeat animo, nam qui cito, & libenter dimittit*

Luc. 6.

*Dominus sibi dimittet, secundum incarnatæ sapientiæ sententiam dicentis. dimittite, & dimittetur uobis. & alibi si non dimisceritis hominibus nec Pater uester dimittet uobis peccata uestra. ea de re qui sibi cito, & libenter propria facinora dimitti concupiscit. petentibus ueniam cito, & libenter dimittat; ipsumque imitetur Redemptorem.*

Io. 19.

*qui in Cruce pendens pro suis exorauit crucifixoribus dicens. ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Verum ut ad hæc cælestia mandata P. S. feruentius sectatores suos inflammaret, & eos ad ueniam postulandam, iniuriamque dimittendam magis, ac magis disponeret statim adijcit. [Melior est autem qui quamuis ita sæpe impetretur, tamen impetrare festinat, ut sibi dimittat, cui se fecisse agnoscit iniuriam quàm qui tardius irascitur, & ad ueniam petendam tardius inclinatur.] Pro cuius loci euidentia adnotandum est. quòd quadrifariam*

quis ira potest esse obnoxius: namque aliquis iræ flammas tardiusculè suscipit, citius tamen admittit. alium huic prorsus contrarius mox suscipit; tardiusque deponit; Alius sicut tardius commouetur tardius reconciliatur; Alius sicut & facile accenditur, ita & facile friget. inter hos modos primus minimus malus est, cui succedit quartus; quarto uerò tertius, secundus deterior est. & hos quatuor modos in textu, ut cuilibet intuenti patet, tangit Præceptor S. qui primum tertio conferens, illum appellat meliorem, dicens [melior est,] hoc est minus malum; & quamuis facilè, sæpeque in hoc tentetur, tamen festinus est ad relaxandam sibi iniuriam, & ueniam postulandam, quàm qui tardius irascitur, & ad petendam ueniam tardius inclinatur: tardias namq; ad petendam ueniam inclinari plus est obstinati & in Diaboli accedit conditionem, qui nunquam de suo delicto uult ueniam postulare. cito deinde labi fragilitatis est, & cito resurgere bonæ mentis, quæ se emendãdo fragilitatem temperat, & ipsam in quandam uertit diuino afflatu constãtiam. itaq; ut bonæ mentis simus diabolicam uitemus pertinaciã; si per fragilitatem cito irascimur, cito per rationis lumen, quo ad fieri põt nostrã compescamus irã; alioquin totum & tẽporale, & spirituale ruet ædificium, & dum ueniam petimus libenter, & non iniustè, uere, et non fictè fiat id, ne Iudam imitemur, qui pacis osculo præceptorem suũ, & mundi tradidit Redemptorem. Quare ex parte lædentis delictorũ uera sit postulatio, & ex parte læsi pura sit iniuriarum remissio; toties .s. quoties offendens ex animo dimittendũ petit, cum misericordia, quæ nec numero nec gradui alligata esse debet. nec ullus confundatur facienda cũ proximo misericordia, cũ diuina Maiestas à nobis prius offensa nos rogando ad pacẽ, concordiamq; faciendã præueniat. & si lites excreuerint nõ tantũ ad probos uiros, sed ad Prælatos maximè spectat eas dirimere, & diffinire, qui nunc exẽplis, nunc rationibus, nunc potestate rixãtes pacare debent, sicut iudex populi Dei Moyses quotidie in deserto Iudeos composuit, & Salomon de infante uiuo prudẽter, iustèq; lites sedauit, et Christus sæpe discipulos conciliauit; Iudeosq; de sua carne manducanda litigantes exhortationibus, & persuasionibus optimè quietauit. ea de re & Prælati idem agere curẽt, nec ipsi subditi eorum salutaribus monitis acquiescere molestè ferant. & si (ut inquit S. P.) [inuicẽ se læserint, alter scilicet alteri conuinciãdo, maledicẽdo, & crimina obyciendo inuicem sibi debita relaxare debebũt, & hoc quidẽ propter orationes, quæ utiq; quanto crebriores erunt tãto sanctiores habẽdæ sunt.] ac si aperte dicat S. P. quotidie, & horis singulis orãtes dicitis Pater noster qui es in cœlis sanctificetur nomen tuũ, & tandẽ, dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus debitorib. nostris, q̃re si nõ dimititis uestra orõne crimina

Quadrupliciter quis potest irasci.

Lites dirimere maxime ad Prælatos spectat.

mini, ita ut non solum in cassum, sed in praeiudicium oratis prouocantes Deum contra vos ad iracundiam. & ipsi super vos inducentes maledictionem potius, quàm benedictionem; sicq; oratio, quae debet esse salutifera sit noxia; & peccata, quae debetis diminuere orando, augetis imprecando: & iure quidem. quid enim aliud uerba sonant Seruatoris nostri nisi quod obsecremus in nobis dimitti, si in nos peccantibus dimittimus? & e contra non dimitti si nos nō dimiserimus? ideo dixit Pius Redemptor. Si autem non dimiseritis hominibus nec pater uester dimittet uobis peccata uestra. Ergo cum quilibet habeat quid sibi dimittatur, ob id, ut id consequi ualeat; et ut suas crebriores exaudiat orationes, ac eas contra se reflecti non petat, fratri relaxet iniurias, pro iniurijs illatis ueniā postulet, & nec suo Praelato lites dirimenti aduersari audeat: at uerò si Praelatus ille in dirimendis, atq; coercendis huiusmodi litibus necessitate ductus excesserit, ueniam nequaquam petere debet, ne sua frāgatur authoritas, sed bene ab ipso Domino uenia postulanda est, ut optimè infert. S. P. dicens [Quando autem necessitas disciplinae in moribus coercēdis dicere uos dura uerba compellit, etiam si uos modum excessisse senseritis non à uobis exigitur, ut à uestris subditis ueniam postuletis, ne apud eos, quos oportet esse subiectos, dum nimium seruatur humilitas regendi, frangatur authoritas; sed petenda est uenia ab omnium Domino, qui nouit etiam eos; quos plus iusto fortè corripitis quanta beneuolentia diligatis.] pro quorum uerborum maiori euidentia adnotandum quòd in coercendis moribus potest comitti excessus trifariam; aliquando ex zelo iustitiae: plerunq; ex immoderata ui dicendi: & quandoq; ex odio. Primum est laudabile. Secundum reprahensibile. & tertium detestabile. & de primo loquitur. S. P. tunc enim Praesidenti opus non est, ut ueniam à subditis postulet, ne scilicet (ut in ratione explicatur) apud eos, quos oportet esse subiectos, dum nimia seruatur humilitas frangatur regendi authoritas; cum saepe numero contingat, ut nimia Praelatorum humilitas subditos faciat elatos, inobedientes, immorigeratos, discolos, et irreuerentes: quoniam, ut antiquus habet sermo nimia familiaritas parit cōtemptū. Propterea sicut equis, ita & subditis nunquam sunt habenae relaxandae. sane subditi sine freno similes sunt nauibus sine temone, quae paruis etiā fluctibus facillimè periclitantur. Itaq; conseruandus est potius in Praesidente ex iustitia rigor, quàm ex humilitatis, excessu nascatur pudor. Prudentis tamen Rectoris est delicti, temporis, loci, causae, & puniendae personae qualitatem metiri. At si in correctione fiat excessus ab omniū Domino uenia est postulanda, qui non solum externos actus, sed internos nouit affectus, [cui ut dicit, S. P. [idcirco patens est quos plus iusto fortè corripitis, quanta beneuolentia diligatis:] ac si dicat, Deus benedo-

In coercendis moribus potest comitti excessus tripliciter.

*ctus cuius oculis omnia sunt nuda, & aperta nouit an iustitia, & charitatis feruor. siue odij, uel vindicta impetus ad ipsum correctionis Prælatos pro pulsauerit excessum. Quadere ad ipsum Deum confugiāt iuxta. S. P. Præceptum, qui postremam sectionem in medium afferens, ait. [ Non autem carnalis, Sed spiritualis inter uos debet esse dilectio : ] in quibus verbis (ut prænotatū est) commonefacit. S. P. qualis debeat esse uera fraternitas; uerum ut hoc illustrius euadat adnotandum est ex D. Gregorio, quòd nonnulli sunt, qui proximum diligunt, Sed per affectum cognationis, & carnis, quibus in hac dilectione sacra eloquia non contradicunt. Sed aliud est quòd sponte impenditur natura, et aliud, quod ex præceptis dominicis ex charitate debetur obedientiæ. Hi nimirum etiam proximum diligunt, non tamen illa sublimia dilectionis præmia asequuntur, quia amorem suum non spiritualiter, sed carnaliter impendunt, quod sanè cum dignosceret S. P. Ob eam rem imponit sectatoribus suis spiritualem dilectionem, quæ efficit, ut amici in Deo diligantur, & inimici propter Deum: & hoc iure quidem; à duobus quippe fontibus dulcissima, latissimaq; emanant æquora; à Dei scilicet, & Proximi dilectione. altera per tres defluit riuulos, quoniam ex toto corde, ex tota anima; ex totaq; fortitudine diligere iubemur orbis conditorem; Altera per duas decurrit formulas, ex quibus omnis lex dependet naturæ, ut pote quod tibi non uis fieri, alteri ne facias, & quod uultis, ut faciāt uobis homines (iuxta seruatoris nostri sententiam) & uos eadem facite illis. ex his omnia antiqua, & noua legis adimplentur mādata; Ex his si sollicita, altaq; cogitentur intentione mens ad innumera virtutū misteria extenditur; ne scilicet uel ad inferenda, quæ non debet, per inquietudinem æstuet: uel erga exhibēda, quæ debet, etiam resoluta torpescat: nam cum cauet alteri facere, quod nequaquàm ab altero uult ipse tollerare, sollicita se intentione circumspicit, ne (ut alibi scribit hic. S. P.) Superbia eleuet, & usq; ad Proximi contemptum animū deijciens extollat. ne cor lux uria polluat, & subiectum desiderijs per illicita corrūpat; ne ira exasperet, et usq; ad contumeliam proferendam inflammet; ne inuidia mordeat, & in alienis se fœlicitatibus æmula consumet: ne denique; immoderate linguam loquacitas protrahat: et eam usq; ad lasciuiam obiectionis extendat: ita mens per hanc bigam in amorem castū eleuata, tanta sese in reprimendis, cauendis, abijciendisq; uitijs liga cōnectit, ut quiescat minimè quàmdiu omnem abs tersit maculam, & cuncta purgauerit inquinamenta uirtutum; cum igitur tot, ac talia bona ex dilectione spirituali oriantur iure non carnalem, Sed spiritualem amplectendam mandat. S. P. & hanc inter Religiosos non immerito iugiter fore imponit: quam pius mundi seruator subserat dicens, hoc est*

Sectio tertia.

D. Greg.

Dilectio spiritualis Spiritualiter amare facit: & multa bona spiritualia pro generat

præceptum meum, ut diligatis inuicem, at cum prius cœpisset facere & postea docere, ob id confestim adiecit sicut dilexi vos. tanquam si patēter diceret ad hoc uos inuicem amate ad quod amaui uos. amauit autē nos Christus non explendæ libidinis causa: cum peccare nullatenus posset: non rerum terrenarum gratia, cum omnia mundana suo etiam exēplo docuerit esse contemnenda: non etiam proprio aliquo cognationis affectu, cum illos fratres, sorores, & matrem astruxerit, non quibus consanguinitate coniunctus erat; Sed qui eius, ac Patris sui seruarent mandata: non insuper ex naturali propinquitate quoniam sic magis mentes dilexisset cælestes, quibus proculdubio est natura propinquior. Sed ut præcipuus Euangelista Io. inquit. in fine dilexit eos. ac si diceret ad spiritualia, coelestia, æternaq; bona; in quibus noster consistit finis, suam erga nos dilectionem direxit. quod quidē mandatū omnibus hominibus et si commune esse debeat, ad Religiosos tamen in Monasterio constitutos maximè dirigitur. etenim dilectionis maxima causa est similitudo. Sed nulla profecto maior excogitari potest similitudo, quam inter eos, qui in eodem degunt monasterio: cum vnius sint speciei, vnius habitus, vnius voti, vnius mensæ, vnius cohabitationis, ob eundem finem vni Patri, uniq; Domino deseruientes. Si itaq; est inter eos tanta similitudo. Sit etiam maxima dilectio. nō quidem carnalis sed spiritualis; quæ deinde efficiet ut videant eum qui uerè Spiritus est.

quomodo Christus dilexit nos

## DILVCIDARIVM IN DVBItationes Quinti cap. Regu. Sācti Patris Augustini.

QVAERITVR propter illa uerba [ lites aut nullas habeatis, aut quam celerrime finiatis] an habere lites sit semper peccatū mortale.

RESpondetur quòd ex parte excitātis lites notabiles uti q; peccatū est mortale. Sed ex parte respondentis, & repellentis iniuriam illatā nequaquam, dumodo cum debita moderatione se defendat nam si cum animo vindictæ, uel odij, uel cum excessu debitæ moderationis se defenderet tunc peccaret. Sed hic obseruandum est secundum Io. Vig. in cap. 12. §. 3. ver. ij. quòd si leuis motus odij, uel uindicta se immisceat, vel non multum exceditur moderata defensio: tunc est peccatum ueniale: mortale uero est, quando obfirmato animo in impugnantem respondens insurgit, uel ad eum occidendum, uel grauiter lædendum: Ioannes vero

Io. de Tur.

uero de Turre crem, super Regulã Diuui Bened. ita distinguit, contentio acc. dupliciter primo ut importat impugnationẽ ueritatis inordinato modo, & sic est mortale, secundo ut importat impugnationem f.il sitatis ordinato modo. Et sic est laudabilis: Si uero sit cum inordinato modo sic potest esse cum ueniali peccato.

QVAERITVR propter illud [ sic enim legitis: qui odit fratrem suum Homicida est] an odium quo proximus oditur. Sit letale peccatum.

Odium mortale & ueniale.

RESpondetur quòd odium, quo proximus oditur uno modo est mortale: & dupliciter est ueniale, mortale inquam est quando oditur secundum id, quod habet à Deo: hoc est secundum naturam, uel gratiam, inquantum appetit ei aliquod malum naturæ, uel gratiæ contrarium, uel non facit ei bonum, quod facere tenetur: est deinde ueniale primo per subrogationem. & secundo modo, quando malum quod appetit, uel bonum, quod dimittit, est exiguum: si autem aliquis deliberate uult proximo notabile damnum in naturam, uel gratiam mediatè, uel ultimatè relatum semper est peccatum mortale: dicitur in naturam, uel gratiam, quia si odium terminaretur ad culpam; aut ad defectum boni, pertineret ad fratris amorem: iuxta illud, quod habet praeceptor hic noster in hoc suo canone inquiens cum dilectione hominum, & odio uitiorum. dicitur deinde ultimatè, quia si quispiam uelit alteri malum pœnæ, ut cognoscat culpam suam, & emendetur, uel zelo Iustitia non peccat: & hac Ioan. Vig in capit. 12. ff. 3. Ve. 2.

QVAERITVR propter illud [quicunq; conuitio, uel maledicto, uel etiam criminis obiecto aliquem læserit meminerit satisfactione ] an offendens teneatur in omnibus offenso satisfacere.

Offensio triplex.

RESpondetur, & pro maiori euidentia responsionis obseruandum est ex doctrina Diuui Antonini in secunda parte su. titul. 7. ff. 4. quòd cum triplex possit esse offensio in uerbis, in persona, & in rebus. ita triplex potest esse satisfactio: prima cum quis de offensa petit ueniam, de qua Augustinus scribens Hyeronimo dicit. Obsecro te per Misericordiam Iesu Christi si læsi te ignosce Michi. Secunda autem cũ quis per corporis humiliationẽ petit ueniam de qua Dauid secundo Regin. 19 dixit ne reputes mihi domine iniquitatem, neq; memineris iniquitatum serui tui. Tertia denique est per obsequia: de qua Iacob. quando muneribus uoluit placare Esau fratrem suum: quibus stantibus respõdetur quòd in tribus offenso unusquisq; tenetur satisfacere. Sed quæret quispiã an quilibet offendẽs uerbo teneatur ad oẽs huius

*modi satisfactiones. cui quæsito respondetur ex eodem Ant. quòd sicut lædens alium in rebus, non tenetur ei, nisi ad certam quantitatem rei restituendæ secundum quantitatem damni, uel in dubio ad arbitrium boni uiri: ita & offendens uerbo non tenetur ad omnes huiusmodi: sed secundum quantitatem offensæ, quod si offensus petit plus, potest sibi sufficere satisfatio ad arbitrium boni uiri, quamuis laudabile sit plus debito facere pro pace proximorum: Si tamen Prælatus esset, qui excessisset in rebus corrigendis subditum ex debito Iustitiæ non debet petere ueniam subdito, sed Domino Deo: ne dum nimium seruatur humilitas regendi, frangatur authoritas ut idem Præceptor noster Augustinus dicit in hac sua Regula. Potest etiam Prælatus remittere iniuriam factam subdito suo ipsi iniurianti in persona, uel in uerbis etiam contra uoluntatem ipsius subditi iniuriati, artic. 12. q. prima non dicatis in glosa.*

QVÆRITVR *propter eadem uerba an offendens teneatur ad reconciliandum antequam ad offerendum aliquid in altari accedat.*

R*Espondetur ex Vmb. aut offensus est absens, aut præsens: si absens sufficit propositum, scilicet sine mora satisfacere, cum dabitur facultas, si præsens, distinguitur, aut fuit leuis offensa. ita quòd non credatur offensus grauiter turbatus, uel grauis, si primo modo potest differri usque ad tempus congruum, si secundo statim est facienda.*

QVÆRITVR *propter eadem uerba an offendens in secreto teneatur in publico satisfacere sic expostulante offenso, & è contra an offendens in publico, & exoptans satisfacere in secreto, possit.*

R*Espondetur ex doctrina Diui Anton. ubi supra quòd non tenetur, nisi quod fuit factum in secreto, fuisset publicatum, sicut fur, qui latenter accepit, non tenetur publicè restituere. Ad secundum autem dicit idem quòd non sufficit argumentum in Paulo Apostolo, cui condemnato ad carcerem non sufficit occultè liberari, sed publicè petijt educi, & dimitti.*

QVÆRITVR *propter eadem uerba: si quis contumeliando dicit culpam alicuius, & offensus non uult recipere satisfactionem à lædente, nisi dicat se fuisse mentitum. an offendens ad hoc teneatur.*

R*Espondetur ex eodem si contumelians scit se dixisse uerum non tenetur; nec offensus debet id ab eo exigere: sed si scit, uel credit non esse uerum, sed falsum, uel incertum, quia non debet etiam cum damno famæ suæ dicere se falsum dixisse, uel incertum, aut*

*dubium, secundum quòd habet in conscientia sua, potest cum hoc dicere aliqua alleuiantia culpam suam, puta quod audierat, uel ex ira dixerat, uel tunc credebat, nunc autem non credit illud esse uerum, si sic est non autem debet dicere se fuisse mentitum, si non fuit mentitus, sed falsum dixisse, quia si tunc credebat modo scit, uel credit contrarium.*

# DILVCIDARIVM IN SEXtum capitulum Regulæ Sancti Patris Augustini.

*PRæpositio tanquam Patri obediatur, etc.] Adhibitis, et peragratis hucusq; quinq; prioribus statibus Sanctæ religionis, in præsentiarum S. P. transigit sextum, qui status subiectionis nuncupatur, & duo agit. primo docet quomodo subditi parere debeant suis Prælatis, & hoc in exordio huius cap. deinde quas cõditiones debeant habere ijdẽ Prælati ut subditi libentius sibi obediant in Domino, ibi cum dicit [ut ergo ista seruentur, &c.] cum itaq; hæc duo proponantur præsens caput in duas distribuetur sectiones. in quarũ priori, quæ impartibilis persistit, mandatum imponens ut scilicet subditi in omni timore suis Prælatis subiecti degant, Sic scribit. [Præposito tanquã Patri obediatur, multo magis Præsbitero, qui omnium curam gerit] Pro huius loci euidentia prælibare non erit inutile quòd duplex reperitur genus obedientiæ, alterum nempe perfectum simpliciter, alterum uerò perfectum in genere; primum quidem nullum actum excludit obedientiæ, nullisq; terminis clauditur, de quo D. Berna. ait perfecta obedientia legem nescit, terminis non artatur, nec contenta angustijs professionis largiori uoluntate fertur in latitudinẽ charitatis. Et ad quod iniungitur spontaneo uigore liberalis, alacrisq; animi non considerans in infinitam libertatem extenditur. Alterum deinde licet bonum, & perfectum sit, tamen limitatum, quoniam ad ea dũtaxat se extendit, quæ certis regulis, certis professionibus, certisq; continentur finibus. etenim quo tempore, quibus in rebus, quo ordine, quibus personis, quoue fine parendum sit decernit S. P. in præsenti loco, suos sectatores non ad primum, sed ad alterũ obedientiæ genus obligat. quod sanè uerba proposita in principio sectionis, & in fronte huius cap. insinuant, cum dicit. [Præposito tanquam patri obediatur, & multo magis Præsbitero,] hoc enim in loco solum de Præposito, & Præsbitero, qui pri*

Diuisio cap. in duas sectiones.

Sectio prima,

Duplex obedientiæ genus:

D. Ber.

Heb 13

Omnibus obtemperādum est: quibus Dominium committitur à Deo.

Obedientia perfecta in genere duplex.

Col.3

Discrimen inter obedientiam seruilem, & filialem.

matum tenent, mentionem facit. Quapropter nullus religiosus quantuncunq; perfectus alijs, quàm suis superioribus obedire tenetur in hoc secundo genere. hinc Apost. Pau. inquit obedite Præpositis uestris, hoc est ijs, qui uobis præficiuntur, & accuratissimè dixit uestris, quoniam ab aliorum, quibus non subijcimur, præceptis nos exemptos ipso iure uoluit, & quamuis D. Ben. in sua Reg. præcipiat fratribus suis ut etiam ibi inuicem obediant, id uidetur intelligendum de consilio, non de præcepto. ut testatur Chori. ob eam rē potius obsequiū quàm obediētia appellabitur; quę perindè obedientia perfecta in genere adhuc bipartitur. in seruilē. s. & filialē, de quibus D. Paulus. Serui per omnia subditi estote Dominis Carnalibus ecce prima, & Filij obedite parentibus uestris per omnia, ecce secunda: distat autem hæc ab illa; quoniam hæc libenter, illa inuitè; hæc simpliciter, illa cum discussionibus, & quærelis, hæc hilariter, illa cum tristitia; illa negligenter, hæc ueraciter; illa fictè, hæc humiliter: illa superbè hæc infatigabiliter, & perseueranter usq; ad mortem operatur. Ob eam rem D. Aug. hanc secundam obedientiam, quæ est perfecta in genere, & filialis, seruandam imponit, cum iubet. [Præposito tanquam Patri obediatur:] in his scilicet quæ ad uerum, pium, & iustum, ac sanctum subditorum pertinent statum: ideo diligenter attendant, qui præcipiunt ne in obedientiā, sel deaconis sub specie mellis latitet, quod sanè tunc contingit cum nequaquàm honestate, & discrettione Iustitia, & humilitate est decorata: istæ enim sociæ sunt sanctæ obedientiæ sine quibus obedientia uana est, & inutilis: Præpositus itaq; & Præsbiter hoc in primis aduertere diligenter, & summo studio curent. uerum ut illustrius reddatur ad quem id potissimum spectet adnotandum quòd S. P. sub nomine Præpositi, Priores Monasterij & Prouinciæ eò quòd aliis præsunt, intelligendum uoluit: sub nomine uero Præsbiteri, Magistros Generales eò quòd præ cæteris præstant iter, in benè, beateq; uiuendo insinuauit: ea de re postquam præcepit obediendum esse Præposito tanquam Patri, statim adiecit multimagis Præsbitero: hoc est Generali Priori. nam quò maior Prælatus est; eò maior præstanda est ei obedientia. ii ergo, quibus obtēperare debent Fratres tanquam Patribus, et multo magis quam patribus, caueant ne iniqua præcipiant, & ne obedientia sine Sanctis sociis indecorata existat: quòd pariter & ipsi subditi accuratissimè aduertant. quòd utiq; facient si eorum obedientia de suo nihil habeat, nec satagat ut hoc specialiter iniungatur, quod in uoluntate habetur: tunc enim obedientia minima esset, & æternum deperderet meritum, quin potius is, in quo talis reprobata apparet obedientia, se ipsum seducit; sibi quasi de obedientia blanditur, neq; in ea re Prælato; sed magis (teste D. Ber.) ei Prælatus obedit: Quod ualdè detestabile est: Sed proh dolor per paucissimi sunt. qui hac

Quid Præpositus, & Præsbiter.

Diuersimode uiolatur obedientia.

conferant in corde suo: sunt enim nonnulli qui interdum sic iussa partiuntur, ut interdum quibusdam parent, in alijs uero renitantur: nonnunquam alij & si faciant quæ iubentur, non tamen imperantis seruant modum, quinimo è contrario operantur: aliqui deinde ita se difficiles ad obediendum reddunt, ut non parum superiorum mentem dolore afficiãt: multi insuper quadam superstitione freti præpositorum uerbis parere negligunt, nisi sub forma exprimantur præcepta: rursus adsunt quidam tã peruersi, qui etiam data opera rem malè, & in fraudem faciant, quæ iubentur, ne scilicet iterum facienda iniungatur, ceu iumẽtum, quod è stabulo eductum calcitrat, & ambulare repugnat, ne uidelicet de cætero educatur. Præterea ultro sese offerunt nonnulli adeo elati, qui sibi potius malunt ut à maioribus obediatur, quàm ipsi eorum iussa capessere uelint. Non desunt insuper qui non modo non libenter obediunt, sed uelu ti equi indomiti omnia reiciũt obedientiæ onera: & sæpenumero se impo tentes astruunt, ut inde parere fugiant. crebro sunt quibus cum illud, quod percipitur non libet, intentionem peruertunt dicentes id odio, uel passione iuberi. Multotiens quidam sunt, qui obediunt, sed cũ mur mure exequuntur mandata, & similes sunt Dæmonibus, qui de corpori bus ad iussum exibant, sed clamantes. Sæpe itidem contingit ut quidam non murmurent ore, sed cum tristitia animi obedientiam exequantur, quæ proculdubio grata non est, quoniã hilarẽ datorẽ (referente Apost.) diligit Deus. Quosdã adhuc nõ amor iubẽtis, sed timor pœnæ ad obedien dũ trahit. Quidã pariter scopulos quæritantes de mãdato prius discutiũt quàm obedire incipiãt. alij præterea sunt, qui & si quod mãdatur facere intẽdãt ad agrediendũ tamẽ iussa morosè incedũt. Deniq; multi reperiun tur, qui se in alijs negocijs occupatos aiũt, ut occasionẽ q̃rãt nõ obediẽdi, ceu ad nuptias inuitati, & hoc pacto innumeris modis obediẽtiæ munus uel deperditur, uel remittitur. Sed uiri Sãcti sub obedientia degentes has, et similes tergiuersiones, ne eis inutilia fiãt monasteria, protinus id caue re dẽ et, reuocãtes semper ad memoriã quatenus Redẽptor omniũ Christ⁹ ne obedientiã perderet, uitã amisit, & tãdẽ quod præceptũ à S.P. imposi tũ est de substãtialib. Reg. Ob eã rẽ æterna ligãtur pœna trãsgressores hu ius primi mãdati: cui secũdũ uel potius secũda sectio eiusdẽ 6. c. succedit ibi. s. cũ dicitur. [Vt ergo ista seruentur, & siquid minus seruatũ fuerit nõ negligenter prætereatur, sed ut emendandũ, corrigendũq; curetur, ad Præpositũ præcipuè pertinebit, ut ad Præsbiterũ, cuius apud uos est maior authoritas, referat; quod modũ, uel uires eius excedit. ipse uerò, qui uobis præest, nõ se existimet potestate dominante; sed caritate seruiente fœlicem. Honore coram uobis Prælatus sit uobis, timore coram Deo substratus sit pedibus uestris. Circa omnes se ipsum bonorũ operũ præbeat exẽplũ. Corripiat inquietos, consosoletur pusillanimes. Suscipiat infirmos. Patiens

Sectio secunda eiusq; diuisio in undecimim articulos.

*sit ad oẽs, metuendus imponat, quãuis utrũq; sit necessariũ tamen potius amari à vobis appetat, quàm temeri, sẽper cogitans Deo se pro vobis red diturum esse rationem. Vnde uos magis obediendo non solum vestri, Sed etiam ipsius misereminì, qui inter uos quanto in loco superiore; tanto in periculo maiore uersatur] Postquã Pietissimus. P. in prahabita sectione pracepta sanxit subditos circuncernentia; quomodo scilicet Pralatis suis tanquam Patribus obedire debeant, in prasenti, ut eiusdem obedientia votum in eorundem cordibus magis inscribat, atq; indelebiliter inprimat, de eadem salutari virtute sermonem prosequitur, Simulq; in medium affert decem conditiones, qua ex necessitate congruunt ipsis Pralatis, ut à subditis facilius, commodius, & sine vlla recusatione obediãtur & tandem in calce capitis praclaram ad eosdem subditos exhortationẽ facit, vt suorum Pralatorum misereantur: ea dere prasens sectio in undecim articulos partienda erit: in quorum primo Pracipit Pralatis, ut hanc regulam à suis sectatoribus obseruandam curent & ideo dicit. [ ut ergo cuncta ista: ] in secundo, ut non se existiment fælices, quoniam potestatem habent dominandi. [ ipse uero qui uobis praeest ] in tertio, ut sint omnibus uirtutibus circumspecti, & ornati: [ honore coram uobis Pralatus: ] in Quarto, ut sint timorati: [ Timore coram Deo: ] in Quinto ut sint bonorum operum exempla. [ circa omnes seipsum. & catera ] in sexto, ut sint correctores. In septimo, ut sint consolatores. in Octauo, ut sint infirmorum susceptores. In nono, ut sint patiẽte, & in decimo, ut sint errorum pientissimi castigatores: qua conditiones optimè patent in textu prahabito. Concludit deniq; in undecimo articulo, ut subditi ob grande officij periculum suorum Pralatorum miserantur. ibi [ unde uos magis obediendo, &c. ] Adoriens itaq; conditionem primam, ut inde ad obedientiam magis, ac magis inflammet. scribit. [ ut ergo cuncta ista seruentur: &c. ] quo in loco in primis imponit hanc conditionem cuicunq; Pralato, ac in Monasterio Prasidenti, ut Regula à sancto Patre condita obseruetur, & si quid minus in ea obseruatum fuerit non negligenter pratermittatur, Sed ut emendatum, corrigendumq; curetur, & si huiusmodi emendatio, & correctio Praposoti uires, facultatesq; excedit ad ipsum spectat referre Praebitero. hoc est Prouinciali, uel Generali Magistro, cuius est maior authoritas cum habeat in Religione plenitudinem potestatis. Qui in primis niti debet, ut Regulã benè scriptam, beneq; emendatam fratres habeant; subinde, vt sic crebro eis legatur, vt per eius crebram lectionem in eorum habituetur mentibus. Tertio per se, vel per alium sic nude, & apertè declaretur, ut etiam minus docti se nequeant per ignorantiam aliquid pratermisisse excusare. Quarto vt cõtinuus orator sit in ea, qua in ipsa cõtinẽtur seruãda doceat. Sed praci-*

Prima Pralatorum conditio.

Officiũ Pralati circa Regulã

act. 1.

Officiũ subditorũ circa regulam,

*punum illud apud eum esse debet, ut ipse cæteros ad obseruantiam potius exemplo moueat quàm uerbo, ut similis sit Christo, qui prius facere, & postea docere cœpit: maximum si quidem Prælatorum incitamentum est si Prælatus quod ore docet opere compleat: Subditorum autem officium est deuote, attenteq; documenta Regulæ suscipere, Præcepta audire, legere, intelligere, & seruare: quoniam sic à Ioanne scriptum est Beatus qui legit, & qui audit Verba prophetiæ huius, & seruat ea, quæ in ea scripta sunt: quod commonstrat. S. P. cum asserit [ Vt ergo ista seruentur. ] non enim sufficit quòd sint scripta, Sed pro adipiscenda salute, ut executioni mandentur. & iure dicit [ Vt cuncta ] quoniam ( Vt inquit D. Iaco.) qui in Vno offenderit factus est omnium reus. Verum cum non sufficiat facere, Sed opus sit etiam benefacere. Ob id additur [ si quid seruatum minus fuerit non negligenter prætereatur, ] tamquam si diceret non solum si quid seruatum non fuerit, Sed etiam si quid seruatum minus fuerit non negligenter omittatur. Sæpe numero etiam fit, Vt Præpositi transgressiones non corrigant, aut quoniam uecordes sunt, aut quoniam mites, & misericordes falsò haberi Volunt, aut quoniam iuris, Vel facti sunt ignari, aut quia de salute diffidunt subditorum; aut quoniam torpore quodam mentis sunt affecti; aut ut propriæ consulant paci; aut quoniam in eodem crimine labafactari, Verenturne eis dicatur medice cura te ipsum; aut quoniam à propria mordentur conscientia, aut quoniam timent odio haberi, Prælaturam amittere, amicos perdere, & corporis oblectamenta relinquere. ideo. S. P. adiecit [ non negligenter prætereatur: ] hoc est quicquid, Vel corrigendum, Vel emendãdum est non negligentia, non timore, non odio non amore, non cupidine famæ, nõ proprio comodo, non inquam quauis alia causa prætereatur, et caueant omnes Prælati ne in tempore Vindictæ Dominus per prophetam conqueratur dicens Pastores multi de moliti sunt populum meum. Sed potius procurent cibum dare illi in tempore, & quoniam non solum punire comissa, Sed etiam, ut caueantur futura Prælati studere debent, meritò addit S. P. [ Sed ut emendandum ] scilicet quo ad futura: [ corrigendumq; ] quo ad præterita curetur ] postremo ne inferiores Prælati propter corrigendorum delictorum difficultatem desperationem labantur docet eos magis ardua, & difficiliora, quæ eorum modum, Viresq; excedunt ad Superiorem remittere. Nanq; superioris est distribuere, & comittere suis inferioribus causas decidendas, inferiorum autem est quæ modum, uires, animum, potestatesq; suas excedunt superiori referre, quod tam pro leuiori, quàm pro celeriori sanioriq; fit expeditione, ut optime in textu insinuat. S. P. qui secundam Prælatorum conditionem addens ait. [ Ipse uerò, qui uobis praeest non se existimet potestate dominante, Sed charita-*

Apoch. 1.

Iaco. 2.

contra Prælatos trãgressores.

Hyer. 12.

Secũda conditio Prælatorũ

te seruiente fœlicem.] postquam commostratum est in primis ad Prælatos pertinere. ne quid per negligentiam prætermittatur, Vt Regulæ mandata à subditis omni obseruentur sollicitudine, confestim additur quòd & si Prælatus potestatem habeat imperandi, & dominandi non ob id se fœlicem existimet. Sed quia ad seruiendum alijs in charitate est electus. adhoc enim quis gregi præficitur dominico, ut sit Pastor, & Vt Pastor ouibus suis ministret, pro illisq; animam suam ponat, quòd exemplo sui demõstrauit mundi Redemptor, qui semet ipsum in ara crucis obtulit pro omnibus hominibus. & in hunc mundum uenit non ministrari, Sed ministrare: Quisquis itaq; qui ita Præpositus est, ut in eo quòd Præpositus est gaudeat, & honorem suum quærat, & comoda sua solũ respiciat, hic non Prælatus, non pastor, Sed mercenarius, & latro uenit dicendus. hic non præesse, sed obesse uidetur; hic tandem non caleste præmium, Sed æternum inquirit, & expectat supplicium. & Adoniæ elato, & ambitioso meretur assimilari in culpa, & in pœna: quod ne Bonis Prælatis accidat totis Viribus prænotatum præceptum obseruare caueãt, quod tertium insequitur, siue tertia conditio. cum dicitur. [Honore coram uobis Prælatus sit uobis.] ac si patenter asserat. Prælatus sit Virtutibus omnibus comptus, Vt honore sit coram uobis, hoc est, ut iuste à Vobis honorari mereatur; Verum Vt Prælatus merito à subditis Honoretur his debet esse ornatus Virtutibus, Prudentia in agendo: Iustitia in administrando bonis præmia, & malis pœnas. Temperantia in suscipiendo, scilicet cũ animi moderatione omnia per tractando, Fortitudine deniq; in tollerando. hæ sunt Virtutes Cardinales, super quibus omne regimen tùm priuatum, tùm publicum, Velut super cardine hostium Vertitur, & ideo circumspectus Prælatus eas habere studeat; & iuxta temporum, locorum, personarumq; conditiones exercere debet. ac iugiter in omni opere animarum salutem attẽdere habet. Rursus optimus Prælatus, qui à subditis honorari cupit debet, Vt quas alijs sanett leges, sibi prius ferre: ob eam rem scribit S. Gregorius Romanorum Pontifex quisquis populi speculator ponitur in alto debet stare per Vitam, Vt possit prodesse per prouidentiam: Subditi Verò Prælatos suos honorare debent: tũ quia Christi Vices in Mon. gerunt, Vnde scriptum est qui Vos audit me audit, & qui Vos spernit, me spernit: tùm, Vt maledictionem euitent: nam maledictus est qui non honorat Patrem, hinc Canaã, et Nati eius æternam incurrerunt maledictionem: tùm ut suas euitent confusiones. nanq; scriptum est de decus filij, pater sine honore. tùm Vt diuina obediant scriptura nam dicitur si in medio fratrum rector illorum: eo pactò regem fouent, cõcomitantur, et omnia mundi entia Deum tanquã Vniuersi Principem magnificant, extollunt, & suo modo laudant. atq; benedicunt;

*Marginalia:*
ad quid Prælatus sit electus.
Tertia conditio Prælatorum.
quibus virtutibus debeat esse ornatus Prælatus, ut à subditis veneretur.
S. Greg.
quo subditi debent Prælatos honorare.
Luc. 5.
Gen. 9.
Ecclе. 3.
Ecclе. 10.

nedicunt: itaq; subditi sic humiles, sic obedientes, et sic reuerentes sint, et sicut bonos decet subditos, & Prælatos suos tùm honori, tum reuerentiæ habeant: etiamsi minus boni fuerint Prælati, nā præcipit seruator noster quæcunq; dixerint uobis seruate, & facite secundum aūt opera eorū no lite facere: sequitur deindè [timore corā Deo substratus sit pedib. uestris] in quibus uerbis quartā in mediū affert prælatorū conditionē: quæ est ut Deū timeant. nā & si omnes Deū immortalē timere debēt, Prælati tamen multò magis eius debent timere maiestatē, primo quoniā ipsi de subditorū reddituri sunt rōnē, ut testatur D. Pau. ipsi. n. uigilant quasi pro animabus uestris reddituri rōnē deinde Prælati ad suos subditos se habēt quemadmodū imperatores ad suos exercitus, quib. deuictis, ut castra expugnētur oportet ueluti in Saule insinuatur, quo interēpto totus penè exercitus periit. Tertio quia in die iudicij ante inflexibilis iudicis tribunal, querelæ, allegationes, clamoresq; subditorū eos, eorum ue negligētias iniustitias, rapinas, passiones, ac falsas sententias accusantes astabunt. Quarto deinde, quoniā ut in calce huius c. habetur Prælatus quanto in loco superiori, tanto in maiore periculo uersatur, & quanto splendore honoris quisq; celsior est, tanto si delinquat peccator maior est. Quinto quoniā tunc rectè timere Deū debemus quādo ipsum contra nos iratū esse cognoscimus. at uerò huius iræ signū est prælationis collatio, ut alibi testatur idem S. P. in nullo sentio mihi magis Deum iratū, quàm cum essem dignus poni ad remum, positus sum ab gubernandum. Sexto quoniam qui ad plura obligatus est, magis timore debet iuxta saluatoris dicentis, cui multum datum est, multum quæretur ab eo. His omnibus addatur quod ad multa plura tenentur præsidentes quàm subditi oportet enim eos esse exēplar bene institutæ; & obseruandæ uitæ. hinc Apost. scribit oportet Episcopum irrepræhensibilem esse, unius uxoris, uirum ornatum, pudicū hospitalem, Doctorem, non uinolentum, non percussorem, sed modestum, non litigiosum, non cupidum, suæ Domus benè præpositum, filios habentē subditos cū omni castitate. His igitur de causis optimè præcipit S. P. [timore corā Deo Prælatus noster substratus sit pedibus uestris,] ac si apertè dicat licet à uobis sit honorandus ipse Præsb. propter periculosū rē statū, in quo manet; timore Coram Deo affectus per mentis humilitatem uestris sit pedibus substratus: ita ut si superior sit honore, inferiorē se existimet timore. hinc scriptum est quanto maior es humilia te in omnibus: & iterū omnis qui se humilia, exaltabitur. & rectè quoniā tanto quis apud Deum est maior, quātohumilior est apud semetipsum: & hoc est quod iubet Sanct. Pat. in quatta conditione Prælati, cui quinta additur cū dicit [circa omnes seipsum bonorū operū præbeat exemplū.] Sicuti mulieres qliter se linire, et ornare debeāt in speculo intuētur, ita

Mat. 23

Quarta conditio Prælatorum
Cur Prælati præ cæteris Deū timere debeant.
Heb.

1. Thim. 3

Quinta conditio Prælato.

et ſubditi qualiter vivere debeāt in Prælato ſpeculari tenentur, & ſicut ab exēplo exemplata cōditionem ſuſcipiunt, ita & ſubditi quomodo rectè, caſteq́; vivere habeant à Prælatis debent addiſcere. Sed quo pacto Prælati ſubditos, ut boni ſint, monere poſſunt, ſi ipſi mali exiſtunt? & quomodo, ut rectè incedant, ſi ipſi tortuosè contendunt? ergo merito in hac quinta conditione iubet. S. P. ut Prælati circa omnes ſe ipſos bonorum operum præbeant exemplum; etenim ſicut alios ordine, ita et eos ſanctitate præcedere debent. quatenus eius exemplo diſcant ſubditi qualiter vivere debeant; quoniam ut poeta cecinit à bove maiori diſcat arare minor. Sed pro maiori evidentia huius conditionis annotanda ſunt omnia verba, & in primis quòd Prælatis præcipitur, ut ſe ipſos exemplum præbeant circa omnes, quoniam non uni viam bonam, alteri malam, ſed omnibus rectam oſtendere debent. Rurſus in hac dictione generalitatis & Deus, & Angeli, & cuiuſcunq́; generis homines includendi ſunt. Quoniam coram his omnibus bonus & apparere, & eſſe debet Prælatus: hinc Apoſt. Scribit ſed ſitis providentes bona non ſolum coram Deo, ſed etiam coram omnibus hominibus. Coram Deo, ut Prælati à Deo reprimantur, coram angelis ſanctis, ut de ipſis gaudium ſuſcipiant; coram Angelis malis, ut ab eis confuſi abeant. coram bonis hominibus, ut in bonis confirmentur operibus. coram autem malis, ut per eorū exemplum corrigātur, & emendentur: Hanc generalitatem Dominus mandavit cum in Evang. iubet lucernam poni ſuper candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo ſunt: nam per lucernam intelligitur bona, & exemplaris vita prælatorum, quæ eſt ſuper candelabrum hoc eſt in eminenti ſtatu poſita, ut. ſ. omnibus bonis, et malis luceat. Domus deniq́; totus mūdus eſt in cuius ſuperiori parte hoc eſt in cælo Empireo sūt beati, in media homines, & in infima angeli mali, & damnati. addit deinde ſe ipſum. hoc eſt ut alij boni ſint ipſe met Prælatus bonus exiſtat, ut benè ſua Reſpubl. gurbenetur ipſe ſe bene regat, & ut alij bene operentur ipſe omnis bonæ actionis cardo ſit, & origo: infert poſtea operum quoniam ſunt quidam, qui bene de mandatorum loquuntur obſervantia, ipſi vero obſervare negligunt; & hos Prælatura non decet, nam cōtra iſtos Dominus ait ſic luceat lux veſtra coram hom. ut videant opera veſtra bona, &c. non itaq́; ſatis ſunt bona verba, ubi opus ſunt facta. propterea ſcriptum eſt probatio dilectionis exhibitio eſt operis: annectit deniq́; exēplum. plerıq́; ſunt etenim qui à malo declinant, & bonum faciunt, ut videantur ab hominibus, & laudentur ab illis, & hi nō exemplum præbent ſed detrimentum: Ob eam rem præcipit D. Pau. Thim. ſuo dicens. exemplum eſto fidelium in verbo, in converſatione, in charitate; in fide, in caſtitate, dum venio attende lectioni, exortationi, & doctrinæ: etc.

Rom. 12.

Prælatus circa omnes & bonos, & malos debet ſe ipſum bonum exemplū præbere.

1. Thim. 4.

*ecce igitur quomodo gloriosus Apostolus commonefacit Prælatos, vt bonum exemplũ existant: quod pariter edocuit re idẽ S. P. qui in doctrina, in moribus, in sollicitudine, in sanctimonia, in regẽdis Eccl. in prædicationibus, in conficiẽdis operibus, & in omni bona, et sancta actione præclarum exemplũ fidelium extitit propterea, qui hoc sacrum Cano. profitentur, eumdem. S. P. imitentur: eiusuè præcepta obseruare Prælati studeant: quibus adhuc præcipit in sexta conditione, ut castigent peccatores. Sic enim inquit. [ corripiat inquietos. ] Inter monita salutaria Redemptoris nostri admodum saluturiferum videtur correctionis mandatum sæpissime in diuinis literis commendatum, ut in præcedentibus annotauimus, & quamuis illud adimplere teneantur omnes, Prælatis tamen magis conuenire videtur. Ob id non immerito in hac sexta conditio ijsdem Prælatis imponit, vt inquietos corripiant.: & notanter dicit inquietos. inquieti enim illi sunt, qui dediti vitijs vagantur, & in Dei fluctuant seruitio: & non modo adire portum salutis nequeunt, sed de prope naufragium expectant: nec mirum quoniam non in Petri naui, qua fides est, non ad fortem ancheram, quæ obseruantia mãdatorum est; neq̃ firma petra, qua Christus est, se inherent, Sed fluxibilia, quæritantes fundamentum firmum, & stabile contemnunt: quapropter sicut ille inquietus ẽ corpore, qui doloribus, et angustijs oppræssus locum non inuenit quietis, sic ille inquietus mente dicitur, qui stabili, immobiliq̃ bono non innititur, sed cor vagum, & super mundi vanitates habet effusũ; & de his loquitur. S. P. quod tunc corripiuntur, cum eorum cor rapitur à mundi vanitatibus per optima documenta Prælatorum: & ad sublimia, æternaq̃ vehiculo charitatis effertur, quod quidem sublime, ac meritorium officium Prælati ipsi nec negligentia, nec voluptuoso amore, nec timore, vel ignorantia; uel quauis alia illegiptima causa debent omittere: benè quandoq̃ possunt differre, vt comodum, oportunumq̃ obiurgandi tempus expectens: at cur potissimum inquietos obiurgandos præcipiat, & cæteros peccatores nequaquam: cum hoc in dubitationibus paulo inferius sit adnotandum in præsentiarum dimittetur. & ad septimam conditionem deueniendum, est quæ ita sonãt: [ Consoletur pusillanimes ] sicut in archa Domini erant virga, Tabulæ lapideæ, & manna suauissimum recondita, sic ad Prælatos non tantum spectat transgressores virga correctionis obiurgare, Sed etiã amenũ consolationis mãna perfectis, & optimis fratribus exhibere ea de re iure post correctionis cõditionem annectit consolationis officium præcipiẽs Prælatis, ut pusillanimes consolentur, ad quod quidem salutiferum officium multifariam concitantur Prælati in diuinis literis, præsertim cum dicat Apo. quòd præpotens Deus, qui est Pater misericordiarũ consolatur nos in omni tribu-*

*Sexta conditio Prælatorum.*

*Quid sit inquietus peccator.*

*Septima Prælatorũ conditi*

latione nostra: et quidem solamen nobis tribuit misit enim filium suum, qui deniq́, vt consoleretur nos obtulit semet ipsum in ara crucis, & à mortuis resurrexit, & in cælis ascendit, vbi pro nobis intercedit gemitibus inenarrabilibus. consolatur itaq́ Prælatus pusillamines, ut tam sibi, quam subditis merito proficiat, & utrorumq́ opportunè dignoscatur

*Octaua conditio Prælatorũ.*

saluti considere, tantiq́ Regni pares fiant possessores, cum D. P. qui octauam in medium afferens Prælati conditionem scribit. [ Suscipiat infirmos. ] Manna suauissimum pluere prosequens. S. P: propterea imponit Prælatis, vt infirmos suscipiant. hoc est vt eis compatiantur, & prout eorum exigunt ægritudines subuenire curent: verum, vt conditio hæc

*Triplex genus infirmitatis.*

illustrior euadat obseruandum videtur, quòd triplex est infirmitatum genus. vnum quod ad corpus tantum, alterum quod ad animam, tertiũ vero ad totum ex his partibus constans attinet. primi generis species sũt febres, fractura, vulnera, & his similia. secundi sunt superbia inuidia blasfemie, et cæt. id generis spiritus vitia. Tertij tandẽ su. t. Ira, Accidia, Gula, Luxuria, stultitia, neces hominum malorum, spiritum vexationes, & alia huiusm: & de hoc triplici genere infirmitatum loquitur. S. P. huiusmodi nãq́ infirmi inuisceribus compassionis sunt recipiendi. Primi enim medicamenta oportuna sunt ministrãda quod fa-

*Luc. 4.*

ciendum docuit seruator noster suo exemplo: Super singulos enim infirmos cuiuscunq́ generis manus imponebat, et curabat. quod pariter Prælati totis viribus facere habent, eis in victu, vestitu, temporeq́ refocillandæ complexionis dispensando. Secundi itidem generis infirmi sunt assumendi, vt in primis Prælati pro ipsis ieiunent, & rogent, quatenus ex ipsa pietate Deus tam grauia, & periculosa vitia ex eorum cordibus euellat, quoniã hæc sunt illa Demoniorum genera, quæ non nisi in oratione, & ieiuno expelluntur. Subinde ad confessionem, cognitionemq́ veritatis sunt inducendi, postmodum niti debent Prælati, vt depulsis vitijs oppositas illis virtutes in eorum mẽtem per sanam doctrinã, per exempla diuinæ scripturæ, & per crebros actus virtuosos inducãt. Tertij tandem generis infirmi, & ipsi sunt suscipiendi quorum saluti prius mentis, deinde corporis debent Prælati consulere. eosq́ ita in protectione, defensione, ac omni oportuna custodia recipere, vt ab aduersariorum incursibus nequaquàm lædantur: quod, ut commodius efficiant, ad memoriam reuocent præceptum dominicum videlicet pasce oues meas. quod sanè mandatum, qui dimiserit (vt cominatus est Dominus in veteri lege) pabulum fiet infernorum. Ob id Prælati hoc D. P. præceptũ

*nona conditio prælatorum.*

diligenter attendant. Pariterue quod sequitur. s. [ Patiẽs sit ad omnes ]. Mãna suauissimum cibum in hac lautissima mensa suæ Regulæ. S. P. à Prælatis manducandũ proponens iubet, vt patiẽtes sint ad omnes. nec

*mirum Prælatus nanq; qui Dei vicem gerit in terris si recte præesse, re ctéq; gubernare affectat, vt patiẽtia præditus sit oportet, quæ sane in animi fortitudine consistit. Sed quid est animi fortitudo nisi imobilis inter aduersa gloriosa animi claritudo, res arduas pulchrè administrans, quæ nec aduersis infestando frangitur, nec prosperis blandiendo eleuatur? igitur vt sint verè patientis Prælati hanc habeant fortitudinem, & vt commonefacit. S. P. ad omnes sint patientes .i. circa omnes causas pariunda impatientiæ sint cauti, ita ut non dignitatis celsitudine, non laborũ, & negotiorum distractione exardescant: uel sint patientes ad omnes .i. circa omnes, et quascunq; imminentes causas, eas quantumcunq; arduas æquo animo, placabiliq; vultu per tractantes, vel tertio patientes sint ad omnes .s. subditos quos iuxta ipsorum diuersas conditiones, et qualitates, debẽt sufferre, & reddere vnicuiq; quod suum est, ac in statera iustitiæ libere suas exercere actiones, quod clarius declarat in postrema Prælatorum conditione: inquiens disciplinam libens habeat, metuendus imponat, [ & quãuis vtrunq; sit necessariũ tamẽ plus à vobis amari appetat quã timeri, sẽper cogitans se pro vobis redditurũ esse rationẽ ] diuinarũ literarũ scrutatores attentissimi affirmãt disciplinã accipi tripliciter. primo quidẽ modo pro habitu morali iuxta quẽ sensũ dicere solemus hominẽ bonis moribus præditũ, benè disciplinatũ esse. Altero deinde modo pro actu pænitẽtiæ, sic ieiunia, uigiliæ, vestiũ asperitas, strati duritiés, fatigationes, et flagella quæcũq; siue à Deo, siue ab homine illata, disciplina nomẽ habẽt: de qua Dauid disciplina tua correxit me in finẽ: disciplina tua ipsa me docebit. Postremo pro ipsa accipitur correctione, de qua Salo: noli subtrahere à puero disciplinã: et ad hos tres sensus refertur hoc preceptũ; nanq; bonis moribus imbuere; pænitentijs, uel pro comissis, vel pro agendis meritis afficere, et corripere debet Prælatus. Sed ut in his inferẽdis disciplinis subditis Prælatus cõmodius agat, eis in primis quàm salutaris sit disciplina proponat. iuxta illud audi fili mi disciplinã patris tui: adijciat se etiã sub disciplina extitisse, & per eã ad Prælaturæ fastigiũ ascẽdisse: Subdat tertio quòd in inferẽdis secũdis, et tertijs disciplinis nõ odij, nõ liuoris, nõ uindictæ, nõ superbiæ, nõ cuiusuis ostẽtationis causa, sed demõstrãdæ beneuolentiæ gratia se dicat disciplinã exercere; et ita re ipsa faciat oportet iuxta saluatoris uerba dicẽtis quos amo castigo, et corrigo. addat quarto benè disciplinati hominis laudes, et præconia annectat quinto quòd qui de male actis in hac uita tẽporalẽ non capit disciplinã, in altero sæculo æternã patietur pœnã. sexto inducat quãtus propter modicas, et momẽtaneas, quas hic sustinemus, passiones, æterna erimus gaudia suscepturi, et quòd ad hæc eterna præmia peruenire nõ possumus, nisi per magnas tribulatione postremo ostẽdat disciplinæ leuitatem*

Fortitudo animi quid.
Tul. in Reth.

Decima Prælatorũ conditio:

Disciplina accipitur tripliciter

ps. 17.

pro. 23.

Quo ordine debeat incedere Prælatus in inferẽdis disciplinis.

pro. 1.

Apoch. 3.

quia Christus dicit iugum meum suaue est, & onus meum leue, & sic disciplinam libens habebit Prelatus; quia tunc libenter, & aquo animo subditi illam suscipient, & deniq; hoc pacto subditi sui lubens, & beneplacens Prelatus erit. uerum quoniam Prelatus & si discretus, dulcis, amanus, et misericors in exercenda misericordia esse debeat, nō tamē sic remiße ea uti diceat, ut contemnatur, ideo statim adijcit. [Sed metuendus imponat.] hoc est seruata pietatis mensura, sic uiriliter, sicq; strenuè disciplinam imponat, et iniungat Prelatus ut meritò sit ab alijs metuendus, ne (sicut superius astruxit S. P.) dum nimium seruatur humilitas, regendi frangatur authoritas. Itaq; duo hac amor, & timor subditorum in uero Prelato resplendeant. horum tamen praestantior est amor. iccirco subdit, [& quamuis utrunq; sit necessarium tamen à uobis plus amari appetat, quàm timeri.] utrunq; nimirum necessarium est primo quoniam timor peccatum expellit, amor uerò gratiam inducit. per alterum subditi peccata sibi cauent, & per alterum, qua sunt ad bonum regimen reipub. uehementius ministrant. per primum contemptus Prelati euitatur, & per secundum in regimine ipse perficitur, cum omnis perfectionis uinculum sit amor: praterea uerunq; est necessarium. secundum subditorum qualitatem. nam superbi, rebelles, & alati cum timore, cum rigore, & terrore, humiles uero cum mansuetudine, & amore sunt obiurgandi. Tertio utrunq; necessarium est secundum scilicet tēporis loci, & persona, & causa dispositionem; omnia enim tempus habent, quo fit ut interdum quis seuerè, & interdum misericorditer quis sit obiurgandus. Deniq; utrunq; necessarium est. quoniam utrunq; Christus, quem imitare debemus, faciēdum docuit. nam nunc de funiculis fecit flagellum ad eyciendos delinquentes de templo. nunc publicanum iustificauit in fano. nunc Iudam permisit suspendi, nunc latronem locari in paradiso. Miscenda est igitur lenitus seueritate faciendo quoddam ex utroq; temperamentum. ut subditi neq; multa asperitate exaltētur, neq; nimia benignitate soluantur. quod pariter commostrauit propheta cum dixit uirga tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Sed eiusdem rei rationem reddens in undecimo articulo huius secunda sectionis astruit [semper cogitans Deo se pro uobis redditurum esse rationem.] & hoc profectò iugiter cogitare debet, qui index est animarum. quia scilicet supra se iudicem habet Deum; cui in primis reddituri sunt rationem de rebus praciosissimis, ac pracellentissimis, nempè de animabus rationalibus ad summi Dei imaginationem creatis. subinde non de una, nec de omnibus solum communiter, uerumetiam sigillatim de singulis exemplo Saluatoris. Demum non pro comissis tantum, sed etiam pro ne gligente omissis pœnas luere habet. propterea S. P. dicit Prelatis quòd cogitent nō

**Amor, & timor ualde necessaria Prelatis.**

Ps. 22

aliquando non sæpe, sed semper se redditures esse rationem, et deniq; in calce capitis concludit cum nihil in hac uita periculosius sit, nihil diffici lius, nihil tandem laboriosius Præsidentis officio, quod subditi suorum Prælatorum misereri tenentur, quod sanè optimè facient si eis obedient. Ob eam rem inquit. [unde uos magis obediendo non solum uestri, sed et ipsius miseremini. qui inter uos quanto in loco superiori, tanto in periculo maiori uersantur:] & iure asserit [uestri:] nanque subditi in primis sibi ipsis obediendo miserentur, si iussa complent; quoniam sicut non obediendo peccant, & peccando in se ipsos crudeles sunt quoniam se ipsos odiunt, & qui diligit iniquitatem odit animam suam, & non tantum se ipsos odiunt, at etiam in seruitutem redigunt, & occidunt, cum enim peccatum consumatum fuerit generat mortem, & ideo obediendo suarum animarum miserantur; & deinde Prælatorum; per subditorum perindè obedientiam Prælati ab innumeris laboribus, difficultatibus, & periculis tam animæ quàm corporis liberantur [qui quanto in loco superiori, tanto in periculo maiori uersantur] & quidem in periculo maiori. quia ruina quæ de alto fit, grauiori casu colliditur. & ideo magna sublimitas magnam debet habere cautelam, honor grandis grandi debet sollicitudine circumuallari. cui plus creditur, plus ab eo exigitur. Ob eam rem subditi omnes Prælato compati magnopere debent; quia illi omnes crediti sunt, & de singulis redditurus est rationem Christo Iesu iustissimo iudici.

## DILVCIDARIVM IN DVBITATIONES sexti capitis Regulæ Sancti Patris Augustini.

QVAERITVR propter illa uerba, [præposito tanquam patri obediatur,] an superioribus obedire sit debitum.

Respondetur ex D. Thom. in 2.2.q.104. quòd utique debitum est secundum ordinem datum diuinitus. qui statuit inferiora subijci, et regi per superiora, quapropter per consequens est bonum, cū bonum consistat in specie, modo, & ordine secundum Aug. in l. de natura bo. cum autem inferiores superioribus multa debeant exhibere, inter cætera hoc est unum speciale, quod tenentur præceptis ipsorū obedire, ex quo sequitur quòd speciale obiectum obedientiæ est præceptum nō tantum expressum, sed etiam tacitum: uoluntas enim superioris quocun

D. Tho: De iure diuino inferiora subijciuntur superioribus.

D. Aug.

*que modo innotescat, est quoddam præceptum tacitum, et tanto uidetur obedientia promptior, quanto præceptum expressum obediendo præuenit uoluntate superioris intellecta, aduertendum tamen quòd in obedientia non debet esse superfluum, aut diminutum, tunc reperitur superfluum, cum quis obedit, cui non debet, & in quibus nō debet, tunc diminutū cū non obedit cui debet & in quibus debet.*

QVÆRITVR *propter eadem uerba, quænam sint illa, quæ potißimè Prælatis à subditis sunt exhibenda.*

*Tria sunt exhibenda Prælatis*

R*Espondetur ex Doctrina Di. Ant. in 4. s. t. 5. cap. 10. quòd tria debentur prælatis indignitate constitutis. Primo honor, pro ratione sublimioris gradus, omne enim mouens habet quādam excellentiam super id, quod mouetur, Prælatus autem cum habeat gubernare subditos, per consequens habet eos mouere in debitum finem, quia hoc est gubernare, sicut nauta gubernat nauim, Secundo illis debetur timor, ratione potentiæ, quam habent ad coercendum, & corrigē dum, Tertio debetur illis obedientia (ut supra dictum est) ratione gubernationis, per quam mouentur ad imperium, ideo Apost. scribit obedite Præpositis uestris; & obseruandum quòd etiam præpositis, & prælatis malis hæc tria sunt exhibenda, (in licitis tamen) non propter excellentiā uirtutis, sed propter excellentiam dignitatis, quia scilicet sunt ministri Dei.*

Heb. 13

QVÆRITVR *propter eadem uerba, an subditi teneantur in omnibus obedire suo Prælato?*

R*Espondetur ex Doctrina Io. Vig. in capit. 5. ff. 6. quod quilibet subditus obligatur tantum in licitis, & honestis, & in his ad quæ superiori potestas se extendit, et non in alijs, ex quo sequitur quid nullus homo potest præcipere actus purè interiores, cum non habeant super eos potestatem, nec poßit scire si ponantur, & per consequens non potest punire transgressores: actus uero interiores, qui habent ordinem ad exteriores, puta quia sunt imperatiui actuum exteriorum, (ut sunt contēplatio, et recordatio ad prædicationem) præcipere potest. Omnibus autem quæ uult Prælatus, non tenetur quis parere nisi innotescat ratio præcepti, sicut non tenetur uelle omnia, quæ Deus uult, sed solum ea, quæ uult & præcipit nos uelle: Diuus autem Anton. in 3. sum. tit. 16. ff. 9. aßignat ea distinctè in quibus non tenetur subditus suo Prælato obedire, et primo si præciperet contra Dei mandata, ut scilicet crimen occultum sibi reuelaret nō seruato ordine fraternæ correctionis, uel præter mādata, ut mendacium officiosum, in huiusmodi enim non tenetur obedire, Secundo si contra ordinationes ecclesiæ. ut quod non ieiunet die statuta ab ecclesia*

D. Ant.
Subditus in quibus non tenetur obedire Prælato.

*clesia: vel quòd celebret pro hereticis: Tertio si contra ordinationes suæ Regulæ, vel constitutiones: quarto si præcipit ea, ad quæ non se extendit prælaturæ authoritas: vt in interioribus puta si præciperet continuam attentionem ad orationes sibi iniunctas, vel quod manifestaret aliquod peccatum suum occultum, vel iterum confiteretur iam confessum peccatum: vel quod non loquatur superiori suo: vel quòd faciat contra ordinationes Prælati maioris. Quinto si præciperet vt ieiunaret; vel austeritates faceret contra Regulam non imponendo ei per modum pœnitentiæ, seu punitionis alicuius defectus, quia tunc teneretur: vt notat Hug. 20.9 laudabile tamen in huiusmodi obedire. Sexto si aliquid præciperet, quod habeat speciem mali, vt quòd nudaret se coram omnibus: Septimo si præciperet vt colligeret festucam de terra: vel aspiceret tota die aues volantes: quamuis laudabile esset in huiusmodi obedire: item addit quod Religiosi non tenentur Episcopis obedire: etiam in his, quæ non sunt contra Deum, & suum ordinem, secundum Guil. nisi saluis priuilegijs, & indulgentijs & constitutionibus suis: vnde si præcipiat prælato, quòd vadat ad Papam, vel Regem pro se, aut quòd recipiat commissiones in causis, aut alias commissiones testamentorum, aut huiusmodi non credo quòd tales teneantur obedire: licet possint Episcopi talia suis subditis demandare: & obseruandum quòd in omni obedientia sunt intelligendæ aliquæ conditiones, vt dicit glos. in cap. 2. de voto. prima si adsit possibilitas: Secunda, quòd sit rationabilis causa.*

Hug.

QVÆRITVR *propter eadem verba. an inter tria vota Religionis præemineat obedientiæ votum.*

RESpondetur *affirmatiue ex D. Greg. qui exponens illud primi Regum. 15. melior est obedientia quam victima inquit obediẽtia victimis iure præponitur, quia per victimas aliena caro, per obedientiam verò propria voluntas mactatur, vnde sequitur quòd obedientiæ uotum est præcipuum triplici ratione: prima quia aliquid magis offert Deo. secunda quia continet sub se alia uota. Sed non conuertitur: tertia quia propriè se extendit ad actus propinquos fini Religionis, qui est honor, & cultus Dei. Quapropter si quispiam absq; uoto obedientiæ voluntariam paupertatem, & continentiam, etiam voto seruaret; non propter hoc pertinet ad statum Religionis, qui præfertur etiam virginitati ex voto simplici seruata, ob id Diuus Pater Augustinus scribit in libro de virginit: nemo quantũ puto ausus fuerit virginitatem præferre Monasterio: & hæc idem confirmat Diuus Thomas in quolib. ter. quæstione quinta articulo secundo. post vero huius-*

D. Greg.

obediẽtia inter tria vota præeminet,

*modi uotum locum habet castitas. & tandem paupertas: & hac Ioan. Vig. in cap. 17. ff. s. n. 22. qua omnia accipit à D. T. 2. 2. qu. 186. Ar. 7. ad 4.*

*QVAERITVR propter eadem uerba an sit laudabile emittere uotum obedientiæ cum unumquodque opus bonum quanto liberius fiat; tanto uirtuosius esse uideatur.*

Necessitas in uotis nihil minuit de laude uirtutis.

*REspondetur ex D. Tho. in 3. l. cont. Gentil. c. 133. tripliciter ostendendo quòd uoluntas non cogatur per obedientiam. Sed prima ratio sufficiat uidelicet quod triplex est necessitas: prima ex coactione. secũda ex interiori inclinatione, tertia ex fine: prima tãdẽ uirtuosos actus minuit, & uoluntati contrariatur: Secunda uero nequaquam minuit, sed auget: & facit uoluntatem magis intendere in actum uirtutis. tertia similiter nec ipsa huiusmodi actum uirtuosum minuit: ut puta uidetur alicui nauis est necessaria ut transeat mare: hac enim necessitas libertatem nõ minuit: imo auget quasi necessarium ad finem. his positis dicitur quòd necessitas obseruandi qua quis uouit ex ordine ad finem; est necessarium uouenti hoc, uel illud agere, si debet uotum impleri, aut obedientia seruari, cum igitur hi fines laudabiles sint. utpote, quibus homo Deo se subijcit, necessitas prædicta nihil minuit de laude uirtutis.*

*QVAERITVR propter eadem uerba: an omnis inobedientia sit peccatum mortale.*

*REspondetur inobedientiæ, qua quis suo superiori, in his; in quibus subijcitur non obedit, si hoc fiat ex intentione non obediendi est peccatum mortale ex genere suo: quia iniuriam facit superiori cõtemnens eius præceptum: nam idem est contemnere præceptum, & nolle ex intentione obedire præcepto: sic enim patet, quòd præcepto nõ uult subdi, & intelligatur per præceptum, non tantum illud præceptum formale obligans ad mortale, ut cum dicitur in uirtute spiritus Sancti, & cæt. præcimus, & cætera; sed omne mandatum quomodocunque obligans subditum ad obediendum intelligatur quin etiam inobedientiam formaliter scilicet ex intentione: Aliter ueniale est ut pro re minima, siue ratione actus imperfecti: si uero non obediat non ex intentione non obediendi, sed ex negligentia, uel alia causa, tunc peccatum iudicandum est secundum materiam, circà quam existit, nam si circa præcepta Dei, uel præcepta formalia superiorum peccatur formaliter; nisi impotentia; uel causa sufficiens excuset: ex Arm.*

QVAERITVR propter illa uerba [corripiat inquietos:] cur S. P. tantum de inquietis hominibus obiurgandis faciat mentionem, & non de cæteris peccatoribus ut sunt superbi, auari, & huiusmodi.

REspondetur quòd iccirco hoc tantum peccatorum genus nominatur quoniam inquietudo directè opponitur beatitudini, nanquè beatitudo statum includit: unde Boetius eam esse statum omnium bonorum aggregatione perfectum diffinit, & Diuus hic Pater Augustinus illis nos frui asseuerat, in quibus uoluntas delectata conquiescit: Rursus inquietudo præ cæteris uitijs statum denigrat Monachorum. Ad Monachos enim pertinet solos, sedulosq; in cælo cõmorari, & sua non modo, uerum etiam, & proximorum peccata deflere: at uerò inquieti, Gyrouagi, qui curiositate exagitati secum consistere non possunt, Sed modo intus, modo extra, modo in portis cum extraneis, modo in locutorio cum fratribus, modo in horto, modò in hospitio, modo in plateis, modo in coquinis, modo in uisitatione mulierculárum, modo ut causam uagandi habeant in uisitatione infirmorum, in exigendis pecunijs, in sollicitandis litibus, in excolendis possessionibus, & in alijs innumeris, quæ ipsos uagos reddunt & ab ora[tion]e, deuotione, ac summi Dei contemplatione auertunt, se occupant, nempe tales muscis similes sunt, quæ ob earum inquietudinem modo super unũ residet, modo super alium uolitant; modo adire oculos, modo et intrare, modo per nasum etiam Imperatorum discurrere, & singulos molestare non desinunt. & ideo iure de corripiendis inquietis expressam B. August. fecit mentionem. His tertia ratio accedit. Quoniam hoc genus inquietorum hominum detestantur omnes. apud enim Romanos leuitas habebatur ludibrio. & in diuinis literis extolluntur iusti quoniam steterunt in magna constantia aduersus eos, qui se angustiauerunt. & econtra inquieti tanquam mali improperantur. & ideo Cayn uagus nuncupatur, & Diabolus circuire terram, & perambulare eam dicitur. propterea Salomon scribit inter sex quæ odit Deus, inquit quòd sunt illi, qui uelòces sunt ad effundendum sanguinem. nominans adhuc mulierem in meretricio ornatam ad perdendas animas uagam. Benè itque tantum de inquietis corripiendis sermonem habet.

Boet.
Contra inquietos.
Inquieti muscis assimilantur
Gen.
Iob.

QVAERITVR propter illa uerba [semper cogitans, Deo se pro uobis redditurum rationem] in quibus Prælatus redditurus est Deo rationem.

REspondetur quòd in multis: primò si regimen canonice consequutur est: uel per ambitionem, uel simoniam. Secundo si per se, uel alios edocuerit subditos suos. Tertio si bona ecclesiastica bene tra-

*ctauit, & monasterij iustè distribuerit. Quartò si plus de anima subditi, quàm de lacte, & lana curam habuerit. Quintò si uitia debitè correxerit: beatus ergo seruus ille, quem cum uenerit Dominus inuenerit ita facientem, hoc est fideliter, & prudenter gregem sibi comißum gubernantem.*

# DILVCIDARIVM IN SEPTImum & postremum cap. Reg. Sancti Patris Augustini.

DONET *Deus ut obseruandis hæc omnia, &c.] Postquàm sanctus P. in prælibatis capit. Sanxit præcepta ad sex Religionis status attinentia. tandem in hoc postremo mandata imponit ad postremum statum spectantia, qui dicitur status obseruantiæ: & duo facit, in primis commonefacit quomodo Regula hæc Sancta sit obseruanda, deinde quonam pacto huius sacri canonis transgreßores pientißimũ Deum misericordiarum patrem suppliciter exorare debent, ut delicta sibi dimittere dignetur. Primum in præhabitis uerbis. Secundum autem ibi [ubi autem quinq, &c.] in primis itaq, monens quomodo Reg. sit obseruanda inquit. [Donet Deus ut obseruetis hæc omnino tanquam spiritualis pulchritudinis amatores, & bono Christi odore de bona conuersatione fragrantes, non sicut serui sub lege, sed sicut liberi sub gratia constituti, ut autem in libello hoc, tanquam in speculo positis inspicere, ne per obliuionem aliquid negligatur semel in septimana uobis legatur, & ubi uos inueneritis ea, quæ scripta sunt facientes agite gratias Domino bonorum omnium largitori;] quæ uerba ueniunt secanda in tres articulos. primo nanque docet, pro obseruantia Regulæ quod patrocinium præpotentis Dei inuocandum est ideo dixit [donet Deus.] Secundo quod sectator huius canonis debet habere tres conditiones. quarum prima est quod sit spiritualis pulchritudinis amator: Secunda quod sit bono Christi odore de bona conuersatione fragrans. tertia non seruus sub lege, sed liber sub gratia constitutus. in tertio deinde articulo, qui ibi sumi ex ordium cum dicitur [ut autem uos in libello hoc, &c.] laudans itaq, Regulam, ipsamque speculum nominans, decernit legendam esse his tribus de causis, prima ne aliquid per obliuionẽ negatur. Secunda ut se grates Deo referantur. Tertia ut de omissis in regula doleat. Prima ibi cum dicit [ne per obliuionem.] Secunda, [& ubi uos.] Tertia. [Doleat de præterito.] Mandans igitur in primo art. ut pro obseruãtia regulæ sui*

*Sectio prima eiusq. diuisio in quatuor articulos.*

sectatores diuinum patrocinium deprecentur dicit [Donet deus vt obseruetis hæc omnia.] & iure quidem quoniam sine ipso factum est nihil, nec aliquid fieri potest: præterea Deus est seminale vitæ seminarium, sapientiæ principale principium. initiale bonitatis initium. & omnis salutiferæ actionis infallibilis origo, atq; infatigabilis cardo: Ob id fratres purgatis mentibus. gemitibusq; inerrabilibus vires à Deo postulet, quibus omnia, quæ sunt pro salute acquirenda demẽdata in hoc canone, ualeant integrè, perfectèq; seruare. Sed proh dolor multi sunt qui non solum hoc patrocinium non efflagitant, Sed etiam indiminutè, imperfectèq; seruare delectantur, & gloriantur. & hi non Monaci, Sed Demoniaci, non Religiosi, sed Demoniarchæ sunt appellandi, qui Demonum freti nequitia, vniuersa dirumpunt mandatorum vincula, & ruptis in omnium malorum ab eis agitantur deserto, in quo quasi lasciuens hircus in interitum præcipitantur. Hi quæso cogitent quàm magna, quàmq; execrabilis sit animorum iactura, cum suæ Religionis, & Regulæ uota minimè reddant: & ad memoriam reuocent quod de Religioso statu in societatem dilabuntur reproborum. & de Angelico fastigio cum demonibus in cruciatus ejciuntur æternos. Caueant itaq; fratres quòd sicut illorum professio est deifica, ita nõ sit actio illicita: & ne sint Religiosi amici. & professi neuè resistentes, vel repugnantes, vel contemptibiliter, quæ Religionis. sunt omittentes: Sed vt hoc melius exequantur. audiãt S.P. in secundo articulo dicentem [tanquam spiritualis pulchritudinis amatoris:] in quibus verbis insinuatur primo eorum conditio qui hanc Regulam uere profiteri exoptant uidelicet quod sint Spiritualis pulchritudinis amatores. Verũ vt hoc illustrius innotescat obseruandũ videtur quod spiritualis pulchritudo nil aliud est nisi virtus animi, quæ & ipsa nil perindè est nisi habitus mentis rationi consentaneus, siue mentis benè institutæ; tunc autem mens bene instituta esse dicitur cum ad instar optimi Regni bene instituti ratio rectè consulit, voluntas rectè imperat, & vires voluntati subiectæ benè, rectèq; obediunt, & hæc optima institutio dicitur, quæ ab ipsa efficitur virtute, nanq; virtus ea est quæ rationẽ illuminat; voluntatẽ inflãmat, & eã de vitiorũ seruitute ad præclarũ sublimat imperiũ. virtus memoriã imbuit, imbutã cõseruat conseruatã auget, auctã decorat, decoratã lætificat, lætificatã ad sũmi Dei imaginẽ, rerũq; omniũ similitudines ducit, ductã, irradiat, irradiatã ad ingẽ extollit cõtẽplationẽ: contẽplãtẽ uero oẽs obliuionis facit expertẽ, et expertẽ quoq; efficit capacẽ sũmi Dei. Quid plura? uirtus regnandi lex est, Regẽtis Reg. Regẽdorũ Norma; Præsidẽtiũ sceptrũ; iudicatiũ equitas; et oĩs Reip. Regimẽ: igitur huius spũalis pulchritudinis sint amatores qui mandata Reg. rectè adimplere cõcupiscũt: hoc cælesti decore sint præ

quid Spiritualis pulchritudo.

effectus virtutis.

*diti atq; hac animi virtute sint exculti, qui propensiores fieri exardescũt ad pracepta exequenda Sancti Patris: qui secundam conditionem inferens inquit [& bono Christi odore de bona conuersatione fragrantes:] bonus Christi odor bona fama est, qua ex bonis insurgit operibus. nam sicut ex cinamomo, balsamo, alijsuè praciosis, ac aromaticis rebus odor emanat, sic ex bonis hominum operibus bonus odor, bonaq; fama progeneratur: qui sunt odor bonus, in primis bonitatem eius, à quo proficiscitur indicat; perinde mirum imodum recreat, & reficit; Praterea, iuxta sapientis sententiam, ossa hoc est interiora impiguat. Deinde proficit bonis sed malis nequaq; propter eorũ indispositionẽ nequaquàm: Sed detrimẽtũ affert: hic itaq; bonus odor in Religiosis viris potissimum est necessarius qui ex optimis oriatur operibus non propter mũdi, ac hominum appalausum, Sed à Dei optimi maximi gloriam pro actis, quibus diuinum auxilium fauere dignetur: non enim tantum sufficit in suis operibus in Domino gloriari, Sed ut illis adsit diuina gratia implorandum est, cum opera nostra sint tanquam pannus mulieris menstruata: & hoc optime insinuat. S. P. cum nõ absolute dicat de bono odore: Sed de bono Christi odore ostendit itaq; in his verbis secundam conditionem sectatorum huius Regula, vt scilicet per bona opera ad Dei laudem facta sint bonus Christi odor: quemadmodum peccatricis vnguentum extitisse tradunt diuina eloquia; addit deindè [Non sicut serui sub lege, sed sicut liberi sub gratia cõstituti:] in diuinis literis inter seruum, et liberum hoc assignatur discrimen. nam seruus sub lege ille dicitur, qui coactè, timoreq; pœnè à lege illata, legis exequitur mandata, liber verò sub gratia ille nominatur, qui amore, liberèq; salutifera adimplet pracepta. quorum obseruatoribus aterna donantur pramia, quapropter. S. P. in quarto articulo tertiam assignans conditionem, simulq; pro obseruatoribus Regula libertatem supliciter à benignitate Dei expostolans inquit, quod mandata huius Sacri Canonis non sunt obseruanda à seruis, sed à liberis, hoc est nõ timore, sed amore non sicut serui qui quid faciunt ex quadam coactione & animi angustia faciunt. Sed sicut liberi ea libertate qua liberauit nos Christus. qui quod agunt liberè, & voluntarie agunt: non enim ex necessitate, nec ex tristitia seruiendum, aut sacrificandum est; Sed iocunde, ac voluntarie, hilarem namq; datorem diligit Deus. nõ igitur in Seruis Dei sit tristitia imperando, Sed hilaritas, qua Demones terret, labores tollerabiliores facit; atq; maximum incitamentum est, vt alij ad bene, beateq; viuendum conuertantur. hinc est quòd Dauid imperauit Dominum de calis laudandum esse in Tympano, & choro, in cordis, & organo, & in Cymbanis bene sonantibus: Sequitur deinde textus. [Vt autem in libello hoc, & cat.] postquam. S. P. in pralibatis articulis cõ-*

Marginal notes: *Bonus odor quid.* — *effectus boni odoris.* — *Ps.*

ditiones sectatorū huius Regulæ assignauit simulq́; deprecatus est Deū ut eas seruis suis donare dignaretur uidelicet quod mandata huius canonis obseruent; primo ut spiritualis pulchritudinis amatores, deinde ut bono Christi odore fragrantes, & tandem non ut serui, sed ut liberi. denique hac piētissima oratione sua absoluta, in hoc tertio art. (ut prælibauimus) regulam celebrat, semelq́; in ebdomada legendū imperat tribus de causis; & inquit [ut autem uos in libello hoc tanquam in speculo, &c.] laudans igitur hanc regulam speculum eam denominat. et id his de rationibus ni fallor, nā sicut in speculo, nos quales corporaliter sumus intuemur, sic qualiter spiritualiter uiuimus per canones istos dignoscimus. Deinde sicut cum speculo, quæ ad corporalem pulchritudinem spectant, componimus, sic quæcunque, quæ ad mentis pertinent ornamentum cū libri; huius obseruantia in anima aggregamus. Tertio quoniam sicut speculum ex plumbo, & uitro constat, ita spiritualis hominis uita ex duobus constat: a ex humilitate per plumbum, & ex utrisq; hominis integritate per uitrum significata per libellum hunc describitur. quarto tandem quoniam quæcunque in alijs duabus Regulis, et in sermone de Margaritis sparsim ediderat; in unum hoc in libello redacta tanquam in speculo possumus intueri; quem quidem sæpenumero inspicere debemus. Etenim inspectio ista quanto fiet crebior, tanto utique erit utilior, econtra quanto rarior, tanto periculosior. Quamobrem conari summopere debent huius Cano. obseruatores ab ipso non deuiare, nec ipsum quouismodo negligere; atque crebro quæ in eo continentur legere: uel saltem semel in septimana ut habet præceptum. S. P. cuius rei primam rationem insinuat inquiens ne per obliuionem aliquid negligatur. & iure quidem nā quæ ad salutem pertinent à memoria excidere non debent. propterea dixit Propheta memorabor iustitiæ tuæ solius. Verum ut hoc illustrius euadat obseruatione dignum est quod tres sunt potissimæ Sathanæ uirtutes, quibus de misellis animabus crebros reportat triumphos. obliuio scilicet, negligentia, & concupiscentia: ex obliuione negligentia, ex negligentia concupiscentia, ex concupiscentia ruina, & præcipitium oritur animarum; Hinc est quod S. P. inquit, ut semel scilicet ad minus in septimana Regula legatur; ne per obliuionem aliquid negligatur. omnes ergo qui ueram uitam ducunt religiosam, sic omnes suas potentias ab illicitis retrahant, sicque ad uirtutes impellant, ut si etiam dormiant non nisi Christum, & quæ Christi sunt cogitent; ne per obliuionem præcepta ipsa transgrediantur, & deinde transgressione facta iuste damnentur, propterea Iudei quater in die, & quater in nocte in uolumine legis legebant: & Pharisei Decalogum in fronte, & in brachio descriptum deferebant, quod pariter, & sectatores huius regulæ agere debent in-

Regula cur dicatur speculum

Prima ratio cur regula sit legenda.

Ps.

Quibus mediis Demon de hominibus triumphet.

*fronte hoc in memoria, & in brachio idest in operibus portantes. Verum cum nonnulli sint, qui ad huiusmodi Regulam legendam per seipsos pigri sunt, ob id non immerito S. P. addit [uobis legatur,] scilicet ab alijs ut nullum excusationis capiatis uelamen. quod uel in communi capit. uel in communi refectione, quando plures conueniunt congruentissimè fiet, sequitur deinde secundam rationem in medium afferens cur Regula sit legenda, [& ubi inueneritis ea, qua scripta sunt facientes, agite gratias Domino bonorum omnium largitori:] ac si patenter dicat ratio cur frequenter Regulam legere debeatis sit hac; ut scilicet cum inueneritis qua scripta sunt facientes non uobis id tribunatis, sed bonorum omnium largitori, qui uobis gratiam, qua in ea scripta sunt facienda, donauit. magnum quippe, & detestabile uitium est in omni genere munerum ingratitudo. Sed in donis spiritualibus omnino execrabile est. propterea ad gratiarum actiones Sacrosancta Ecclesia nos continuè excitat, & inuitat dicens, gratias agamus Domino Deo nostro. dignum, & iustum est nos tibi semper, & ubique gratias agere: & S. P. idem imponit in secunda ratione. quam tertia insequitur cum inquit [doleat de praterito, & caueat de futuro. orans ut ei debitum dimittatur, & in tentationem non inducatur.] Quatuor in hoc loco imperat Sanct. Pater, in primis ut si quispiam uiderit aliquid omisisse doleat de praterito; Subinde caueat de futuro; tertio oret ut ei omne debitum dimittatur quo ad omnia: postremo ne in tentationem inducatur quo ad ea, qua possent male comitti, in duobus prioribus proponit ea, qua ad ueram pænitentiam oportuna sunt nempe dolor de commissis peccatis, & propositum non ulterius peccandi; in duobus uero posterioribus claudens uolumen, insinuat quod Deus est qui peccata dimittit, & quod nos tuetur ne in peccatum labamur. Pænitentiam itaq; amplectentur in primis fratres, qua languores sanat, leprosos curat, mortuos suscitat, sanitatem auget, gratiam conseruat, gressum claudis, aridis copiam cacis restituit uisum. uitia fugat, uirtutes exornat; mentem deniq; munit, & roborat. Deinde ad orationem confugiant depracantes ut sibi debita dimittat Deus, et nec à tentatione uinci permittat: Sed potius liberet omnes à malo & culpa & pæna. Amen.*

Tertia ratio cur regula sit legenda.

Effectus pænitentia.

DILV-

# DILVCIDARIVM IN DVBItationes septimi & postremi capit. Regulæ Sancti Patris Augustini.

QVÆRITVR propter illa uerba, [& bono Christi odore de bona uestra conuersatione fragrantes.] cur D. P. Aug. inter cæteras conditiones ad sectatores huius Regulæ attinentes iubeat ut summam diligentiam adhibeant ad habendam, & tuendam bonam famam.

Respondetur quod ob id hoc imperauit propter eximios fructus, qui inde sequuntur; & horum primus est utilitas proximi: dicit enim glo. super illud prouideamus bona non tantum corã Deo, sed etiam coram hominibus. Crudelis est, qui famam negligit. sicut dicitur crudelis qui non curat alijs subuenire. Alter fructus est utilitas propria. quapropter in eodem loco dicitur, quod alijs misericorditer ministramus ad lucem, ad nostram quoq; redundat utilitatem. Tertius est amicorum consolatio unde Aug. qui nos amant, habent quod laudent in nobis, qui aut nos odiunt detrahunt nobis. Quartus est deuctio inimicorum. ideo D. Pau. scribit in omnibus præbe temetipsum exemplum bonorum operum, & paulopost, ut uereatur is, qui ex aduerso est nihil habens dicere de nobis. Quintus est diuturnitas perpetuæ laudis, bona nanq; fama etiam post mortem uiuit, ut scribit Eccle. bona uita numerus dierum. bonum autem nomen permanebit in æuo. Sextus est reuerentia diuini nominis, nam ut testatur D. Hyeron super illa uerba non solum coram Deo. inquit. Apostolus prouidet bona non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus, ne per illum nomen Domini blasfemetur in gentibus. Septimus deniq; est optima obseruantia erga Creatorem. qui (ut testatur Sacra scriptura) delectatur in odorem suauitatis, ideo in cant. dicitur odor uestimentorum tuorum scilicet bonorum operũ sicut odor thuris: qui non solum diffunditur in latum: Sed ascendit in altum. Sed obseruare hoc in loco non erit inutile quod multis modis erratur in hoc bono odore, nam secundum Vmbertum suntnonnulli qui bonam famam paruifendunt. Alij, qui propter confidentiam bonam famam negligunt. Quidam, qui eam ex negligentia amittunt. Multi qui & si in uno loco relinquant bonam famam, in alijs malam. & denique alij qui & si in parte redolent quo ad aliqua

Vtilitates eximiæ, quæ ex bona fama sequuntur.

Tit. 2

Eccle. 41

Cant. 3

fronte hoc in memoria, & in brachio idest in operibus portantes: Verum cum nonnulli sint, qui ad huiusmodi Regulam legendam per seipsos pigri sunt, ob id non immerito S. P. addit [uobis legatur,] scilicet ab alijs ut nullum excusationis capiatis uelamen. quod uel in communi capit. uel in communi refectione, quando plures conueniunt congruentissimè fiet, sequitur deinde secundam rationem in medium afferens cur Regula sit legenda, [& ubi inueneritis ea, quæ scripta sunt facientes, agite gratias Domino bonorum omnium largitori:] ac si patenter dicat ratio cur frequenter Regulam legere debeatis sit hæc; ut scilicet cum inueneritis quæ scripta sunt facientes non uobis id tribuatis, sed bonorum omnium largitori, qui uobis gratiam, quæ in ea scripta sunt facienda, donauit. magnum quippe, & detestabile uitium est in omni genere munerum ingratitudo. Sed in donis spiritualibus omnino execrabile est. propterea ad gratiarum actiones Sacrosancta Ecclesia nos continuè excitat, & inuitat dicens, gratias agamus Domino Deo nostro. dignum, & iustum est nos tibi semper, & ubique gratias agere: & S. P. idem imponit in secunda ratione. quam tertia insequitur cum inquit [doleat de præterito, & caueat de futuro. orans ut ei debitum dimittatur, & in tentationem non inducatur.] Quatuor in hoc loco imperat Sanct. Pater, in primis ut si quispiam uiderit aliquid omisisse doleat de præterito; Subinde caueat de futuro; tertio oret ut ei omne debitum dimittatur quo ad omnia; postremo ne in tentationem inducatur quo ad ea, quæ possent male comitti, in duobus prioribus proponit ea, quæ ad ueram pænitentiam oportuna sunt nempe dolor de commissis peccatis, & propositum non ulterius peccandi; in duobus uero posterioribus claudent uolumen, insinuat quod Deus est qui peccata dimittit, & quòd nos tuetur ne in peccatum labamur. Pœnitentiam itaq; amplectentur in primus fratres, quæ languores sanat, leprosos curat, mortuos suscitat, sanitatem auget, gratiam conseruat, gressum claudis, arides copiam cæcis restituit uisum. uitia fugat, uirtutes exornat; mentem deniq; munit, & roborat. Deinde ad orationem confugiant depracantes ut sibi debita dimittat Deus, et nec à tentatione uinci permittat: Sed potius liberet omnes à malo & culpa & pœna. Amen.

Tertia ratio cur regula sit legenda.

Effectus pænitentiæ.

DILV-

# DILVCIDARIVM IN DVBItationes septimi & postremi capit. Regulæ Sancti Patris Augustini.

QVÆRITVR propter illa uerba, [& bono Christi odore de bona uestra conuersatione fragrantes.] cur D. P. Aug. inter cæteras conditiones ad sectatores huius Regulæ attinentes iubeat ut summam diligentiam adhibeant ad habendam, & tuendam bonam famam.

Respondetur quod ob id hoc imperauit propter eximios fructus, qui inde sequuntur; & horum primus est utilitas proximi: dicit enim glo. super illud prouideamus bona non tantum corā Deo, sed etiam coram hominibus. Crudelis est, qui famam negligit. sicut dicitur crudelis qui non curat alijs subuenire. Alter fructus est utilitas propria. quapropter in eodem loco dicitur, quod alys misericorditer ministramus ad lucem, ad nostram quoq; redundat utilitatem. Tertius est amicorum consolatio unde Aug. qui nos amant, habent quod laudent in nobis, qui aut nos oderunt detrahunt nobis. Quartus est deiectio inimicorum. ideo D. Pau. scribit in omnibus præbe temetipsum exemplum bonorum operum, & paulopost, ut uereatur is, qui ex aduerso est nihil habens dicere de nobis. Quintus est diuturnitas perpetuæ laudis, bona namq; fama etiam post mortem uiuit, ut scribit Eccli. bona uita numerus dierum. bonum autem nomen permanebit in æuo. Sextus est reuerentia diuini nominis, nam ut testatur D. Hyeron super illa uerba non solum coram Deo inquit. Apostolus prouidet bona non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus, ne per illum nomen Domini blasfemetur in gentibus. Septimus deniq; est optima obseruantia erga Creatorem. qui (ut testatur Sacra scriptura) delectatur in odorem suauitatis, ideo in cant. dicitur odor uestimentorum tuorum scilicet bonorum operū sicut odor thuris: qui non solum diffunditur in latum: Sed ascendit in altum. Sed obseruare hoc in loco non erit inutile quòd multis modis erratur in hoc bono odore, nam secundum Vmbertum sunt nonnulli qui bonam famam paruipendunt. Alÿ, qui propter confidentiam bonam famam negligunt. Quidam, qui eam ex negligentia amittunt. Multi qui & si in uno loco relinquant bonam famam, in alÿs malam. & denique alÿ qui & si in parte redolent quoad aliqua

Vtilitates eximiæ, quæ ex bona fama sequuntur.

Tit. 2

Eccli. 41

Cant. 3

bona, tamen quo ad aliqua male olent, quos omnes defectus detestatur S.P. in sectatoribus suis.

QVAERITVR occasione illorum uerborum, [ne per obliuionem aliquid negligatur.] cur Sanct. P. assignans primam causam cur Regula semel in ebdomada sit legenda, utatur dictione ista negligatur.

REspondetur ex D. Ant. in 2. p. 5. t. 9. c. 3. quia negligentia pertinet ad torporem circa praecepta scilicet diuina, & humana, at cum in hoc sacro Can. mandata tradantur, quae à sectatoribus Regulae D. Au. debent obseruari ideo optimè dicit quod semel est in septimana legenda ne per obliuionem negligatur. Additur deinde ex eodem Doct. quia negligentia consistit in interiori defectu actus uoluntatis, qui est electio ut optimè testatur Isid. in l. Ethim. inquiens quod negligens dicitur quasi nec eligens. at obseruare mandata pertinet ad actus interiores uoluntatis, ob eam rem non immerito dicit. ne per obliuionem negligatur: Rursus si latius consideretur negligentia in ipsa includitur pigritia, desidia, inconstantia, torpor, & omissio. quae omnia contra mandatorum obseruantiam insurgunt. Ob id iure dictione illa utitur scilicet negligatur.

Isid.

Negligens quid.

QVAERITVR propter illud, [& intentationem non inducatur.] de qua tentatione loquatur S.P.

REspondetur praenotando quòd quinque sunt quae tentant, diuersimode tamen uidelicet Deus, homo, caro, mundus, & diabolus. Deus tentat non ut decipiat, nec ut aliquid circa creaturã adsciscat, sed ut bonum, uel malum occultum ipsi tentato, uel alijs patefaciat primum manifestum euadit in Abraamo. Secundum autem in Philippo Apost. cui dictum est unde ememus panes ut manducent hi, nec opponitur D. Iac. Auth. dicentis Deus neminem tentat. nam intelligitur quòd non tentat ut decipiat, uel peruertat. uel ut interpretatur D. P. noster neminem tentat inducendo intentationẽ, uel secundum Ven. Bed. neminem tentat interiori tentatione, ex qua concipitur malum. Sed bene exteriori, quia flagellat. Vel iuxta D. Th. neminem tentat ad sciendum quod ignoret. Secundo tentat homo, Deum scilicet & caeteros homines: Deum quis tẽtare dicitur, multipliciter. Primo cum permittit facere quod ex se potest, ad pericula euitanda, & subsidia tẽporalia perquirenda solum ad auxilium diuinum respiciens. quod prohibet Dominus dicens non tentabis Dominum Deum. Deinde quis Deum tẽtat uerbis, cum in oratione aliquid iniustum, et inhonestum petit, siue tẽporalia spiritualibus anteponit, uel scorpionẽ, aut lapidem, aut serpẽtẽ petit uelut uxor Zebedi, quae Dominum exorauit, ut filij sui ad sinistram sederẽt,

Quinque tentatores.

Primus tentator Deus.

Gen. 22

Io. 6

Iac. 1

Bed.

D. Tho.

Secundus tentator hom.

Quot modis tentetur Deus ab homine.

Deut. 6

Tertio Deus tentatur factis cum per ea, quæ facit experimentum summere intendit diuinæ sapientiæ sibi uel potestatis, uel pietatis: sic Zacharias signũ ab Angelo petiit pro filio nascituro, & Iudæi signũ de cælo petebant, ad probandã diuinitatẽ Christi. Quarto tentatur Deus in potẽtia. cũ quis põt humanis medijs periculis obuiare expectat effectũ diuinæ potestatis. Sicuti legitur de Iuda Mach. qui etsi posset declinare certamẽ nihilominus comites se Deo, cũ paucis bellũ iniit. Quinto Deus tẽtatur in sapientia. quãdo quis insulsus, uel ineptus se se exponit ad prædicãdũ, uel disputandũ cũ Hereticis, uel infidelibus, sperans sibi à Deo infundi scientiam. Postremo deniq; tentatur Deus in bonitate cũ quis petit sibi peccata dimitti; ipse tamẽ non remittit iniurias. His igitur modis homo Deũ tentat. quod sanè grauissimũ peccatum est, & iuxta Diui Tho. Doctr. opponitur religioni, quia cum finis uirtutis religionis sit Deo reuerentiã exhibere, tũc omnia illa, quæ pertinent ad irreuerentiam Dei Religioni opponũtur. pertinet aũt ad irreuerentiã Deũ tentare, nullus .n. præsumit tentare eum, de cuius excellentia præsumit. Tẽtat deinde homo cæteros hominis uno modo persuadendo, ideo D. Parens noster inquit si fratri tuo mala persuades occidis. s. animam eius quantum est ex te, altero modo tentat persequendo, in cuius figura habemus quòd Ismael persequebatur Isaac: tandem tentat homo pessimis exemplis alios ad malum inducẽdo, quæ tentatio humana pariter peccatum mortale est. Insuper tentat caro. i. concupiscentia carnis cum iudicium rationis peruertit, aut impedit. de qua Iac. Apost unusquisq; tentatur à concupiscentia sua, & obseruandum quòd caro dicitur tentare instrumentaliter, uel materialiter in quantum. s. potest cognosci qualis sit homo ex hoc uidelicet quòd sequitur, uel repugnat concupiscentijs carnis, & hæc tentatio similiter secundum D. Ans. in P. S. t. 6. c. 13. semper est peccatum, quia omnis appetitus animæ inordinatus est peccatum, sed motus carnis, qui est ex apprehensione delectabilis est actus, & appetitus animæ inordinatus. quia ipsa anima est, quæ inordinatè mouetur, & appetit, licet mediante carne: sed si motus carnalis insurgeret ex calefactione corporis sine imaginatione aliqua est purè naturalis, nec habet rõnem peccati; & adhoc potest cooperari Diabolus sua uirtute. Quarto tentat mundus. i. homo mũdanus. Siue bona ista sensibilia mundi, quæ alliciunt appetitum ad sui affectũ, & Diabolus eis utitur ad tentandũ, tanquam magna bona, unde cũ bonum sit illud, quod trahit appetitum ad sui amorem cum aliquid boni sit in istis sensibilibus (licet minimum respectu spiritualium bonorũ) non attendens homo ad uera bona sensibilibus se immergit, ea amans uel inquantum delectabilia, ut cibos, & uenerea; uel inquantum utilia, ut diuitias; uel inquantum honesta, ut honores, & reuerentias, quæ exhiben-

Luc. 1

1. Mach. 9

Gal.

Tertius tentator. Caro
Ia. 1

Tentatio q̃n est quando q̃ nõ est peccatum.

Quartus tentator mundus.

tur in testimoniũ uirtutis, et hæc tentatio inducit ad peccatũ quando ut testatur D.P. noster per illa meliora deseruntur. Quinto, et postremo tẽtat Demon, cuius est propriũ tentare, & ad hoc mouetur triplici de causa, ex malitia, superbia, & inuidia; ex malitia quia cũ Deũ odio habeat quærit auertere homines à seruitio Sancto eius; ex superbia quia sicut Deus hẽt Angelos in determinatis officijs ad salutẽ hominũ. Sic Demones propter suã ipsorũ superbiã determinãt sibi certos ministros ad impugnationẽ hominũ, ex inuidia deniq̃, nã Demones saluti hominũ inuidẽtes, profectũ eorũ per tẽtationẽ impedire enitũtur. Hæc Diabolica tẽtatio cæteris periculosior est, primo quia tẽtat de omni crimine, ut manifestè euadit apud D. Mat. de spũ imũdo assumẽte secũ septẽ alios spũs nequiores. Secũdo tẽtat ex omni latere: uidelicet ante, & retro; sursũ, & deorsũ, a dextris, et sinistris. ob id scribit D. P. ut exhibeamus nos sicut Dei ministros p arma iustitiæ à dextris, et sinistris. Tertio quia tẽtat in omnibus sẽsib. exteriorib. uisu, odoratu, auditu gustu, & tactu. Quarto tentat in omni tẽpore, s. à principio usq̃ ad finẽ uitæ: postremo quia tẽtat in omni loco, in cælo, paradiso, et in terra. Hãc aũt uniuersitatẽ tẽtatiõis declaratur à Io. in Apo. in septẽ capitibus Draconis. Ob id nõ immerito cæteris tẽtationib. periculosior, de qua potissimũ intelligit can. Di. Aug. & si de secũda, tertia, et quarta posset similiter interpetrari, suauior tamẽ, et magis cõsona D. P. scopo uidetur esse prima expositio. pro qua, singulisuè omnib. q̃ huc usq̃ in dilucidationẽ huius Reg. allata fuerũt, in primis D.O.M. sit gloria semper, qui lumẽ gratiæ suæ mihi cæcutienti largiri dignatus est. Laus itide Deiparæ Virgini, q̃ me sua uiduitatis indumẽta in hoc mari magno deferẽtẽ ad tutũ perduxit portũ. Diuo insuper Aug. Pat. piẽtissimo honor, qui mihi sui can. sectatori sanctissimus pracib. sociũ se adiũgere uoluit. Vobis deniq̃ sub hac eadẽ Reg. ad putatẽ instructus præconiũ, qui hæc qualiacũq̃ sint, à fratre uestro, etsi omniũ minimo, benigne recipere non indignũ existimastis, quod sanè uos iure fecisse reor; quãdoquidẽ singula, q̃ hucusq̃ prælibata sunt à grauissimis, atte ntissimisq̃ uiris primũ emanasse. & post modũ à me pro uiribus, et minimo tẽporis interuallo in unũ collecta fuisse pro cõperto habeatis uelim. Sed ne quidpiã prætermisisse uidear, quod ad eiusdẽ sacra can. dignitatẽ faciat, ob eã rẽ antequã extremã imponatur manus, quasdã rõnes in mediũ afferre nõ inutile censui; cur. s. Reg. hæc in septẽ sit capita distributa, & harũ Prima, quia ut in frõte Dilucidarij primi capitis prænotauimus septẽ esse dicuntur status Sãcte Relig. quorum cõditiones distinctè in eadẽ Reg. insinuãtur. Secunda deinde rõ quoniã septẽnarius numerus in sacris, et humanis literis uniuersitatem designat; at qui in hoc sacro can. uniuersa præcepta, ac monita salutaria ad Religiosos maxime facientia traduntur, ut intuenti

Quintus tentator Demon.

Tentatio Demonis periculosior est.

Mat. 12

2. Cor. 6

Apoc. 12

Rationes cur Regula D. Aug. in septem capita secernuntur.

Ratio prima,

Ratio secunda.

*luce clarius manifestum euadit, quod autē sacer hic numerus huius repræsentet uniuersitatē cōplura Sāctorum uolumina id cōprobare uidetur & in primis diuinæ Ioānis Euāgelistæ reuelationes, ibi nanq; excutiens dilectus Discipulus quod iugiter in cœlis à spiritib. beatis laudatur Deus septē laudis genera cōnumerat inquiēs. Benedictio, et claritas, et sapiētia & generum actio, honor, virtus, & fortitudo Deo nostro in secula seculorū. Amē. Rursus insinuās Aelectorē catū innumerū, septē se uidisse candelabra aurea asseuerat, in quorū medio Angelus cū septē stellis existebat. Insuper recēsens persecutiones, quas passura est sposa Christi, inmēsasq; tētationes Demonis, scribit se inspexisse Draconē capita septē habentē. Paulus deinde Apostolus, declarās quòd uerè Deū diligētes à quopiā tētatore nequaq; possunt superari, septē tētorū genera cōmemorat, et inquit quis nos separabit à charitate Christi? Tribulatio, an Angustia, an Fames, an Nuditas, an periculū, an persecutio, an Gladius? Redēptor noster quin & aperiens quod per sacramēta à cūctis peccatis liberamur septē sacramēta instituit, cōtra omnia peccata, siue infirmitates, q̄ ad septēariū rediguntur numerū, præcipiēs adhuc quod proximo nostro semper benefaciamus tā in his, q̄ pertinent ad corpus, quam in his, quæ attinent ad animā, ob'id septē pietatis corporalis officia, et septē pietatis sp̄ualis instituit, cum itaque sacer hic numerus uniuersitatem insinuet, cunque in hoc diuino canone cuncta præcepta ad ueram Religiosorum uitam facientia tradantur, iure in septem capitul. distributus est. His accedit ratio tertia: nā huiusmodi numerus certè nunquā satis laudatus, numerus Dei est, sicuti numerus senarius numerus creaturæ appellatur; hinc habetur quòd Diuinæ scrip. eloquia tradunt omnem creaturā in sexta die cōpletā fuisse, creatorē uerò septima die requieuisse ab omni opere, quod patrat illūq; diem benedixisse, et santificasse. at cū Regula hac tātum diuina doceat; ad Deum ascendere cōmostret; & quomodo Religiosi uiri rebus diuinis inseruire debeat cōmonefaciat non immerito in numerū diuinū secatur. Cæterum inter singulos numeros nullus unquam inuentus, quem celebratissimi humanarum rerum scrutatores tanti fecerint, summisq; præconijs ad cœlum euexerint, sicuti est septennarius. Pithagorici nanq; Virgini Victoriæ ex Iouis capite sine matre exortæ eum assimilabant, cum nec numerū gignat, nec à numero gignatur. Alij uero uocabulorum proprietatum studiosi numerum absolutum dixerunt; cum uniuersa eo absoluantur, & perficiantur. nam omne corpus actuum tres habet dimensiones, longitudinem, latitudinem, & altitudinem, nec non, & quatuor fines, nempe punctū, lineam, superficiē, & solidum ex quibus compositus perficitur septennarius. Nonnulli tandem ipsum perfectiuum, & armonicum asseuerant. quia ambas æqualitates includit. superficialem per triangulū iuxta ternarij cognitionem, & solidam per*

Numerus septennarius uniuersitatem insinuat.

Apoc. 7

Apoc. 2

Apo. 12

Rom. 8

Gen. 2

Ratio quarta.

Opinio Pithag. de numero septennario.

Num. sept. est absolutus.

Num. sept. ambas æqualitates includit.

cubū iuxta familiaritatem, quam habet cum quaternione : ex ternione autem, & quaternione fit septennarius: qui sanè numerus cum ijs laudibus ab antiquis celebretur philosophis, æquum videtur etiam, vt à nobis extollatur in hac suauissima Regula. Hanc rationem quinta insequitur. nullus nempè numerus est, qui ita inseruiat homini, qui tantam ei afferat vtilitatem, qui deinde ad sui amorem, & desideriū eumdem excitet hominem, vt septennarius numerus. Primo cælum ipsum septem circulis cinctum conspicimus, quorum nomina sunt hæc. Arcticus, Antarcticus, Tropicus, Solstitialis, Tropicus brumalis, Equinoctialis, Signifer, & insuper lacteus; nam (vt habent sapientes seculi) Orizens nosterū est accidens; quatenus quisq; aut acutè cernit; aut è contra; sensu circumquaq; protendente se vlterius, aut citerius. Rursus septem sunt planetæ erratica dicta, quæ septem in hæc inferiora operātur, nempè Tranquillitates, Serenitates, Nubilationes, Procellarum violentias; Fluuiorum inundationes; Eorumdem diminuitiones; & deniq; cāpos stagnare, aut contra squallere faciunt. Vrsa præterea, quæ nautarum deductrix dicitur, ex septem constat stellis: Huc accedit Pleiadum chorus ex septem itidem stellis absolutus, quorum emersus, & occultationes magnorum comodorum causa fiunt omnibus hominibus; Quorum sensus sunt septem accedente ad eos organa uocis, et postrema ui genitali. Partes verò corporis humani si quis externas, & internas examinet septenas inueniet. externa nanq; sunt Caput. Pectus, Humerus, Venter, Manus geminæ, ac Pedes. Intestinæ autem stomachus, cor, Pulmo, lien, Iecur, & Renes duo. Insuper caput septem instrumentis maximè necessariis vtitur, geminis Oculis, totidem naribus; Septimòq; ore per quod mortalia intrant; exeuntq; imortalia vt dicit Plato. Vocis quoq; mutationes in septennium cadunt: datur nanq; uox accuta, grauis, circumflexa, asperia, lenis, longæ, & breuis septimo, Item per visū omnium sensuum præstantissimum septem indicantur scilicet, Corpus Distantia, Figura; Magnitudo, Color, Motus, Status; & præterea Nihil. ab eodem sensu septem corporis animaduertuntur motus: videlicet Sursum; Deorsum, Dextrorsum, Sinistrorsum, Prorsum, Retrorsum, & in orbem. Adhuc eodem numero subijciuntur corporis excrementa. nam ex oculis promanant lacrimæ; sicut per ambas nares Purgationes capitis: per os saliuæ. insunt etiam geminæ cloacæ per quas deriuantur superfluitates corporum. Altera Antica; Postica altera. Sextum est per totum corpus sudoris profluuium. Et naturalissima seminis effusio per membra genitalia. Acuti quoq; Morbi corporum septimo fermè die indicantur: Sicuti septimestris Partus vitam insinuat. His omnibus accedit quòd hominis optima ætas septem septenijs perfici-

Ratio quinta.

Cælum septem cingitur circulis.

Septem planetæ septem operātur in hæc inferiora.

Vrsa ex septem stellis.

Sensus hominis Septem.

Partes corporis. 7. tam externi, quam interni.

Caput septē instrumentis utitur.

Vox septē habet mutationes. Oculus septem indicat. & septem motus videt.

Excremēta corporis septem.

Acuti morbi septimo die indicantur.

*tur, & eulauditur. primũ etenim septenium rationem absoluit, quãdo quidem puer iam idoneus est interpras vsitatorum nominum, & verborum. Secundum ad summam perfectionem perducit nimirum ad potentiam progenerandi sibi similem. Tertium incremẽti finem donat; Quartũ est in causa ut augumentum roboris consequamur. Quintum tempus nuptiarum expostulat. Sextũ vim intelligendi maturat. Septimum autem efficit ut mens se ipsa melior, auctiorq́ euadat, necnon ut homo maiori ex parte affectibus prædomatis sibi proponat vitæ optimum, ac falicem finem. cum itaq́ hominibus adeo inseruiat numerus hic frequentatissimus, consentaneum erat similiter, vt etiam viris iterum Christo sub Regula D. Augustini consecratis, prasto esset. Ob eam rem iure in septem sectiones partita est Regula hæc sancta. Deniq́ ut rationes concludamus addendum videtur quia nullus numerus habetur, in quo tot misteria operatus sit Deus ad nostam spectantia salutem, sicuti in septennario: in primis nanq́ diei septimo benedixit, ipsumq́ sanctificauit: & in eo ab omni opere quod patrarat quieuit. Septuaginta, & septem generationes ad Adam Terrestri, vsq́ ad calestem ordinauit. in septem bobus pinguibus, & in septem alijs macilentibus fertilitatem, & inopiã Egypty commostrauit. Septem diebus azimos panes à Iudeis comedendos esse imposuit. septem item diebus consecrandas fore manus Aaron, & filiorum eius imperauit. Septem adhuc diebus immundam se conseruare subsit mulierem post masculinum partum. Septem agnos imaculatos offerendos statuit in odorem suauitatis. Septem vicibus aspergendũ esse sanguinem vitulæ ruffa contra fores trebernaculi ordinauit. in mense septimo opus seruile vetuit, ac semptem agnos imaculatos sacrificandos mandauit. solemnitatem tabernaculorum celebrãdam per semptem dies destinauit. Septem vicibus cum septem Tubis clangentibus circundandam voluit ciuitatem Ierici. Septem mensibus Archam Sanctam in manus Philinistorum dimisit. Septem Angelos ante faciem suam astare testatus est Raphael Thobiæ: Septem filios dedit Iob. cuius quo septem diebus sederunt amici. Septem columnas excidisse sapientiam inquit sapiens. Septem mulieres hoc est semptem dona spiritus sancti apræhendisse virum vnum idest Christum scribit Esaias. quod pariter fatetur Zacharias quando super lapidem vnum septem conspexit oculos. Septem fratres Machabeos pro lege passos legimus: semptem panes multiplicatos, ex quorum fragmentis semptem sportas impletas fuisse tradit Matheus. Septem ecclesiæ primarios Diacones fuisse fatentur Apostolici actus. Septẽ Ecclesiis sacras reuelationes testatus est Discipulus dilectus, in quibus septem Angelos, septem candelabra, septem lampadas ardentes; Septem signacula, septem cornua, septem spiritus, septem tubas.*

Partus septimestris.
Homo septem septenijs perficitur.
Ratio sexta.
Gen. 2.
Luc. 3.
Gen. 4.
Exo. 12.
Ex. 29.
Leu. 12.
Leu 23.
num. 19.
num. 29.
Deu. 16.
Ios. 6.
1. Reg. 6.
Thob. 12.
Iob. 1. 2.
Pro. 9.
Esa. 4.
Zach.
2. Math. 7.
Mat. 15.
Act. 21.
Apo. 1.
Apo. 3.
Apo. 4.
Apo. 5.

Apo. 16. septem tonitrua, septem milia hominum nomina; septem capita, septem Angelos habentes septem plagas nouissimas, septem phialas, septem montes, & tandem septem Reges commemorat; Hinc est quod ecclesia Sancta Dei. Septem Dominicas (quasi pompa funeris) celebrat ante Dominicam passionis sui dilectissimi sponsi. Septem horas canonicas decantat & tandem insinuat septem tantum verba in cruce Redemptorem nostrum dixisse, quæ in spiritu audiens propheta Sanctus. Sepies in die Deum laudasse fatetur: quin potius idem pientissimus seruator noster in septē horis (vt habent Euangelistæ Sancti) omnia salutis nostræ misteria cōsumauit. Nocte enim (vt ordinatè incedamus) in numeris apparentibus signis nascitur, orat, traditur, et vt latro cū gladijs, ac fustibus capitur, atq; ducitur: omne exhibet patiētiæ exemplum Quid plura? nocte ipse, qui erat via, veritas, et vita terræ, caliq; patratur, obrobrijs falsorū testiū saturatur, alapis à seruis caditur, vt falsus propheta illuditur puerili ludo, à Discipulis deseritur; à Petro negatur; et tandē corpus eius in sepulchro quiescit: Animaq; in inferno alligato sathana cū deitate parat educendā Pradā. Mane quod est hora prima in conciliū ducitur Iudeorum; falsa contra eū quæruntur testimonia; veritatis professio iudicatur blasfemia, falsis opprimitur accusatoribus, Pilato traditur, et ut quibusdā placet à mortuis resurgit. Hora uerò Tertia accusatur, Herodi mittitur: ab Ipso, et sua coherte spernitur, à quo etiā illusus in ueste alba ad examē Pilati remittitur, clamoribus Iudeorū crucifiggitur, in pratorio Pilati flagellatur, et spiritū sanctū mittit, ob id Ecclesia canit Nunc sancte nobis spiritus. Caterū Hora sexta iudicatur, cōdēpnatur, conspuitur, illuditur, spinis coronatur, arundine caditur, crucē sibi baiulans egreditur, felle, et aceto potatur, cū scelleratis cōputatur, blasfematur, irridetur, tenebris corporalibus occasus veri solis ostenditur. Rursus Hora nona matrē consolatur, clamans, et inuocans Patrē moritur, velū Tēpli scinditur, Terra mouetur, petra diuiduntur, Monumēta aperiuntur, Cēturio confitetur, alij sua pectora tōdētes reuertuntur. Insuper Hora vespertina lāceæ latere perforato ex vulnere sanguis, et aqua egreditur. Sero demūq;, quod est hora cōpletorij cœnās cum Apostolis cœnā legalē, sacramētalē instituit, Apostolorū pedes lauat, et extergit lintheo, eis prædicat, pro ipsisq; patrē orat, ad locū proditionis properat, tristitiā suā manifestat, trinā orationē emittit, factus in angonia guttas sanguinis defluētes interrā Fudit, de cruce deponitur, aromatibus cōditur inuolutus sindone, sepulchrū lapide grandi clauditur, signatur, custoditur, atq; vallatur. Cū igitur tot, tantaque salutis misteria Deus noster in hoc numero fuerit operatus, merito in septem capita Regul. hac sancta partita est. cuius sacri canonis obseruatores septem consequētur Beatitudines, quas nobis concedat Deus, cui sit ingiter gloria, Amē.

Ps 118.

In septenationis seruator noster omnia salutis nostræ misteria consumauit.

Hora prima.

Hora secunda.

Hora tertia.

Hora quarta.

Hora quinta.

Hora sexta.

Hora septima

FINIS.

# INDEX DILVCIDARII
## REGVLAE B. P. AVGVSTINI


A

Alphabetum cōtra mulieres 83

Anima quotidianā indiget refectione 103

Appetens officium annexum curæ animarum peccat 80

Affectus impudicus plurima generat mala 68

Augustinus laudatur 15

B

Bona duplicia 29

Bona temporalia in duplici discrimine 81. quandoq; dimitenda 161

Bona monasterij 37

C

Celebrans ante mattutinum peccat 52

Cogitatio in triplici gradu 84

Codices quibus semper dimittendi 106

Charitas quatuor modis destruitur 87. propria communibus anteponit 97

Christus quomodo nos dilexit 116

Comunio quadruplex 27

Concubitus coniugalis uerecundia non caret 86

Confitentes peccata mitius puniendi 76

Conditiones eorum qui infirmorū curæ deputantur 102

Conditiones Prælatorum à car. 122 usque ad 129

Correctionis conditiones, & ordo à car. 71. usq; ad 76

Correptio duplex 85 Quomodo potest differri 88. Quomodo omnis obstringit ibid. quotuplex 87. quomodo est præceptum affirm. ibid.

D

Damasus Pa. diuinum off. determinatum instituit 42

Damnati, et Demones quo modo diligendi 26

Delicationibus mitius indulgendū 61

Delictum fratris quādoq; prius Prælato insinuandum ante correctionem 73

Dilectionis spiritualis effectus 115

Diligenda quatuor 25

Deus quomodo diligendus 23 omnia uidet 69. summam in puniendo ostendit sapientiam. ibid.

Diuisio Regulæ in 7 cap. 27. et cur in 7 capita diuidatur 144

Diuites in seculo duo possident 31

Detestatio contra asserentes religiosis non esse necessarias medicinas 97. Contra simulantes dolentiā ibi. Contra pauperes superbos 47. Contra dicentes professos sub Re-

gul. D. Aug. nō posse habere proprium 95 contra superbiam
Disciplina triplex 129
Doctrina infidelium deseruit Theologia 107
Disputatio triplex 109

E

Ejectus è Religione quandoq; recipiendus 93
Epilogus Reg. S. Aug. 14
Episcopus olim regularis non de obligatur à uotis, nec à cerimonijs religionis, nec potest condere testamentum 35. Nec uotum emittere sine licentia Papæ 59
Excommunicatus tenetur ad persoluendum diuinum officium 52
Excomunicato Regulari debent dispensari bona monast. 36

F

Festuca quid in diuinis literis 111
Fortitudo animi quid 129

H

Horæ canonicæ à quibus debent persolui 50 cur sint institutæ ibid. possunt præueniri, & retardari 51 debent dici ab excomunicatis 52; quis peccet eas dimittendo 50
Habitus exterior ex multis culpabilis 61 80. Quandoque inducit professionem 78

I

Ieiunium debet esse temperatū 43 cum toto homine ibid. Quis sit immunis à ieiunio 56 in ieiunio potest fieri dispensatio 57
Ieiunium triplex ibid. Quot modis uitietur 58. Quomodo obseruandū ibi Quando est reiterandū ibi.
Ieiunans assimilatur Christo 59
Indumenta, & ornamenta animæ 96
Inuidia quādoq; ueniale peccatū 61
Impudicus aspectus plura mala generat 68
Irasci quadrupliciter contingit 103
Infirmitatis triplex genus 128
Inquietus peccator quid 127
Inferiora superiorib. subijciūtur 131

L

Laus D. Aug. 15
Laus psalmorum 54
Laus pudicitiæ 70
Lectio in mensa 44 45
Libri cur petendi 103. 107
Litis duplex genus 110. eiusdem mala 111

M

Misericordia quid 46
Magistrādus prius debet scire huma. lit. 108
Magister sufficiens potest cathedram appetere 79
Mulier inter omnia obiecta peccandi rationem præbet 83 amittens uirginitatem quomodo bigamū facit 85 corrupta quandoq; uirginitatem non amittit ibid.

N

Numerus septennarius nobilissimus inter omnes numeros, et frequentatissimus apud humanas & diuinas literas. 145

O

Odium duplex 117
Officium diuinum tempore D. Aug. non erat determi

natum 42 in omni officio lauda tur Deus 51 officium consuetum quandoq; mutari potest 52. de ip so cantando non habetur praeceptum 55
Offensio triplex 117
Offendens quomodo tenetur satisfacere 118
Officium Prælati circa Reg. 122
Officium subditorū circa Reg. ibid.
Obedientia inter uota praeminet 133
Obedientia duplex 119. perfecta in genere 120. quot modis uioletur ibi.
Organorum pulsatio licita, & quando inceperit 55
Orationis genus duplex 40
Oratio duplex 53
Ordo Canonicorum Regularium 16
Ordo Eremitarum, ac eiusdem ordinis undecim cōgregationes 16
Ordo Gradimotensis ibid.
Ordo Pramostratensis 17
Ordo milita Sancti Io. Bapt. ibid.
Ordo Templariorum ibid.
Ordo Cruciferorum 18
Ordo Prædicatorum ibid.
Ordo Seruorum ibid.
Ordo Brigidinorum ibid.
Ordo Canonicorum Sanct. Sal. 19
Ordo Canonicorum Lateran. ibid.

P

Præcipio nō semper in diuinis lit. obstringit 20
Professio tripliciter potest emi ti 14
Proximus quis, & quo diligēdus 22
Prælatus in duob. pōt dispensare subditos 30. non in uotis substātialibus 35. uota subditorū reuocare 60 nō pōt cedere dominio subditorū 94 pōt conditionatā licentiā dare subdito ingrediendi mitiorum religionē 93 quib. uirtutibus debet esse ornatus 124 in ipso debet resplendere amor, et timor 130 tria sunt ei exhibenda 132
Prælati conditiones decem 122. ad quid electus, officiū, prudētia 102 præcepta quomodo obseruanda 42. lites dirimere 113
Prælatus, & præpositus quid 120
Peccata quomodo denuncianda 89
Placere hominibus propter Deum est meritorium 79
Psalmi cur decantandi in ecclesia 53
Pulchritudo spiritualis quid 139
Petulantia quid 71

Q

Quadraginta religiones sub D. Aug. Regula 15

R

REGVLAE tres editæ à D. Aug. 13 14
Regulæ æthimologia 14
Regula triplici de cā legēda 320 321
Regula irritatur à confugientib. ad seculares 75. cur sit partita in septem capita 144 usq; ad 148
Religiosi seculares in continentia possunt dispensari 36
Religiosi debent semper orare 39. nō possunt sine prælati licentia uenire 59 associati debēt incedere 63 105 omnē impudicitiam cauere 67 in omnibus irreprehensibiles esse 64 sine habitu incedētes peccant 77 nō possunt audire lectiones sine habitu 78 cur debent simul ambulare 80 in denūcian-

do sufficit sibi unus tantum testis 90 possunt uti balneis 105 et medicamentis 106

S

Sententia excommunicationis contra quid proferatur 91
Scientia Sancta 103
Superfluum duplex 37
Signa famulorum Dei 101
Subditi quomodo corripiendi 75 quomodo debent Prælatos honorare 124 qua debent ipsis prælatis exhibere 131 & in quibus non tenentur obedire Prælatis 132

T

THeologus de congruitate tenetur scire ius canonicũ 108
Trabs quid 111
Templum onerandum 41
Testes in quadruplici discrimine 90
Tentatores quinq́ 142 143
Tentatio Demonis cæteris periculosior 144

V

VSus duplex 36
Vouere nõ põt religiosus 59
Veritas triplex 81 & quandoq́ tacenda ibid.
Visus ad peccandũ excitat 87 tria habet præ cæteris sensibus
Virtutis effectus 137
Vtilitas bona fama 141

## ERRATA.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Ostendidit 21 | lin. 8 ostendit | Deinde 23 | 8 Deinde |
| Fiatres 23 | 12 fratres | Maumethus 17 | 13 Solimanus |
| Deus 23 | 39 Deum | Nanquam 25 | 13 nanq́ |
| vnam 28 | 2 vnā | habitetes 28 | 3 habitetis |
| homuncio 28 | 25 homuncius | Cætum 30 | 1 cœtu |
| vnicunq́ 30 | 8 io. vnicuiq́ | vmnibus 30 | 27 omnibus |
| patent 32 | 21 putent | Mandatuam 32 | 21 mandatum |
| Per 33 | 20 Pater | Eandem 37 | 11 eadem |
| Ad 37 | 17 at | hoc 38 | 37 hoc |
| Exaudari 41 | 31 exandiri | fœlicissimam 48 | 29 fœlicissimam |
| Emaris 80 | 28 Emaus | tadit 59 | 36 cadit |
| videre 59 | 7 uideri | prodat 71 | 28 prodeat |
| vnusque 72 | 36 vnusquisq́ | imprimis 61 | 14 in primis |
| reformatione 77 | 18 reformatione | Quinq́: 77 | 20 quiq́ |
| item 77 | 1 ite | Christus 79 | 2 Christi |
| frmasé 86 | 12 formale | libere 88 | 20 liberare |
| Oberut 90 | 31 oberunt | Præpositus 101 | 31 Præpositus |
| vitatis 102 | 23 usitastus | sориditate 104 | 31 sorditate |
| ingrediens 94 | 12 ingrediendi | permane 97 | 2 permanet |
| condamnetur 98 | 20 condemnetur | obseruandi: 136 | 13 obseruetis |
| tentorum 145 | 12 tentatorum | patrat 145 | 27 patrarat |

MARE MA-

2

# MARE MAGNVM FRATRVM SER. B. M. V.

*Annotationibus illustratum, aliisuè præstātissimis indultis, quæ in eodem Mari Magno desiderabantur, collocupletatum.*

Quibus omnibus adiiciuntur singula priuilegia quatuor ordinibus mendicantium concessa.

*Declarationes aliquot ad priuilegia, et indulgentias maximè facientes.*

Bulla confirmationis eorundē priuilegiorū, & Breue declarationis mēdicātiū. A Pio. V. æditū.

M. F. S.

*Benedicam Dominum in omni tempore.*

# INCIPIT MARE MAGNVM FRATRVM SERVORVM Beate Mariæ ſemper Virginis

*IN nomine Domini amen. Nouerint vniuerſi et ſinguli preſentis litteras ſiue preſes publicũ transũpti inſtrumẽtum lecturi, quod nos Petrus de Vicẽtia* Dei, *et apoſtolicæ ſedis gratia Epiſcopus Ceſenatis domini noſtri Papæ, et eius camerarij, nec nõ curiæ cauſarũ Cameræ apoſtolicæ auditor, Romanæq; curiæ, ac appellationũ, & reclamationũ in terris S. R. E. mediatè, uel immediatè ſubiectis interpoſitarũ iudex ordinarius, ac sẽtentiarũ, et cẽſurarũ in Romana curia latarum executor.* Ad *Reur. patris magiſtri* Antonij *Alabãthi de Bononia ſacræ Theologiæ profeſſoris fratrũ ſeruo.* B. M. *ordinis S. Auguſt. Prioris Generalis inſtãtiã, et requiſitionẽ oẽs. et ſingulos ſua comuniter, uel diuiſim intereſſe putãtes, eorũq; procuratores, ſi qui erant in Romana curia pro eiſdẽ, quoſq; infraſcriptũ tãgit negociũ, ſeu tãgere poterit quomodolibet in futurũ.* Ad *ui dẽdũ, et audiendũ quaſdã litteras apoſtolicas ſanctiſsimi in Chriſto patris, et domini noſtri, domini Innocẽtii diuina prouidentia Papæ. 8. cõfirmationis indultorũ, ſeu priuilegiorũ dicti ordinis, nec nõ innouationis, declarationis, et extẽſionis eorumdẽ, eiusq; ueras bullas plũbeas in filis ſericeis rubei, croceiq; colorũ more Romanæ curiæ impẽdẽtibus, plũbatas, ſigillatas, et munitas produci, et exhiberi, nec nõ trãsumi, & exẽplari, & in pubicam tranſumpti formam redigi mandari,*

Reuerendiſsimus hic Pater Antonius Religionem Seruorum annis. 10. ſapientiſsimè gubernauit. Singula priuilegia antea eidem Religioni elargita in vnum collegit, & ab Innocentio (cui erat cariſsimus) approbanda curauit, à quo demũ hoc MARAE MAGNVM obtinuit: diem uerò obiit Vigleueni diœceſis mediolan. 1495. die octaua decembris.

*auctoritatemq; ordinariam, et decretum dictæ curiæ vt moris per nos tanquam iudicem ordinarium Romanæ curiæ interponi, vel dicẽdum causam si quam haberent rationabilem, quare permissa minimè fieri debeant allegandum per ædictum publicum ( vt est moris ) tempore vacationum, citari mandauimus & fecimus ad certum peremptorium terminum competentem, videlicet ad diem & horam infrascriptas, quibus die & hora aduenientibus comparuit in iudicio coram nobis præfatus Magister Antonius de Bononia* Prior *Generalis antedictus quandam citationis per edictum publicum papiri cedulã in audiẽtia nostra per ædictũ publicũ huiusmodi affixam, lectam, signatam & sigillatam. Alterámq; inibi debitæ executioni demandatam representauit. Citatorumq; in eadem contentorum non comparentium, neq; huiusmodi diei termino in aliquo satisfacere curantium contumaciam accusauit. Ipsosq; contumaces reputari, & in eorum contumacia quasdam literas apostolicas prænominati sanctissimi domini nostri, domini Innocentij diuina prouidentia* Papæ VIII. *confirmationis, roborationis, innouationis, declarationis, & extensionis, indultorum, seu priuilegiorũ ordinis antedicti* MARE MAGNVM *nuncupatas, eiusq; veras bullas plumbeas in filis sericeis rubei, croceiq; colorũ more Romanæ curiæ impendẽtibus sigillatas & bullatas, sanas, integras & illesas, non vitiatas, non cancellatas, neq; in aliqua sui parte suspectas: sed omni prorsus vitio, & inspectione carentes exhibuit, atq; produxit: quas transumi, & exemplari, ac in publi-*

*cam transumpti formam redigi mandari, auctoritatemq́ ordinariam dictæ curiæ decretum per nos interponi debita cum instantia postulauit. Nos tunc Petrus de Vicentia auditor præfatus dictos citatos non comparentes reputauimus merito, id exigente iustitia contumaces: & in eorũ contumacia ad dicti Magistri Antonij Prioris Generalis eiusdem ordinis instantiam huiusmodi litteras apostolicas de ipsius manibus ad manus nostras recepimus, vidimus, tenuimus palpauimus, & diligenter inspeximus: & quia illas sanas, integras & illesas non viciatas, non cancellatas, neq́ in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus vitio & suspectione carentes repperimus, ipsasq́ per prouidum virũ magistrum Iacobum quentinoti, publicum apostolica & imperiali auctoritatibus, dictæq́ curiæ, Notarium infrascriptum transumi et exemplari, ac in publicam transumpti formam redigi, ac de verbo ad verbum debitè collationari, & fideliter ascultari mandauimus & fecimus: Quarũ quidem litterarũ tenor sequitur, & est talis.*

INNOCENTIVS *Episcopus seruus seruorum dei, ad perpetuam rei memoriam. Apostolicæ sedis intuitus, & sinceræ deuotionis affectus, quem ad beatissimã Dei genitricem* Mariam *semper* Virginem *gloriosã, omnium gratiarum ac virtutum meritis ornatã gerimus: equidẽ mentẽ nostram super gregẽ dominicũ, nobis licet immeritis diuina dispensatione comissum, excitant & inducunt, vt cultores vineæ domini sabbaoth, apostolicis gratijs specialius*

*persequamur: qui sub precipuo eiusdem gloriosæ Virginis Mariæ, titulo militantes diuino cultu intendũt, ac piæ vitæ studio vacant. Et quoniã professores fratrũ Ser. B. Mariæ, ordinis S. Augustini, a primeua ordinis sui constitutione domino disponente: & quasi diuinitus, ex ore infantiũ serui Mariæ vocati, ob eius quidẽ reuerentiã hunc deuotũ titulũ semper coluerũt. Ac etiam ob memoriam passionis eiusdem, in morte quam filij sui domini nostri Iesu Christi sustinuit: nigrum, et mestitiæ quippe habitum eligentes sibi deputarẽt. Sub quibus profectò, & seruitutis titulo: et mœroris habitu sacer ordo præfatus: sic a suis primordijs plantatus in agro dominico laudum incrementis (diuina cooperante clementia) successiuè profecit in ecclesia Dei, & inter alia plantaria dominica puritate conuersationis, exercitio euãgelicæ prædicationis, dono, scientiæ, virtutũ nitore, & vitæ sãctitate dignoscitur specialiter insignitus, propter quæ ipsos in agro prædicto, cultores, idoneos non immeritò reputamus: messem ex cultu huiusmodi afferentes gratissimam creatori. Gloriosissimæ dominæ nostræ Virginis Mariæ deuoto intuitu, & præmissorum obtentu ordinem prædictum a pluribus Romanis Pontificibus, prædecessoribus nostris approbatum, speciali fauore prosequi proponentes, & intendentes quod idem sacer ordo sedis Apostolicæ gratia continuo irroratus, maioribus semper Deo tribuente,* Beata Maria seruorum suorum patrona, *intercedente consurgat, & dilatetur augmentis, vt ea, quæ pro diuini cultus, & religionis eorumdem*

*Ordo Seruorum diuinitus à pueris lactentibus nomen suscepit, & in memoriam passionis B. M. quam in morte vnigeniti filii sui substinuit nigrum habitum defert.*

*Romani pontifices, qui primò Religionẽ Seruorum approbarunt, extiterunt. Alexander quartus. Benedictus xi. Clemens Sextus. Vrbanus Sextus & Bonifacius octauus.*

*fratrum increméto, animarumq́ salute a predecessoribus nostris Romanis Pontificibus prouidè facta sũt sublatis ambiguitatibus, quæ exindè noscuntur emersisse in sua firmitate persistant, nostri ministerij partes interponimus efficaces. Dudum siquidem a felicis recordationis; Alexandro* IIII. *Benedicto.* XI. *Clemente.* VI. *Urbano.* VI. *Bonifacio.* VIII. *Ioanne.* XXII. *& Martino.* V. *Romanis põtificibus predecessoribus nostris emanarunt: litteræ tenorum subsequentium.*

Generali Seruorum subiectos potest corrigere, & eamdem prouinciam aliis demandare:

ALEXANDER IIII. *Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filiis Generali, Priori fratrum Seruorum Sanctæ Mariæ ordinis Sancti Augustini. Salutem, & Apostolicam benedictionem. Deuotionis tuæ precibus benignum impartientes assensũm, tibi, tuisq́; successoribus auctoritate præsentium indulgemus, vt tu iidemq́ successores, ceteros priores, & fratres seruorum sanctæ Mariæ ordinis sancti Augustini vobis subiectos: iuxta eiusdẽ ordinis instituta corrigere, ac alia circa eos, quæ ad vestrum spectat officium, exercere: & ea aliis vestris fratribus committere ad hoc idoneis, quotiens expedierit, liberè valeatis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei auso temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis* Dei, *& beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Anagniæ, Idus Maij Pontificatus nostri anno quinto.*

ALEXANDER IIII. *Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filijs Generali & cęteris prioribus, ac fratribus Seruorum sanctę Marię, ordinis sancti Augustini, Salutem & apostolicam benedictionẽ. Religionis vestrę meretur honestas, ut vos speciali gratia prosequẽtes, votis vestris fauorabiliter annuamus. Hinc est quod nos uestris supplicationibus inclinati, auctoritate uobis presentiũ indulgemus, ut illorum corpora, qui apud loca uestra elegerint sepulturam in eorum locorum cimiterijs sepelire libere ualeatis; salua tamen iustitia illarum ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrę concessionis infringere, uel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, et Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursum. Datum Anagnię. Kalen. Aprilis. Pontificatus nostri anno quinto.*

*Fratres Seruorum sepellire possunt in suis cimiteriis quoscunque apud ipsos sepulturam elegerint, at cum huiusmodi indultum à quibusdam irritaretur post concilium Tridentinũ Pius quintus in bulla confirmationis priuilegiorum mendicantium iterum aprobauit hoc pacto. nec non mortuorum corpora associare: & illa per fratres ipsos quando in ecclesiis suis prefatis delata fuerint, etiam absq; presentia Rectorũ ecclesiarum huiusmodi sepelliri facere, ac officiũ mortuorũ huiusmodi peragi posse.*

BENEDICTVS XI. *Episcopus seruus seruorum dei. Dilectis filiis Generali, & uniuersis Prioribus, & fratribus seruorum sanctę Marię ordinis sancti Augustini. Salutem & apostolicam benedictionem. Dum leuamus in circuitu oculos nostros, & gregem dominicum nobis licet immeritis diuina dispositione cõmissum undiq; iuxta pastoralis officii debitum contemplamur uigilem, quantum nobis ex alto permittitur curam libenter impendimus, ut cultores uineę Domini Dei sabaoth, sic cultui salutis intẽdãt,*

*quod eadem vinea palmites diffusos extendens, salutarium producat fructuum ubertatem. Et licet erga singulos cultores huiusmodi personas, uidelicet ecclesiasticas, apostolica sollicitudo uersetur, erga tamen uiros religiosos, qui contemplationi cœlestium mundanis relegatis illecebris piæ uitæ studio sine intermissione desudant, eò propensiorem nos decet diligentiam adhibere, quo ipsi pro religionis fauore sunt amplius apostolicis presidijs confouendi. Sanè uos qui ordinem sancti Augustini per sedem apostolicam approbatum profitemini & seruatis, & deuotionis affectu, quem geritis ad beatam Mariam Virginem gloriosam assumptis uobis uocabulum ab eadem, uos seruos eiusdem Virginis humiliter nominando, dictumq; ordinem sancti Augustini, nihilominus iuxta pias, & honestas institutiones uestræ regulæ, in honorem ipsius uirginis æditas laudabiliter seruastis hactenus & seruatis, ac vobis per specialia priuilegia dicta sedes indulsit, quod celebrare possitis capitulum generale, ac in eodem capitulo Priorem vobis Generalem eligere, qui in fratres vestri ordinis correctionem, et alia quæ ad suum spectãt officium liberè ualeat exercere, quodq; ad sepulturam possitis recipere illos, qui apud loca vestra elegerint sepeliri. Ex quibus clare inspicientibus satis innuitur dictam vestram regulam per eandem sedem existere quodadmodo confirmatam. Nos autem qui ad Virginem ipsam dominam nostram libenter deuotionem, quam possumus exhibemus, nolentes quod aliquis contra vos, & regulam ipsam quicquam possit detractionis impingere, quin eadem*

**Indultum hoc de celebrando Generali cap. specialiter consensit Vrbanus 4. 1262. anno 2. sui Pontificatus, ut in chronicon ordinis seruorũ annotatũ est.**

Regula

*Regula plenam habeat apostolici muniminis firmitatem, ad omnem hesitationis materiam, circa hæc, de quorum vis animis amouendam, vestris supplicationibus inclinati Regulam & eius institutiones prædictas expresse auctoritate apostolica cõfirmamus, & etiam approbamus, & præsentis scripti patrocinio communimus, eamq́ vobis concedimus, decernentes ipsam per vos fore perpetuis temporibus inuiolabiliter obseruandam. Nulli ergo omnino hominum liceat hãc paginam nostræ cõfirmationis, approbationis, concessionis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contrahire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit indignationem omnipotentis dei, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Laterani.* III. *Idus Februarij. Pontificatus nostri Anno primo.*

CLEMENS *Episcopus seruus seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Regimini vniuersalis ecclesiæ (quamquam immeriti) disponente domino præsidentes, curis cõtinuis angimur & assidua meditatione pulsamur, vt religiosorum quorumlibet status auctore Domino salubriter dirigatur, & ne loca religiosorum eorumdem, eorũq́ personæ propter altercationes, quas inter eos interdũ suscitari cõtingit subeant spiritualiter, et temporaliter detrimenta, sed potius quorumlibet ordinum professores in tranquilitate mentis, & corporis deuotum, & gratum, prout ad id se dedicarũt, impendant domino famulatum libenter nostræ prouisionis remedium*

*adhibentes dudum si quidem, pro parte quorundam Fratrum Seruorum Sanctae Mariae ordinis sancti Augustini proposito inconcistorio Coram faelicis recordationis benedicto Papa xi. predecessore nostro, quod quondam Petrus de Tuderto prior generalis fratrum dictorum seruorum, in regimine, & administratione sua malè, & partialiter se habebat, propter quod status praedictorum fratrum in spiritualibus, & temporalibus reformatione non modica indigebat. Praefatus praedecessor volens de his super quibus eorundem fratrum status reformandus existeret plenius informari: praedictum Petrum, & nonnullos alios Priores, & fratres eorundem Seruorum de quibus visum sibi fuit expedire pro reformatione huiusmodi facienda ad Sedem Apostolicam fecit personaliter euocari, eisque uenientibus ad sedem antedictam uenerabilibus fratribus nostris Petro Penestrino, & Bertrando hostiensi Episcopis commisit oraculo viue vocis, vt partes ipsas super hijs, quae ad reformationem predictam spectarent, ad concordiam reducerent, & quaecunque super his facerent, eidem praedecessori postea fideliter referre curarent. Coram quibus Petro & Bertrando Episcopis praefatis Petro generali, & alijs prioribus, ac fratribus (vt premittitur) euocatis personaliter comparantibus, & exibentibus non nulla capitula, secundum quae statum dictorum fratrum seruorum reformatione indigere dicebant super hijs, quae coram ipsis super reformationem huiusmodi dicere, & proponere uoluerunt, dictoque pre-*

*prædecessore nostro postea, sicut domino placuit, subla tode medio, nobisque diuina fauente clementia ad api cem summi Apostolatus assumptis, & præmissis pro parte dictorum Petri generalis, & aliorum prio rum, & fratrum propositis coram nobis. Nos ad re- formationem status dictorum fratrum solicitis studiis intendentes, prefata capitula cum eisdem Petro, & Bertrando Episcopis examinauimus diligenter. Et tandem nonnulla, que pro reformatione salubri sta- tus dictorum fratrum suadente vtilitate, & necessi- tate vrgente expedire cognouimus statuenda proui- dimus, & inter, ac per eosdem fratres seruorum per petuis futuris temporibus obseruanda.*

*Statuimus igitur quod per eosdem fratres, per quos omni anno celebrari consueuit dictorum fratrum capitulum generale, ex nunc de triennio in triennium tantum generale capitulum celebretur ad quod teneantur uenire Prior Generalis, qui est, & pro tempore fuerit, & omnes Priores Prouin- ciales, nec non & studiorum generalium Lectores in sacra theologia legentes, & etiam Priores Conuen- uentuales & discreti prout pro comoditate ipsorũ fra trum Generale capitulum de ipsius conuentualibus prioribus, & personis discretis salubriter duxerit or dinandum.*

**De triennio in triennium debet celebrari generale capitulum.**

*Præterea statuimus quod in qualibet prouincia eorumdem fratrum prouinciale capitulum anno quo- libet celebretur, ad quod ueniat Prior prouincialis, & Priores conuentuales, seu locales, lectoresq; in quacũq; facultate legentes, & duo fratres discreti de singulis*

**Quolibet anno debet haberi capitulum prouinciale.**

*conuentibus, siue locis illius prouinciæ, electi a maiori parte cōuentus, qui duodecim fratres tantum, vel minus habebunt vnū fratrē discretum duntaxat ad ipsa capitula prouincialia mittere teneantur. In his autem prouincialibus capitulis, prior Generalis interesse, vel suum generalem Vicarium ad ea mittere valeat sicut eidem priori visum fuerit expedire, & eisdem capitulis assistat idem Prior vel Vicarius in correctionibus aliis oportunis. In eisdem autem capitulis prouincialibus eligantur studentes Parisius quotiens fuerit oportunum.*

*In quolibet capitulo generali summus Antistes suo officio tenetur renunciare.*

*Statuimus etiam, quod ex nunc Prior generalis qui erit pro tempore, in quolibet generali capitulo, de triennio in triennium (vt premittitur) in posterum celebrando sine requisitione aliqua, primo, & ante omnia suo officio renunciare teneatur in manibus diffinitorum generalis capituli, quod si non fecerit priuatus sit eodem officio ipso facto. Postquam vero renunciauerit possit pro ipsius meritis, vel demeritis, Diffinitorū ipsius generalis capituli arbitrio, in eodem generalis prioris officio dimitti, vel ab eo penitus amoueri, & in locum ipsius alius idoneus per dictos capitulum surrogari & in casu quo (vt premittitur) amoueretur, vel renunciare contemneret, per ipsū capitulum alius in priorem generalem sufficiens, & idoneus eligatur. Eisdem fratribus auctoritate apostolica de speciali gratia concedentes, quod priores generales dictorum fratrum qui erunt pro tempore, postquam vt præmissum est, & alias iuxta morem hactenus inter eos obseruatum electi fuerint, et per Generale Capitulū ap-*

*probati, eo ipso veri priores generales dictorum fratrum sint effecti, & administrandi licentiam, curamq; animarum habeant, ac in omnibus pro ipsorum fratrum Prioribus Generalibus perinde habeantur, ac si ab apostolica sede confirmationis litteras habuissent. Nullus tamen nisi expresse professus fuerit, & qui inter dictos fratres non steterit ad minus per viginti annos continuos in priorem generalem eorundem fratrum eligi valeat, aut assumi.*

*Ordinamus insuper vt amodo singularum prouinciarũ prædictarum fratres eligant vnũ fratrẽ prouidum & maturum in diffinitorem pro generali capitulo, & fiat huiusmodi electio in prouintiali capitulo, quod immediatè præcedet capitulum generale. Diffinitores vero pro capitulis prouincialibus eligantur a fratribus in eisdem capitulis prouincialibus congregatis.*

Decretum de diffinitoribus generalibus.

*Statuimus etiã quòd fratres cuiuslibet prouinciæ post primum generale capitulum per ipsos celebrandum quàmcitius poterunt in aliquo loco eiusdem prouinciæ ad hoc apto, & idoneo suum celebrent prouinciale capitulum hac vice congregandum, prout in dicto generali capitulo fuerit ordinatum, in quo vnum ex dictis fratribus sufficientem, et idoneũ in suum Prouincialem Priorem eligant: qui sic electus, & constitutus infra mensem a tempore electionis, & constitutionis huiusmodi consentire, & confirmationem à dicto Priore generali, vel eius generali Vicario petere humiliter non omittat, quam quidem electionem (si canonica fuerit) idẽ Prior generalis, vel eius generalis*

Prouincialis quomodo eligendus, & confirmandus.

*Vicarius, quem idem Prior generalis iuxta modum infrascriptum deputare habebit vltra mensem à die, qua petita fuerit, non differat confirmare, quòd si ex iusta, & rationabili causa idē Prior generalis, seu eius Vicarius munus cōfirmationis denegauerit, causam, seu causas huiusmodi suis publicis, & autenticis litteris teneatur exprimere, & electoribus, qui eum elegerunt intimare, & de alio sufficiente, & idoneo cum cō silio conuentus loci, vbi dictus Prior generalis, vel eius generalis Vicaris fuerit vsque ad tunc immediate sequens capitulum vtiliter prouidere.*

*Circa confirmationes autem electionum Priorum prouincialium imposterum celebrandas modus prædictus per omnia obseruetur. In primis verò prouincialibus capitulis dictorum fratrum celebrandis prouide ordinetur de locis, temporibus, & difinitoribus, necnō, & alijs oportunis, pro subsequentibus prouincialibus capitulis celebrandi.*

*Electio & confirmatio prioris conuentualis.*

*Statuimus in super quòd in quolibet loco conuētuali dictorū fratrum, vbi ad minus duodecim fratres fuerint ipsi sibi eligant suum Priorem conuentualem, qui infra quindecim dies post suā electionē immediatè sequentes confirmationē à Priore suo prouinciali deuote petere debeat, & ipse Prior prouincialis infra alios quindecim dies subsequētes, electionē eandē; dū tamen ipsā canonicā repererit, debeat cōfirmare, vel si ipsā minus canonicā inuenerit, causā, seu causas propter quas eā cōfirmare omiserit, exprimat, intimet, et vnà cū con(ilio discretorū loci vbi fuerit, prouideat, pro ut supra proximè de Priore prouinciali extitit ordinatū.*

*Volumus quoq; quòd Priores prouinciales postquã tribus annis continuis in prouincialatus officio præfue rint absoluantur, seu remoueantur penitus ab eodem, probibentes quod ad idẽ officiũ saltẽ in eadẽ prouincia qnouismodo per alios tres annos immediatè sequentes nullatenus assumãtur, vel ad idem officium promoueã tur. Similiter diffinitores generalis capituli non eligã tur ad idẽ diffinitionis officiũ, nisi demum elapsis duobus generalibus capitulis immediatè sequẽtibus, possint tamen aliàs licitè indiffinitores prouincialis capitu li eligi pariter & assumi. Diffinitores etiã prouincialis capituli ad idem officum nisi duobus elapsis capitulis prouincialibus nullatenus assumantur. Priores etiam conuentuales anno, vel ad longius biennio in suis Prior atibus habeant præsidere.*

De resignatione officialium.

*Statuimus et quod Prior generalis dictorũ fratrũ, qui erit pro tempore in sui nouitate, & antequam suũ exequatur officium in præsentia generalis capituli cor porale ad sancta Dei Euangelia prestare debeat iura mentum, quòd erit fidelis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, Domino Papæ, suisq; successoribus, & quod in prouisio nibus, promotionibus, confirmationibus, repulsionibus, destitutionibus, & maioribus correptionibus faciendis, sine acceptione personarum secundum Deum, & rectam suam conscientiam, & Beati Augustini regulam, nec non, & eorundem fratrum statuta, & consuetudines laudabiliter, fideliter se habebit, & suum officium exercebit; quoq; Priores prouinciales in suorum prouincialium capitulorum, & Prio res conuentuales in suorum conuentualium, nec non,*

Quomodo officiales fidẽ præ stare debent Sanctæ Romanæ ecclesiæ.

*& diffinitores generalium capitulorũ in ipsorum capitulorum generalium, et Diffinitores capitulorũ prouintialium in ipsorum capitulorum prouintialiũ præsentia iurẽt quod in prouisionibus, et cæteris superius expræssis quantum ad ipsorum offitium pertinuerit fideliter se habebunt.*

Inhibetur prelatis ne munera recipere audeant.

MARTINVS *Episcopus seruus seruorum Dei dilectis filijs Stephano Priori Generali, & fratribus seruorum sanctæ Mariæ, ordinis sãcti Augustini Salutem, & apostolicam benedictionem. Sacer ordo uester in agro Dominico diuina dispositione plantatus, & gloriosæ Virginis Mariæ titulo specialiter insignitus apostolicis gratijs digne meretur attoli, cuius professores mundanis a se relegatis illecebris cælestium contemplationi uacantes, insistunt*

*iugiter profectibus animarum. Nos autem ad dictum ordinem, quem in statu firmo solido, & stabili uolumus permanere, apostolicæ considerationis intuitum dirigentes ad ea libenter intendimus, per quæ ordo ipse, qui, ut asseritur pauca domos, & loca respectiuè habet, uberius ualeat propagari. Vestris igitur in hac parte supplicationibus inclinati, uobis, & successoribus uestris, qui erunt pro tẽpore quascunq; domos, & loca ad hoc tamen congrua, & honesta, quæ in quibusuis regnis, prouincijs, & terris uobis, & eisdem successoribus largitione Christi fideliũ concedi, aut largiri canonicè contigerit dote secundum ipsius ordinis institutionem pro domibus, & locis ipsis concedenti primitus assignata recipiendi, necnon apud illa de nouo fundandi, edificãdi, seu construendi Ecclesias campanilia cũ campanis, cimiterius, ortis, domibus, ortalicijs, & alijs necessarijs officinis, ac loca ipsa cum eisdẽ domibus, Ecclesiis, campanilibus, campanis, cimiterijs, ortis, ortalijs, & officinis pro usu, & habitatione uestri, & eorumdem successorum habendi, & perpetuo retinendi, quacunq; Sedis Apostolicæ constitutione contraria non obstanse, ac etiam diocesanensis locorum, & quorumlibet aliorum licentia, uel consensu super hoc minime requisita. Iure tamen parrochialium Ecclesiarũ, & quorumlibet aliorum in omnibus semper saluo plenam, & liberam tenore presentium licentiam elargimur. Volentes nihilominus, & authoritate apostolica concedentes, quod fratres ordinis vestri, qui pro tempore in eisdem domibus residebunt, utantur, & gaudeant omnibus priuilegijs, gratijs,*

*exemptionibus, & libertatibus: quibus uos ex concessionibus apostolicis utimini, & gaudetis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis, & uoluntatis infringere. Siquis autẽ hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctam Mariam Maiorem ij. Cal. Iulij Pontificatus nostri anno. vi.*

MARTINVS *Episcopus seruus seruorũ Dei. Ad perpetuam rei memoriam Sedis Apostolicæ prouidentia circumspecta personas, sub regulari obseruantia uacãtes assidue studio piæ uitæ, benigno fauore prosequitur, et ea quæ pro earum statu salubriter dirigendo prouide ordinata sunt, ut illibata persistant apostolico consueuit munimine roborare: Sanè petitio pro parte dilectorum filiorum Prioris Generalis, & fratrum, ac dilectarum in Christo filiarum, sororum ordinis seruorum sanctæ Mariæ secundum regulam, & instituta beati Augustini uiuentium, qui quidem fratres, & sorores de consortio seruorum sanctæ Mariæ nuncupantur, nobis nuper exhibita continebat, quod ipsi quandam regulam, siue religiose uiuendi formam, In qua nonnulla honesta, & rationabilia, ac regulari disciplinæ congruentia statuta, & ordinamenta fore noscuntur, hactenus laudabiliter obseruarunt, prout obseruant, quandoque licet fratres, sorores, & ordo huiusmodi uarijs per Sedem Apostolicam*

*sine priuilegÿs communiti tamen pro solidiori eorum subsistentia, & ut clementia altissimi operante de virtute in uirtutem gradientes deuotiorem reddere ualeant domino famulatum, desiderant huiusmodi regulam seu uiuendi formam, per sedem eandē approbari. Quare pro parte Prioris, & fratrum, ac sororū eorundem nobis fuit humiliter supplicatum, vt regulæ siue viuendi formæ huiusmodi robur apostolicæ confirmationis adÿcere, illamq; per ipsos fratres, & sorores imperpetuum obseruari mandare de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur qui super premissis omnibus, & singulis relatione plenaria, & fideli fuimus clarius informati, huōi supplicationibus inclinati, regulam, seu viuendi formam, quam per singula eius capitula, clare, et distincte, ac de uerbo ad verbū præsentibus fecimus annotari, necnon statuta, & ordinationes, prædicta rata habentes, & grata illa authoritate apostolica ex certa scientia confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus, & nichilominus regulam, siue uiuendi formam eandem per ipsos fratres, sorores præsentes, & posteros uolumus, & mandamus perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter obseruari. Tenor vero regulæ, siue uiuendi formæ huiusmodi sequitur, & est talis.*

I

**REGVLA Fratrum, & Sororum sanctæ MARIAE de consortio sanctæ MARIAE nuncupatorum, instituitur, et approbatur.**

*In primis, vt hic ordo continuum, & perpetuum de bono in melius recipere valeat incrementum, quòd ex receptione personarum bene dispositarum plurimùm noscitur dependere. Volumus, & ordinamus, quòd nullus recipiatur ad ordinem huius fraternitatis nisi de licentia Prioris Generalis eiusdem, vel ipsius Vi-*

*carij, seu correctoris fraternitatis pro tempore deputati illius loci, præmissa tamen diligenti examinatione, quòd sit honestæ vitæ, & bonæ famæ, ac de heresi nullatenus suspectus; quinimo sit veritatis, & catholicæ fidei zelator precipuus, qui etiam antequam habitum huius religionis recipiat, de alienis, si qua habuerit, satisfaciat ad plenum, & proximis reconcilietur, necnō paratum siue conditum testamentum tenere studeat, iuxta consilium, & ordinationem confessoris discreti, & eadē examinatio fiat de mulieribus ingressū huius ordinis petentibus, habētibus tamen viros nō pateat ingressus ad consortium dictæ fraternitatis, nisi de uirorum suorum licentia, & consensu, fiat publicum instrumentum. Idem quo ad hæc seruari volentes in viris vxores habentibus, nisi obstaret in ipsis, uel altero ipsorum aliqua causa, quæ legittima iudicaretur consilio discretorum.*

2 De habitu fratrum, & sororum.

*Omnes autem tam fratres quam sorores dictæ fraternitatis induantur panno nigro, qui nec in colore, nec in valore minimam praciositatem prætendat, sicut conuenit honestati Seruorum Christi, & Beate Mariæ. Tunicæ quoque habeant manicas usque ad pugnum, & sint stricta, & clausæ, corigias de corio tantum habeant quibus sorores cingantur. In bursis etiam, calciamentis, & cæteris omnem mundanam resecent uanitatem. Vela uerò sororum, & bindæ sint alba de panno lineo, uel canapino.*

3 De benedictione uestium siue habitus, & modo recipiendi ad hunc ordinem.

*Recipiatur recipiendus in loco capituli fraternitatis, uel ante altare Ecclesiæ fratrum illius loci, & à Priore Generali, siue Vicario, uel correctore dicti or-*

*dinis Seruorum Sanctæ Mariæ prædictis, qui prior, uel Vicarius, seu corrector existente inducendo, & petente humiliter flexis genibus recipi præsentibus aliquibus alijs fratribus ordinis eiusdem, & quibusdam de confratria uiris discretis, benedicat prius habitum eius, qui debet recipi hoc modo videlicet. Osten de nobis Domine misericordiam tuam. Dominus vobiscum. Oremus Domine Iesu Christe, qui tegumen nostræ mortalitatis induere dignatus es &c. Postea verò tali habitu benedicto, & per receptum seorsum indutum, atque ad gradum altaris reuerso, & ante Priorem, siue Vicarium, vel correctorem genuflexo; dicit Prior, uel Vicarius, seu corrector. Veni creator spiritus, & fratres, qui ei assistent ipsum prosequantur vsque ad finem. Deinde dicatur Kyrieleison, Christeleison: pater noster, &c. Emitte spiritum tuum, etc. Saluum fac seruum tuum, &c.* Dominus *vobiscum, &c. Oremus* Deus *qui corda fidelium sancti spiritus illustratione docuisti, &c. & Prætende* Domine *famulo tuo, &c. & responso amen, aspergatur sic indutus à* Priore, *vel Vicario, seu correctore aqua benedicta, deinde omnes fratres fraternitatis præsentes ipsum recipiant ad osculum pacis, & eo modo ante altare recipiantur mulieres quemadmodum est de fratribus supradictum.*

4 **De professione siue modo profitendi.**

*Completo anno, vel ante si Priori, vel Vicario, seu correctori prædictis, aut cui commiserit, & etiam maiori parti fratrum professorum fraternitatis visus fuerit idoneus ad professionem recipiatur, profitebitur autem hoc modo videlicet.*

Ad honorem Dei omnipotentis, patris, & filii, & Spiritus sancti, & Beatæ Mariæ Virginis, ego. N. Coram vobis Priore, seu Vicario, vel correctore fratrum ordinis Seruorum Sanctæ Mariæ de consortio talis loci, profiteor velle me de cætero viuere secundum formam, & regulam fratrum, & sororum dicti ordinis vsque ad mortem:

*Muliers verò eodem modo profiteantur coram* Priore, *uel vt supra, & priorissæ, uel cui commiserit.*

5 De statu permanentium in hoc ordine.

*Statuimus autem, ut nullus frater nec soror huius fraternitatis, & ordinis post talem supradictam professionē de hoc ordine egredi ualeat, nec eisdem ad seculum reuerti liceat, sed bene liberè possint transire ad vnam de approbatis religionibus, tria vota solemnia profitentibus.*

6 De horis canonicis dicendis.

*Fratres, et sorores dicāt quotidie omnes horas canonicas, nisi infirmitate impediātur. Pro matutinis dicāt vigītiocto pater noster, pro vesperis quatuordecim; et pro qualibet aliarū horarū septē. Ad honorem uerò Beatæ Marie sēper Virginis, pro qualibet hora tot aue Maria quot* Pater *noster dicere tenēatur.* Pro *benedictione aūt mēsæ, dicāt vnū* Pater *noster, cum uerò surgūt de mēsa similiter dicāt vnum* Pater *noster pro gratiarū actione, vel psalmū. Miserere mei* Deus, *uel laudate qui scint; omnes etiā, qui sciūt symbolū Apostolorū videlicet.* Credo in Deum, *dicant illud semel in principio matutinarū, & ēt ante primam, & quando completorium fuerit terminatum, qui autē sciunt, & dicunt horas canonicas quemadmodum fa-*

ciunt clerici, predicta pater noster, & aue Maria dicere minime teneantur.

7
De surgendo ad matutinum.

Ad matutinas dominicis diebus, & festiuis à festo omnium sanctorum usque ad festum resurrectionis dominicæ, omnes surgant. In aduentu autem Domini, & quadragesima surgant omni nocte. Qui uerò occupantur quotidiano opere manuali horas suas dicere poterunt de mane usque ad vesperas exclusiuè, de serò uesperas, & completorium simul dicant.

8
De confessione, et cōmunione.

Omnes quater in anno ad minus uidelicet. In festo natiuitatis Domini. Resurrectionis ipsius. Penthecostes, & Assumptionis, aut Natiuitatis Beatæ Mariæ Virginis peccata sua confiteantur diligenter, & Eucharistiæ deuotè studeant recipere sacramentum, nisi forsan ex aliqua causa rationabili alicui ex ipsis esset à suis confessoribus interdictum. Qui autem ex deuotione sua sæpius uoluerit infra annum communicare petita à suo Prelato licētia, & obtenta deuotionē suam cum Dei benedictionem poterit executioni demandare.

9
De silentio obseruando.

In Ecclesia dum celebrantur missæ, uel decantatur diuinum officium, seu actualiter proponitur ibidē verbum dei omnes silentium seruare studeant, & orationi, ac diuino officio diligenter intendant; nisi ex aliqua speciali, & occurrente necessitate aliquid submisse loquatur.

10
De reuerentia exhibenda Ecclesiarum prelatis.

Fratres, & sorores Ecclesias quarum parochiani existunt iuxta canonicas sanctiones, & bonos mores, & cum omni deuotione studeant visitare, & Ecclesiarum suarum prælatos videlicet, Episcopos, & inferio

res

*res summè reuereantur. Ipsorumque iura absque omni diminutione fideliter eis soluant, & hoc tam in decimis quam in obligationibus aliàs quomodolibet consuetis.*

11 De ieiunio.

*A dominica prima aduentus vsque ad natiuitatem domini quotidie tam fratres, quam sorores ieiunet. Et similiter à dominica in quadragesima vusque ad Pascha resurrectionis domini idem obseruent. Ferias autem sextas ieiunabunt omni tempore. Et ieiunia omnia ab Ecclesia instituta, Qui autem voluerint amplius ieiunare, seu austeritates aliàs facere, poterunt habita licentia à suo prælato, vel de consensu confessoris discreti.*

12 De cibo.

*Fratres, & sorores huiusmodi fraternitatis uti potuerunt carnibus diebus dominicis, & tertia, & quinta feria. Ceteris verò diebus se abstineant, nisi sint infirmi, aut multum debiles, uel nisi præcipuum festum fuerit illa die, aut quia essent in itinere constituti.*

13 De discursu.

*Vagos curiosośq; discursus per ciuitatē non faciant, sorores verò solæ non discurrant, maximè iuniores ad nuptias, & coreas, siue ad dissoluta, & mundana conuiuia, siue ad vana spectacula, nullo modo accedant: de ciuitate verò, seu Castro, uel loco vbi habitant, non exeant, etiam causa peregrinationis, absq; speciali licentia* Prioris, *Vicarij, vel correctoris dictæ fraternitatis.*

14 De armis à fratribus non ferendis.

*Inuasionis siue impugnationis arma secum fratres nō deferāt, nisi pro defensione fidei Christianæ, aut ex alia rationabili causa, et de suorū prælatorū licentia.*

15
De infirmis visitandis, & procurandis.

*Deputentur per correctorem duo ex fratribus, qui cum quempiam ex eisdem nouerint infirmari ipsum quàm citius poterunt, charitatiuè studeant visitare, & statim à principio ad recipiendum pœnitentiam, & alia Ecclesiastica sacramenta eundem efficaciter exhorentur: & si necesse fuerit ministerium corporale prout commode poterunt, eidem studeant exhibere: si verò fuerit pauper, necessaria de bonis proprijs, vel communibus prout facultas permiserit, sibi ministrare procurent, & idem faciant sorores circa infirmas ex eis.*

16
De obitu fratrum, et sororum & suffragijs eorum.

*Quando cõtinget aliquem ex fratribus ab hac luce migrare, cæteris confratribus qui sunt in hac ciuitate, vel Castro nuncietur, vt procurent defuncti exequijs personaliter interesse, à quibus non recedant, donec corpus traditum fuerit sepulturæ, hoc idem inter sorores decedentes, volumus obseruari. Præterea infra octo dies, post ipsius defuncti sepulturam, immediate sequentes, quilibet frater, & soror dicat pro anima eius, sacerdos vnam missam: sciens verò Psalterium Psalmos quinquaginta. Illiterati verò centum pater noster dicant: & in fine cuiuslibet, requiẽ eternã, &c. Et præter hac quilibet infra annum pro fratrum, & sororũ, tam viuorum quam defunctorum salute, tres missas faciat celebrari: qui verò sciunt psalterium, illud dicant: & cæteri quinquaginta pater noster dicere teneantur.*

17
De institutione Correctoris, & Priorissæ.

*Correctore fraternitatis mortuo, vel amoto, Prior seu Vicarius cum consilio antiquorum de fraternitate, alium instituat correctorem, singulis autem annis*

*infra octauas pascæ, vel alio tempore, priuatus Prior vel Vicarius habeat consilium cum antiquioribus de fraternitate super ammotione, vel confirmatione correctoris; sic eundem confirmare, vel amouere poterit, secundum quòd ipse cum præfatis iudicauerit expedire. Consimiliter etiam de consilio dicti Prioris, vel Vicarij, & aliquorum de fraternitate magis antiquorum, poterit correctór ordinare de Subcorrectore, vel Vicario fraternitatis, & etiam postmodum confirmare, & amouere secundum quòd eis visum fuerit expedire. Qui subcorrector, vel Vicarius tantam potestatem habeat, quantam correctór sibi concedet: & eadem forma in institutione, & destitutione Priorissæ seruetur.*

18

De officio Correctoris, et Priorissæ.

*Correctoris officium erit, cum omni diligentia seruare in se queq; in regula descripta sunt, & sollicitam dare operam, vt ab alijs confratribus obseruetur. Si quos verò viderit transgredientes, aut etiam negligentes, charitatiuè corripiat, & emendet, vel si magis sibi videatur expediens Priori, vel Vicario prædictis, vt corrigat poterit intimare. Priorissæ etiam erit officium sollicite Ecclesiam visitare. Cæteras etiam sorores excitare ad obseruantiam regularem, diligenter etiam per se ipsam, & alias quibus imponet obseruare, quòd in incessu, statu, & habitu nihil, per aliquam consororem fiat quod cuiusquam merito turbare possit aspectum, præcipuè tamē attendat, vt sorores cum quoquam viro cuiuscunque conditionis existat, familiaritatem contrahant, maxime iuniores: nisi forsā talis vir sorori illi attingat in-*

*ſra tertium conſanguinitatis gradum ad longius, cum hoc, quòd ſit bonæ uitæ, & formæ.*

19

De correctione fratrum atq; ſororum.

*Si quis notatus fuerit de aliqua familiaritate ſuſpecta: & ter admonitus per prælatum, ſi non ſe emendauerit, excludatur ad tempus à capitulo, & conſortio cæterorum confratrum conſilio diſcretorum de ipſorum pænitus conſortio publicè excludatur, nec admictatur de cætero, niſi cum fratribus omnibus uideatur eſſe correctus. Item ſiquis confratri, vel alteri cuicunq; opprobrium dixerit, quòd ſonare infamiam videatur, aut ex ira quempiam percuſſerit, vel ad locum ſibi prohibitum ire præſumpſerit, ſeu inobedientiam quamcunq; commiſerit, aut etiam prælato mēdacium ex induſtria dixiſſe deprehenſus fuerit abſtinentia panis, & aquæ, uel excluſione à capitulo, aut etiam conſortio aliorum fratrum plus, vel minus ſecundum conditionem perſonæ, & exigentiam delicti grauius, & leuius corrigatur. Item ſiquis commiſerit peccatum carnale, tali de conſilio maioris partis profeſſorum fraternitatis illius loci, ſecundum exigentiā culpæ, & conditionem perſonæ, grauius uel leuius puniatur: ſic tamen, quòd ſit cæteris in exemplum, quam punitionem ſi ferre recuſauerit de cōſilio diſcretorum de ordine expellatur. Circa ſororum correctionem: illud idem volumus in omnibus obſeruari.*

20

De congregatione fratrum, & ſororum, & inſtitutione ſuperiorum ſuorum, necnon ſtatuto totalis ſubiectionis iſtius ſtatus ſub Priore Generali, & prioribus prouincialibus eiuſdem ordinis.

*In quolibet autem menſe ſemel certa die, & hora per ſupradictos Priores, vel Vicarios ad Eccleſiam fratrum ſeruorum Sactæ Mariæ conuocentur fratres omnes confratriæ prædictæ, verbum Dei, & etiam miſſam, ſi hora competens fuerit pariter audituri, &*

*tunc per ipsos Priores, uel Vicarios ipsis legatur regula ista, & exponatur, ac de agendis fratres informent & negligentes corrigent, & emendent, prout secundum Deum, & istam viuendi formam viderint expedire. In quolibet etiam mense, prima sexta feria, sorores ad Ecclesiam huiusmodi conueniant, similiter verbum Dei, & missam communiter auditura: quibus etiam legatur hæc regula, & exponatur, de suisq; excessibus corrigantur, vt supra: volumus quod in qualibet ciuitate, & terra vbi fuerint fratres, & sorores confratriæ huiusmodi habeãt in correctorem, uel Vicarium aliquem idoneum fratrem sacerdotem de ordine prædicto, quẽ postulauerint à Prioribus præfatis, aut quẽ ipsi Priores, vel Vicarij, per se, uel per alios eis assignare decreuerint. Volentes insuper, & statuẽtes vniuersos fratres, & sorores huiusmodi cõfratriæ, vbicunque existant directioni, & correctioni ipsius Generalis, vel Prioris prouincialis, pro eorundem ampliori conseruatione, & promotione totaliter subiacere quantum ad illa videlicet, quæ eorundem uiuendi modum, & formulam concernere dinoscuntur.*

21
**De dispensatione facienda rationabili causa.**

*Corrector fraternitatis cum fratribus, & Priorissa, cum sororibus suis, cum Vicario eis deputato, cum ipsis in abstinentijs, ieiunijs, & austeritatibus alijs in supradictis capitulis continentis ex causa legitima cum expedire viderint, poterunt dispensare.*

22
**De Obligatione huius regulæ & uiuendi formæ.**

*Demum quemadmodum in constitutionibus ordinis Sancti Augustini continetur. Itẽ uolumus, et ordinamus, quod in ista regula, seu forma viuẽdi habeatur*

*videlicet quòd præter diuina, & Ecclesiæ precepta, atque statuta in ea contenta; in reliquis huiusmodi regulæ constitutionibus siue ordinationibus fratres, & sorores ad culpam nullatenus obligentur, sed solum ad pœnam, quæ cum à prælato, vel Generali continget ex quauis transgresione imponi per transgressorem humiliter, & promptè suscipiatur: & etiam opere perficiatur. Cooperante gratia Domini redemptoris nostri Iesu Christi, qui cum patre, & Spiritu Sancto viuit, & regnat Deus: per omnia secula seculorum Amen. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, uoluntatis, & mandati infringere; vel ei ausu temerario contrarie. Siquis autem hoc attemptare presumpserit indignationẽ omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datũ Romæ apud Sanctum Petrum 17. Cal. Aprilis Pontificatus nostri anno 7.*

*Confirmatur indultum Bonifatii noni concedentis uniuersæ religioni seruorum singula priuilegia, libertates, immunitates exemptiones, & indulta, quibus gaudent fratres Heremitani, de quibus vide inferius in indulto 24.*

MARTINVS *Episcopus seruus seruorum* Dei. *Ad futuram rei memoriam Iniunctum nobis desuper apostolicæ seruitutis officium tunc dignè peragere non ambigimus, si ad ea, quæ religionis ad augmentum, & personarum, quæ mundanis propulsis illecebris, agnum immaculatum uoto pio comitantur statum fæliciter, & quietè dirigendum processisse comperimus, ut potioris muniminis præsidio gratulentur fauorem appostolicum libenter extendamus. Sanè pro parte dilectorum filiorum* Prioris *Generalis, & fra-*

*trum seruorum sanctæ Mariæ ordinis sancti Augustini nobis nuper exhibita petitio continebat, quod licet olim Bonifatius in sua obedientia tunc* Papa *viiij. nuncupatus,* Priori*, & fratribus eiusdem pro eorum religionis augmento, ac pace, & quiete, ut ipsi, & eorum domus, ac loca omnibus, & singulis priuilegijs, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, & indulgentijs laudabilibus uti, & gaudere possent, & deberent, quibus ordinis fratres fratrum heremitarum præfati sancti quibusuis suis domibus, atque locis commorantes eis apostolica sede concessit gaudebant, seu quomodolibet potiebantur per suas litteras indulserit. Ipsique* Prior*, & fratres seruorum indulto huiusmodi in nonnullis eorum domibus, atque locis usi fuerint, tamen, quia postea per nos, & prædecessores nostros, & qui pro Romanis* Pontificibus *se in eorum obedientijs tunc gerebant, nonnullæ generales reuocationes de similibus exemptionibus factæ fuerunt, ipsi* Prior*, & fratres seruorum propterea dubitant indultum huiusmodi illibatum minime permansisse, aut de præsenti permanere in grauam ipsorum inquietudinem, atque grauamen. Quare pro parte eorundem* Prioris*, & fratrum seruorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut ad huiusmodi ambiguitatis tollendum dubium pro similibus pace, & quiete eidem indulto robur Apostolicæ confirmationis adijcere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur ad commoda, & profectus dicti ordinis fratrum seruorū operosa meditatione respicientes; ac huiusmo*

*di supplicationibus inclinati priuilegia, libertates, immunitates, exemptiones, & indulgentias huiusmodi Priori, & fratribus seruorum antedictis, vt præmittitur concessa, & concessas rata, & gratas, ac grata, & ratas habentes illa, ac illas authoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Non obstantibus præmissis, necnon constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac statutis, & consuetudinibus dicti ordinis fratrum seruorum ceterisq; contrariis quibuscunq;. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, & communitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctos Apostolos. viij. Kal. Nouemb. Pontificatus nostri anno octauo.*

*NOS Igitur attendentes quòd dictus ordo in agro Dominico diuina dispositione plantatus, & Gloriosæ virginis Mariæ titulo à Primæua sua fũdatione spetialiter insignitus, ac illius aliquot professores mũdanis à se relegatis illecebris, cœlestium contemplationi deditи, multa refulgent gloria, & redolent gratia sanctitatis, & propterea illius statum prosperum, & tranquillum intensis zelantes affectibus. Alexandri, Benedicti, Clementis, Urbani, Bonifacij, Ioannis, & Martini prædictorum vestigij inherentes, motu proprio, non ad infrascripti* Prioris *Generalis, vel eorundem fratrum Seruorum Beatæ Mariæ, ordinis*

Singula, & vniuersa indulta Religioni Seruorum à prædecessoribus Innocentii octaui concessa declarantur, confirmantur prolatantur & innouantur.

*san-*

*sancti Augustini, aut alterius pro eis nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera volun tate, & deliberatione, ac ex certa nostra scientia, Alexandri, Benedicti, Clementis, Urbani, Bonifacij, Ioannis; & Martini prædecessorum prædictorum literas dicto ordini fratrum Seru. B. M. & illius domibus, Ecclesiis, locis, & professoribus in genere, vel in specie, sub quacunque verborum forma concessa, quas ac si de verbo ad uerbũ, una cum literis Alexandri, Benedicti, Clementis, Urbani, Bonifacij, Ioannis, & martini præcedessorum huiusmodi insertæ forent, præsentibus haberi volumus pro expressis, ac omnia, & singula in eis contenta auctoritate Apostolica, tenore presentium, innouamus,, & appeobamus, ac robur perpetuæ firmitatis obtinere debere decernimus. Proq; potiori cautela omnia, & singula, per Alexandrum, Benedictum, Clementem, Urbanum, Bonifacium, Ioannem, & Martinum præfatos pro, & in fauo rem dicti ordinis fratrum seruorum Beatæ Mariæ, & illius domorum, & personarum etiam oblatarum, commissarum, mantellatarum, ac aliarum quarumlibet personarum Ecclesias domorum prædictorum visitantium: & illis pias elemosinas erogantium quomodolibet ordinata, statuta, decreta, concessa, & indulta, vim, vigorem, & efficatiam habere, ac fieri, & obseruari debere, motu, scientia, & authoritate prædictis de novo ordinamus, statuimus, pariterq; decernimus, ac ordini, domibus, & professoribus prædictis, etiam cõcedimus, & indulgemus. Et quia sicut ex dilecti filij Antonij Alabantis de*

*Bononia Theologiæ professoris Prioris Generalis dicti ordinis relatione percipimus, nosq; ipsi in minoribus cō stituti experiētia didicimus, circa litteras, & priuilegia huiusmodi nonnulla dubia sunt postmodum exorta, habita super illis matura deliberatione, motu, scientia, & auctoritate similibus.*

I

Declarantur priuilegia ab Alexandro quarto fratribus Seruorum concessa circha corpora tumulanda, & funeralium quarta solutionem. quæ priuilegia cum concilio Tridētino in cap. 13. sess. vigesima quinta aduersari viderētur: Pius Quintus locum illum hoc pacto declarauit, inquiens Concilium ipsum loquitur tā de monasterijs ante annos 40. fundatis, quæ ipsā quartam soluere consueuerunt, & vbi solui consueuit id tantum cera, & aliorum, quæ in aliquibus partibus deferri contigerit tempore, quo defunctorum corpora ad Sepulturam deferuntur: non autem de missis, seu legatis; vel alijs fratribus ipsis, seu monialibus huiusmodi relictis, aut aliàs quomodo libet donatis solui debeat: vbi vero non est cōsuetudo soluēdi quartā huiusmodi de nullo supra scriptorū solui debere declaramus: & infra addit: deinde, ac etiam his sepulturæ solui tantum cō suetum curatis, & nō aliquid eis solui debeat: quamuis partes ad earum libitū ecclesiis ordinum huiusmodi, seu eorū Fratribus alia quæcunq; tribuāt, seu elemosinas elargiantur, quando sepeliuntur ibidē corpora mortuorū huiusmodi nec propterea īpediri debeāt

*PRIMO dicti Alexandri litteras per quas Generali, & cæteris Prioribus, ac fratribus seruorum, prædictis indulgetur, ut corpora eligentium apud eorū loca sepulturam: sepelire libere valeant: in ea parte in qua dicitur, salua tamē iusticia illarum Ecclesiarum, à quibus mortuorum corpora assumentur, vt litibus, quæ exinde oriuntur obuiemus, illucidando declaramus indultum huiusmodi intelligi etiam debere quo ad hoc, ut fratres ipsi nullius super hoc petita licentia, parrochias, inquibus corpora prædicta forent, cū cruce processionaliter ingredi, ac ipsa leuare, & ad eorū Ecclesias sepeliendā deferre possint, vbi hoc consuetū foret, uel præsbyteri de eleuatione requisiti id facere recusarent. Nec cogantur inuiti, etiam prætextu cuiusuis consuetudinis, ipsi, uel defunctorum consanguinei illa ad parrochiales Ecclesias, aut alia loca deferre, & cum, uel sine illis inibi celebrare, vel celebrare facere pro ipsis defunctis diuina officia, ante, uel post sepulturam eorundem. Iusticiam verò Ecclesiarum à quibus corpora ipsa sumuntur, iuxta eiusdem Alexandri prædecessoris nostri uoluntatem saluam esse debere decernimus eo casu, quo duntaxat apud loca ipsorum fratrum prædicta corpora sepeliuntur. Si uerò non apud eos, sed alios etiam mendi-*

*cantium ordinum professores corpora ipsa continge-ret sepeliri. Ex ijs quae ad fratres praedictos, apud quos tunc corpora ipsa non sepelirentur, & bonis defunctorum quomodolibet obuenirent, quouis, particulari, vel vniuersali titulo directae, vel per obliquum nullam canonicam, aut parrochialem portionem dare teneatur. Nec similiter aliqua portio debeatur de ijs, quae ad certos determinatos vsus eisdem fratribus, vel eorum domibus in genere, vel in specie, etiam de bonis eorum, quorum cadauera apud eos cōtingeret sepeliri relicta, & legata forent; nec etiam in casibus, in quibus per eiusdem Alexandri, ac aliorū praedecessorum nostrorū specialia priuilegia fratres ipsi absolutione quartae sunt exempti. Nec alio casu de candelis, quae dantur ad manus fratrum quarta aliqua quomodolibet detrahatur. In alijs, verò quàm in praemissis casibus quibus quarta ipsa soluenda veniret, Conuentiones si quae sunt inter fratres praedictos, & locorum ordinarios, ac Ecclesiarum rectores initae laudabiles, & honestae, ac illis cessantibus, Ius commune seruetur in posterum. Et si forte per nos, vel Sedem Apostolicam de pie legatis; & relictis in genere, vel in specie decima, vel alia portio, seu quarta alterius pie, vel non pia causa, quauis ratione hactenus, concessa foret, aut in posterum concedi, solui, aut dari, vel mandari contingeret, fratres praedictos, & illorum domos, eisquè legata, & relicta, seu alias in eorum, fauorem disposita in concessione, & mandatis huiusmodi decernimus, & volumus non includi.*

**quin possint defunctorum corpora praefata ad eorum ecclesias tumulanda deferri facere, &c.**

2

Declarantur immunitates elargita ab Vrbano 6. & Ioanne 23, & Martino quinto, qui irritos decernunt processus, et sententias quasuis contra ordinem, domos, loca, & personas etiam mantellatas, & oblatas, quod etiam roborauit Pius quintus in bulla cõfirmationis priuilegiorum mẽdicantium, in declaratione canonis quinti sess. 25. & cap. 14 eiusdem sess.

EXEMPTIONEM quoq; ordini, domibus, fratribus. B. Mariæ Seruorum, & bonis eorumdem per Urbani, & Ioannis prædecessorum huiusmodi literas prædictas, et illius, ac inde secutorũ quoruncunq; confirmationẽ, & rati habitionem in Martini etiam prædecessoris nostri præfati literis prædictis contentas, vt potè notorias allegatione, & probatione non indigere, ac quaslibet excõmunicationis, suspensionis, et interdicti sententias, quoscunq; processus, quasuis pœnas, & sententias Generales, vel speciales continentes, quos, et quas promulgari, vel haberi, ac alia omnia, contra ordinẽ, domos, fratres, locaq; prædicta, necnon personas oblatas, & mantellatas eiusdem ordinis, & ipsorum omniũ bona, quæcunq; in ipsorum exemptionibus huiusmodi quomodolibet cõprehensa, etiam rõne cuiuscunq; contractus, vel delicti, seu rei, de qua ageretur, vbicunq; iniatur contractus, committatur delictum, & res ipsa consistat, ferri, vel haberi cõtigerit etiam exẽptione huiusmodi aliter non allegata, vt potè notoria nullius roboris, vel momenti, & pro infectis haberi, debere, ac domos, fratres, locaq; necnon personas oblatas, & mantellatas dicti ordinis, ipsorumq; omnium bona prædicta sub nostra, ac. B. Petri, & Apostolicæ sedis protectione suscepta, etiã ab inquisitore hereticæ prauitatis pro tempore existenti, eiusquè omnimoda iurisdictione penitus eximimus, exemptaq; perpetuo fore, & esse pari motu, scientia, & auctoritate decernimus.

Fratres Seruorum sub protectione sedis apostolicæ suscipiuntur, & ab inquisitore hereticæ prauitatis exemptos declarantur.

3

Declarantur literæ Alexandri. 4. circa correctiones, Sed non hoc vndelum quidam

LITTERAS verò præfati Alexandri, per quas tunc existenti, & successoribus suis fratrum Ser.

*B. Mariæ prædictorum Generalibus indulsit, vt cæteros Priores, & fratres dicti ordinis eis subiectos iuxta ipsius ordinis instituta corrigere, ac alias circa eos quæ ad ipsorum officia spectarent, quotiens expediret exercere valerent, cum sæpe reuocetur in dubium, pro quibus excessibus corrigi, & pœnis puniri debeant, declarantes, ampliantes, & extendentes, vt fratres prædicti ab eiusmodi excessibus abstineāt. Ac de illis correctionem, & punitionem meritas facilius habeant, & patiantur, ac viuant iuxta ipsorum ordinis regularia instituta; quod Generalis, & quibus ipse id specialiter cōmiserit prouinciales dicti ordinis, Priores pro tempore existẽtes cæteros Priores, & fratres eiusdem ordinis, etiam de obseruantia, tanquam eidem Generali subiectos corrigere, & contra illos, pro commissis per eos excessibus, & delictis quibuscunque procedere, illosq; propterea iuxta excessuum, delictorum commissorum, huiusmodi exigentiam, etiam per carceris intrusionem, & torturam, aliasq; iuris opportuna remedia, ac inuocationem auxilij brachij secularis, quotiens oportuerit quacunq; appellatione nō obstante punire, vel puniri facere per se, vel alios.*

*pateretur oppositionē ex his, quæ habentur in 14. cap. sessionis 25. concilii Tridentini, ob id Pius Quintus hoc pacto decretum illud interpretatus est, confisos variis, indebitisq; grauaminibus Regulares afficiant Ordinarios præfatos aliquid contra Regulares in claustris degentes huiusmodi quouis prætextu, occasione, innouare non posse, vel debere, nec aliquos processus contra ipsas personas Regulares formare, aut facere posse volumus, &c.*

*Generalis Seruorum etiā fratres de congregatione potest corrigere, & punire.*

4

*Generalis Seruorum suos fratres à quibuscūq; delictis potest absoluere præterquā ab his, quæ hic annotantur, & quæ in bulla cœnæ domini à Pio Quinto indicta sunt: ibi enim excommunicantur, legētes, & tenentes libros inhibitos appellantes á Papa, pirates, rapientes bona naufragantium: imponentes pedagia impedientes, qui Romā veniunt: iniicientes manus in*

QVODQVE *Prior Generalis eiusdem ordinis pro tempore existens tam corrigendos, & puniendos, quàm reliquos Priores, et fratres prædicti ordinis professores ab huiusmodi, alijsq; excessibus, & delictis per eos commissis, etiam simoniæ prauitate, qualitercunq; irrectitos, & ad sedē prædictam propterea destinandos: dummodo Priores, fratres, professores prædicti hæretici relapsi, scismatici, litterarum Apo-*

*prælatos ecclesiæ: impedientes executionem literarum apostolicarum: vsurpantes ecclesiastica bona: exigentes decimas. laicos intromittentes se in causis capitalibus Ecclesiasticis, & quidam alii.*

*stolicarum falsificatores, aut prohibitorum ad partes infidelium delatores non fuerint, ac à pœnis, quas illorum occasione incurrissent absoluere. Ac cum illis super irregularitate ob præmissa contracta dispensare, & Prioribus Prouincialibus dicti ordinis absoluendi, & dispensandi, ut præfertur facultatem communicare.*

5

*Generalis seruorum potest in quibusdam grauissimis erroribus cum suis inferioribus dispẽsare & eos ad sacros ordines cæteraque religionis officia admittere.*

*ET nihilominus, ut dictis ordinis professoribus omnis vagandi tollatur occasio, & ad prædictam sedẽ recurrendi subtrahatur pro posse necessitas, Generali pro tempore existenti dispensandi cum eiusdẽ ordinis B. M. Seruorum professoribus, ex adulterio, sacrilegio, incestu, & quouis alio nefando, & illicito coitu prouenientem defectum patientibus, nec non cum ijs, qui ex quauis causa, præterquam homicidij uolũtarij, bigamiæ, & mutilationis membrorum irregulares forẽt, postquam ordinem ipsum professi fuerint, vt defectu, & irregularitate huiusmodi non obstãtibus, irregulares ipsi, ad quoscunq; etiam sacros ordines promoueri, ac in illis et in altaris ministerio ministrare, & tã ipsi irregulares, quã defectum natalium patientes prædicti, ad quascunq; administrationes, & officia dicti ordinis, eligi, deputari, & assumi, illaq; gerere, & exercere libere, & licitè ualeant, motu, scientia, & authoritate prædictis facultatem concedimus, ac pariter, & indulgemus,*

6

*Monasteria monialium destituta ad fratres seruorum attinent.*

*ET cum aliquãdo contingat monasteria, domos & loca monialium, sororum, mantellatarum, & pizocherarum dicti ordinis monialibus ita destitui, ut de illorum reformatione spes nulla supersit; Conuenien*

*tiusq; sit quòd illorum sic destitutorum bona ad ipsos fratres deueniant, quorum erant curæ commissa, quã ad alios; idcirco, quæ sic destituta existunt, & destitui continget in futurum monasteria, domos, & loca prædicta cum eorum omnibus, & singulis bonis, & pertinentiis perpetuis vsibus fratrum domos dicti ordinis monasterijs destitutis huiusmodi propinquior, ex nũc prout ex tunc applicamus, ita quòd fratres ipsi de illis eorundem monasteriorum structuris, & ædificijs possint pro eorum uolũtate disponere, prouiso quòd illorum Ecclesiæ, & oratoria ad profanos usus non redigãtur sed in illis celebrentur diuina officia consueta, ac tam domorum, & locorũ destitutorum huiusmodi, quàm omnes aliæ, & singulæ sorores mantellatæ pizocheræ prædictæ ad aliquẽ aliũ ordinẽ trãsire nequeãt, prout dicti ordinis fratrũ seruorũ professores sunt astricti.*

INSVPER *cum nonnulli ad prædictum fratrũ Seruorũ B. M. ordinem gerentes præcipuum deuotionis affectum, ordinent eorum cadauera cũ habitu fratrũ prædicti ordinis, aut sororum, seu mantellatarum eiusdẽ sepeliri, ne ex illorũ corporũ ad alia loca delatione ordinis, et fratrũ prædictorũ iuri, & ordinationi eorũdẽ irrogetur intentui, decernimus talium cadauera cum tali habitu nisi apud fratres ipsos in eorum cimiterijs nec alibi posse, absq; fratrum domus loci, in quo tales decesserint expressa licentia, & assensu.*

7

**Eorum cadauera, quibus concessa sunt ordinis priuilegia alibi nõ possũt sepelliri, quod similiter approbauit Pius V. in bulla noua confirmationis in declaratione cap. 14. sess. 25. ubi dicit. ac moniales dictis fratribus subditas, uel personas in eorum Ecclesiis sepulturam eligentes, nulla soluta parocho portione sepellire, uel fratres ad associanda corpora uocati fuerint illa absque eorum presentia sepelliri facere audeant.**

CETERVM *ut si ratione parrocchialium Ecclesiarum apud quas domus fratrum eorundem constructæ fuere, uel construentur in futurum, locorum Ordinarij in eosdem fratres aliquam supe-*

8

**Fratres seruorum possunt in suis ecclesiis parrochum constituere, quod itidem approbauit Pius Quintus in bulla confir. priuilegiorum mendi-**

cantium dicens insuper volumus, quòd præfati regulares, quibus cura animarum inest possint per seipsos iuxta suorũ superiorũ ordinationem, aut alios Vicarios, seu capellanos Seculares deputare, &c.

rioritatem vendicare temptarent, ne eorumdem fratrum quies in aliquo perturbetur, ipsius fratribus concedimus, vt in sic concessis, & quas eis concedi contigerit in futurum curatis Ecclesijs possint per capellanum à Generali, vel de illius commissione à prouincialibus, seu alijs Prioribus dicti ordinis pro eorũ nutu eligendum, ponendum, & amouendum, curam dictarum Ecclesiarum exercere. Qui quamdiu capellanatus huiusmodi fungetur officio, ac si dicti ordinis fratrum seruorum professor existeret eorumdem fratrum libertate, & exemptione fruatur, Ecclesiaq; prædictæ, & illarũ bona, eadem qua domus fratrum dicti ordinis prærogatiua letetur.

9

Generalis ritè electus reiecta omni subditorum appellatione potest libere officium exercere, & eadem traditur facultas generalibus Heremitarum, & Carmelitarum, ut in eorum Mari Magno.

ILLI præterea particulæ litterarum Clementis prædecessoris prædicti, in qua fratribus dicti ordinis, quòd Priorem Generalem dicti ordinis certo modo eligere possint, conceditur, motu, scientia, & authoritate prædictis adijcimus, quòd idem generalis Prior sic electus, postquam electionis sibi præsentato decreto cõsenserit, intelligatur authoritate Apostolica confirmatus, ac eo ipso liberè exerceat, & administret, quæ ad suum generalatus pertinent officium. Reiecta quauis professorum dicti ordinis, & aliorum sibi rõne dicti officij subditorum appellatione, quam ab eius præceptis, monitionibus, ordinationibus mandatis, & decretis regularis disciplinæ eorumdem quomodolibet interponi contingeret.

10

Priores Prouinciales, & Conuentuales tantum in comitiis Generalibus, & Prouincialibus eligantur.

ATTENDENTES insuper, quòd prouincialium, & conuentualium Priorum electiones eo firmiores erunt, quo solennius celebrabuntur; uolumus, ac motu

*ac motu ſcientia, & authoritate ſæpe dictis, ſtatuimus quòd prouincialiũ, et cõuẽtualiũ quorũlibet Priorũ dicti ordinis electiones in generali, uel prouincialibus capitulis per fratres dicti ordinis fieri cõsuetis perpetuis futuris temporibus fieri debeant, et fratres prædictos ad electiones huiusmodi ſic, & non aliter faciendas teneri, & obligatos eſſe declarantes, ac quicquid ſecus attemptari contingeret, ſeu fieret, irritum, & inane decernentes.*

RVRSVS *quia intelleximus, quòd, & ſi piæ memoriæ Ioannes Papa vigeſimus ſecundus, etiã prædeceſſor noſter illorum opinionem, qui aſſerebant, quòd confeſsis à prædictis, & alijs quoruncumq; mendicantium ordinum fratribus, ad audiendas confeſſiones iuxta iuris diſpoſitionem deputatis pro tempore tenebantur eadem peccata rectori eorum parrocchialis Eccleſiæ iterum confiteri, reprobauerit: & deinde recolendæ memoriæ Eugenius Papa quartus ſimiliter prædeceſſor noſter reprobationem huiusmodi approbando, contra talia aſſerentes, tanquam de hæreſi ſuſpectos per locorum ordinarios inquiri, & procedi mandauerit, ac ſucceſsiue Nicolaus prædeceſſor præfatus à Ioanne, & Eugenio prædeceſſoribus huiusmodi geſta in præmiſsis robur perpetuæ firmitatis obtinere debere decreuerit, nihilominus nonnulli adhuc eorundem inhærentes proteruiæ opinionẽ prædictam, & deſuper damnatos, & malè ſonantes, ac reprobos factos articulos veros eſſe, affirmare non verentur, ut taliũ præſumptuoſa temeraritas tãto minus inualeſcat, quanto plurimũ erit ſuperiorũ correctioni.*

12

*Inhibentes fratres ſeruorum à confeſsionibus audiendis sũt excommunicati, at cũ huiuſmodi indultum in quibuſdam aduerſaretur decreto cap. 15. ſeſsionis 23. concilii Tridentini, propterea Pius V. in bulla confirmat. præ: mend. ita declarauit, uidelicet quod mendicantes poſſunt tam intra domos quoniã extra confeſsiones audire, & quod ſemel admiſſus in una dioceſi amplius examinari, uel præſentari in eadem non tenetur, & deniq; quod confeſſores monialium, & lectores, ſiue graduati nõ debent examinari.*

*subiecta, concessam contra tales opinantes, per eiusdē Eugenij prædecessoris literas locorum ordinarijs facultatem, ad Inquisitores hereticæ prauitatis extendimus, ac volumus, quod Inquisitores ipsi quicunq; fuerint, eadem qua ordinarij contra tales authoritate fungantur.*

12

*Probibentes ne fratres Seruorum à Ptis fidelibus elemosinas recipiant excommunicantur & vt heretici puniendi declarantur verū cum huiusmodi indultum aduersari videretur decreto cap. 9. sessionis 21. concilii Tridentini. ob id Pius Quintus in bulla conf. priuil. mend. ita declarauit: videlicet quod decretum illud nullo modo ad mendicantium ordines referri possit. vel debet.*

*QVODQVE si super quoscunq; processus, lites & controuersias inter fratres Ecclesiarum rectores, & ordinarios prædictos emergentes, ordinarij ipsi seu quicunq; alij ad inhibitionē helemosynarum per Christi fideles fratribus ipsi faciendarum, quocunq; modo fuerint prolapsi: uolumus, & præsentium tenore decernimus, omnes, & singulos inhibentes huiusmodi, excōmunicationis sentētiā ipso facto incurrere, ac contra eosdem hæreticæ prauitatis Inquisitores præfatos ad omnem simplicem dictorum fratrum requisitionem, tanquam contra hæreticos posse, ac debere procedere.*

13

*Fratres Seruorum caritatiua subsidia nō tenentur soluere, & alia onera quæ solent imponi, & hoc idem confirmat Pius Quintus primò in bulla quæ legitur in cena Domini: Singulos excomunicans qui huiusmodi onera imponere audent: deinde in bulla conf. Priuil. mendicantium: in declarat. cap. 9. sess. 25. decernit enim mēdicantes immunes à decimis, & subsidiis & à contributione pro seminario. etiam si animarum curam habeant.*

*IOANNIS quoq; prædecessoris prædicti declarationem, atq; decretum quod Priores, & fratres, qui pro tempore essent domorum, & locorum præfati ordinis, ubicunq; consistentium, à quacunq; ēt per ipsum, seu authoritate Apostolica quandocunq; super personis Ecclesiasticis, vbicunq; constitutis imponēdi subsidis exhibitione, sicut mendicantium ordinum fratres, exempti penitus, & liberi, ad aliquid huiusmodi subsidijs soluendum non tenerētur, ad non solutionē collectarū, seu exactionū quarūlibet, vel vigesimæ, ac nullas noualiū eorū, quæ proprijs manibus, & sumptibus colunt, ac ortorū, virgultorum, & piscationum eorum decimarū exactiones, necnon quecunq; bona dictorum*

*fratrũ, & onera, quæ etiã sub cuiusuis alterius quartæ, uel caritatiui subsidij quo ad Ecclesias usq; ad præsentẽ concessionẽ eidẽ ordini, uel eius domibus aut locis unitas, uel concessas, aut datij, pedagij, uel gabellæ, imbottati, aut alio quouis nomine inducentur, per locorum ordinarios, clerum, aut populum, siue principes, & dominos temporales, ac alios quoscunq; exigerentur, etiam quauis authoritate extendimus, dicti ordinis fratrum Seruorum professores, etiam si decimæ, & onera huiusmodi, per quoscunq; exemptos, etiam mendicantium ordinum professores solui mandarentur cum quibus suis etiam derogatoriarum derogatorijs, ac fortioribus, & efficacioribus catholicis ad decimarum, & onerum prædictorum solutionem non teneri, ac in illorum solutione, cessando censuras, aut pœnas aliquas non incurrere, nisi præsentibus, non per generales, aut alias clausulas specialem mentionẽ importantes, sed aliàs sit specificè derogatum earumdem præsentium de verbo ad verbum inserto tenore.*

14

*mantellatæ possunt etiam in die pascæ in propriis domibus sacramenta recipere non requisita parrocchialium ecclesiarũ licentia et sepelliri: & omnibus plẽariis indulgẽtiis, & priuilegiis ordini Seruorũ concessis, & concedendis potiri.*

ET vt, *Virgines, viduæ, & coniugate personæ, sorores mantellatæ, pizocheræ dicti ordinis fratrũ Seruorum nuncupatæ prædictæ tanto feruentius iuxta eorum viuendi ritum, & morem sub cura, & secundum instituta eiusdem ordinis, ac ordinata per præfatum Martinum prædecessorem nostrum diuinis studeant, vacare beneplacitis, quanto maioribus priuilegijs, & fauoribus præfatæ sedis, propterea cognouerint se refertas, motu, scientia, & auctoritate præfatis volumus & eisdem personis concedimus, quòd omnibus, & singulis, priuilegijs, immunitatibus, fauoribus, gra-*

*tijs, & indultis spiritualibus, & temporalibus ordini, & fratribus prædictis concessis, & concedendis, & quibus illi in genere quomodolibet potiuntur, & gaudent, tam in uita quam in mortis articulo, & circa peccatorum remissionem, & iniunctarum pœnitentiarum relaxationem, ac quascunq; temporales, & plenarias indulgentias, potiri, & gaudere, ac participes esse possint, & debeant, liceatq; fratribus eisdē sororibus pizocheris, & mātellatis personis prædictis, etiam in domibus quotiens opus fuerit, ac in paschate, eucharistiæ, & extremæ vnctionis sacramenta ministrare, & quando eas decedere contingerit, illarum cadauera ad eorumdem fratrum Ecclesias tumulanda deferre, etiam parrochialium Ecclesiarum personarum, siue rectorum licentia de super minime requisita.*

15

Oblatis vtriusq; sexus singula priuilegia, mantellatis cōcessa elarginutur.

*ET ne Oblati dicti ordinis, qui in illo ad instar oblatorum ordinis fratrum hæremitarum S. Augustini prædicti recepti fuerunt, & recipientur in futurum provt vigore priuilegiorum dictis fratribus Ser. B. M. à prædecessoribus nostris Rom: Pontificibus cōcessorum recipi potuerunt, et pro tempore poterunt, eorum puræ deuotionis ad ordinem fratrum Seruorum huiusmodi frustrentur effectu, omnia, & singula circa fratres, & sorores, siue pizocheras, & mātellatas noncupatas prædictas in quibuscunq; priuilegiorū prædictorum, & præsentibus litteris statuta, concessa, & ordinata, aut illis, & fratribus prædictis in eorum commodum, & fauorem indulta ad easdem dicto ordini Fratrum Seruorum Beatæ Mariæ, & pro tem-*

*pore oblatas, & commissas vtriusque sexus personas, scientia, motu, & auctoritate præfatis extendimus, & ampliamus: ac in eis locum habere, perinde, ac si pro eisdem oblatis personis, & circa illas emanassent, decernimus, volumus, & ordinamus.*

16

*Nullus Abbas, nec generalis, aut alius prælatus potest fratres Seruorum recipere: immo nec maior pœnitentiarius potest dare licentiam quod ad alium ordinem prædicti, fratres se conferant sine authoritate Generalis, vt hic habetur: quin potius Pius quintus in bulla confirm. Priuil. mendic. in declaratione cap. 4. sess. 24. addit hæc inhibemus etiam ipsis ordinariis ne fratres extra claustra degentes sub eorum protectione recipiant, eosque inuitis suis superioribus detineant: prohibemus quoque eisdem ordinariis ne aliquo modo se intromittant in bonis dictorum fratrum extra claustra suorum monasteriorum pro tempore degentiũ, siue decedẽtiũ, &c.*

STATVTO *verò litterarum Urbani prædecessoris antedicti cauenti quòd nullus ex prædictis fratribus, qui in suo ordine regularem professionem emisisset, ad aliquem alium, etiam S. Benedicti, vel quorumcumq; mendicantium ordinem transire valeret, motu, scientia, & auctoritate prædictis addimus, & volumus, quòd nullus cuiuscunq; alterius ordinis Abbas, Generalis, vel prælatus, siue persona secularis cuiuscunq; status, gradus, ordinis, vel conditionis existens, quamuis etiam Apostolica, ac generali, vel speciali authoritate suffultus, aut suffulta prædictos fratres Seruorum B. Mariæ recipere, vel retinere, nec aliqui Apostolicæ sedis legati, etiam de latere, aut maior pœnitentiarius eisdem fratribus à prædicto suo ad aliquem alium ordinem huiusmodi, se transferendi, siuè beneficia aliqua recipiendi, vel retinendi habilitatem, vel dispensationem vllam concedere, aut fratres eosdem à superiorum suorum regulari obediẽtia quomodolibet eximere possit, vel debeat absq; speciali licentia in dicto statuto contenta, & de verbo ad verbum exprimenda. Quodq; nihilominus, Abbates, Generales, seu Praelati, vel personæ huiusmodi, qui, aut quae tales fratres contra statuti praedicti, & praesentis nostrae voluntatis formã, & tenorem aliquem ex fratribus praedictis recepissent.*

*velrecipient in futurum illos cum omnibus, & singulis bonis, quæ secum haberent, & à domo seu à conuẽtu, à quo tempore translationis huiusmodi dicesserant, secum attulerant, ad domum seu conuentum prædictos remittere teneãtur, sententiam excommunicationis latæ sententiæ de facto incursuri, quotiens monitione præmissa à superioribus dictorum fratrum requisiti, illud facere recusauerint, & nihilominus beneficia, quæ per fratres prædictos habilitatis, aut dispensationis huiusmodi prætextu obtinerentur omnino vacare censeãtur, & per illum, ad quem illorum collatio pertinebit alÿ, uel alÿs idoneis prrsonis, tanquam vacantia liberè, & licitè conferri possit, & assignari. Quodq; fratres prædictorum, qui à dicto ordine discessissent siue discendẽt illius habitum relinquendo, & cẽsuras Ecclesiasticas incurrendo, bona omnia per eos postquam professionem dicti ordinis emiserint quomodolibet acquisita, ad prædictum ordinem deuoluantur eo ipso motu, scientia, & authoritate similibus statuimus, atque decernimus.*

17

Contra Apostatas quibus inhibetur sacramentorum administratio: & vbicunq; cõmorẽtur, possunt ligari, incarcerari. innocato si opus fuerit bracchio seculari. in priuilegiis vero minorum habetur quod apostata eiecti ab ordine pro suis demeritis non possunt predicare; nec docere nec confessiones audire, nec ad aliũ ordinẽ transire sine licentia Papæ aut prælatorum ordinis, & in priuilegii carmelitarum per Pium secundũ

CVPIENTES *Insuper cunctos Christi fideles à norma rectitutidis, & rationi tramite delires ad reconciliationis gratiam Domino propitio redire Priori Generali fratrum Seruorum B. M. ordinis S. Augustini prædicti, nunc, & pro tempore existenti, quòd omnes, & singulos vagos, relapsos, & apostatas dicti ordinis, ut ad eundem ordinem, pro vt tenentur humiliter, & deuotè redeant, & propria, quæ habent superioribus suis assignent, eisq; obedientiam, & reuerentiam debitas exibeant, & regulariter viuant iuxta*

*eiusdem ordinis Seruorũ salutaria instituta, omnibus iuris remedijs oportunis compellere, & illos, qui super ijs inobedientes, siue rebelles fuerint, excomunicare, capere, ligare, incarcerare, & alijs disciplinæ regularis rigoribus per se ipsum, vel alios ab eo deputatos, in quocunq; habitu, & loco, etiam si in Romana curia tales apostatas contingeret inueniri, in qua prout extra eam Priorem prædictum super illius subditos tam expressæ quam tacitæ professionis emissæ vigore ordiriorum, authoritate Apostolica deputamus, subdere liberè, & licitè possit, motu, scientia, & authoritate præfatis cõcedimus facultatem: Inuocato ad hoc quotiens opus fuerit, auxilio brachij secularis. Ac inhibemus, ne apostatæ prædicti confessiones audire, uel docere quo quomodo præsumant, nisi ad alium ordinem in quo licitè huiusmodi exerceantur officia, de Prioris Generalis prædicti licentia speciali, se transtulerint.*

*conceditur, quòd prælati per censuras possint procedere cõtra Principes apostatas fauentes.*

18

*Nullus regularis, siue laicus potest deferre habitum consimilem habitui fratrum Seruorum, monialium, mantellatarum, siue pinzocherarum & qui contrafecerit Prælatorum ordinis arbitrio subiaceat.*

*ET præterea inhibemus, ut nullus siue in cuiusuis religionis ordine, siue extra ordinem cõstitutas habitum fratrum Seruorum prædictorum aut illi, ita consimilem, quòd per illum frater Seruorũ B. M. credi: nullaq; mulier pizochera, soror, aut mantellata, siue monialis alterius ordinis habitum consimilem habitui monialium, sororum, pizocherarum siue mantellatarum dicti ordinis fratrum Seruorum, vel illi consimilem, quód ipsius persona censeri possit, deferre valeat, absq; Sedis Apostolicæ licentia speciali. Ita vt quicũque illum aliter gestare repertus fuerit correctioni Generalium, et Pprouincialium ordinis huiusmodi iuxta*

*illorum arbitrium puniendus subyciatur.*

19

Generalis duos magistros theologos potest in comitiis Gen. creare.

*UT autem capitulum generale dicti ordinis celebrius sit, quo inibi plures ad Theologiae magisterij gradum debeant promoueri, litteras Bonifacij praedicti, per quas Priori Generali, qui dicti ordinis pro tẽpore fuerit, quòd in quolibet eiusdem ordinis capitulo generali unum illius fratrem (quem duxerit eligendũ) ad id repertum idoneũ, ad huiusmodi magisterij honorem promouendi licentiam elargitus est, ampliando Priori praedicto duos duntaxat dicti ordinis fratres, unum citramontanum, & alterum, si tunc inueniatur alias in ultramontani, citramontanum, & in citramõtani defectum vltramontiũ aliũ ad magisterij theologiae gradum praedictum ordinatione litterarum dicti Bonifacij, necnon modo, & forma studij in promotionibus graduum, & graduandorum praedicto ordini, datis, atque concessis circa præmissa seruatis, promouendi licentiam, & facultatem, motu, scientia, & authoritate praefatis elargimur.*

20

Quae promouendis ad doctoratus dignitatem necessaria existunt.

*AC praeterea ne de sufficientia promouendorum huõi hesitetur, statuimus, quòd nullus frater praedictorum ab bacalaureatus, nisi per quinq; annos continuos, & magisterij theologiae gradus, nisi per tres alios annos post assecutione bacalauratus huiusmodi, iuxta alicuius vniuersitatis consuetudinem in facultatibus huiusmodi studerit quomodolibet promoueri possit. Quodq; prouincia, & conuentus de qua promouendi ipsi fuerint oriundi illis de congruis & sufficientibus expensis in talibus promotionibus iuxta vniuersitatis, in qua promouebuntur morẽ, uel*

con-

*consuetudinem requisitis, & opportunis totaliter prouidere teneantur: si, & quatenus in aliqua vniuersitate, vbi studium vigeat, aut in capitulo dicto ordinis generali, & non alibi ad gradus prædictos se faciant promoueri. Decernentes quòd fratres ipsi promouendi ad huiusmodi gradus licentiam, vel indultum ab Apostolica sede impetrare non debeant, sine speciali, & expressa dicti Generalis licentia, ac irritum, & inane, quicquid secus fieri contingeret, vel attemptari.*

21
Fratribus Seruorum licet semel in vita, & semel in morte patrem eligere a quo plenariam remissionem peccatorum possunt recipere.

*VT autem prædicti fratres tanto feruentius diuinis beneplacitis insistant, quanto maioribus se viderint spiritualibus gratijs fore munitos, omnibus, & singulis dicti ordinis professoribus præsentibus, & futuris, vt confessor idoneus dicti ordinis professoribus præsentibus, & futuris, quem ipsorum quilibet pro se duxerit eligendum, eorundẽ confessione diligenter audita pro cõmissis per eos excessibus, & peccatis, etiã si talia forẽt, propter quæ sedes Apostolica esset merito consulenda, semel in vita, & semel in mortis articulo plenariã absolutionẽ, et peccatorum huiusmodi remissionem: etiam si ante factam dicti ordinis professionẽ eos decedere contingeret.*

22
Fratribus Seruorũ licet habere altare portatile obseruando tamen quod fratres Seruorũ, propter comunicationem priuilegiorũ, possunt sine aliquo scrupulo alicuius cõsuetudinis mittere reliquias extra vrbẽ pro consecratione altariũ, & lapides cuiuscunq; generis sine consecratos, sine nõ eodem enim priuilegio gaudent in veritate, vt author cõpendij priuilegiorũ minoritarũ annotant & priuilegium est Alex. 6.

*QVODQVE liceat eis habere altare portatile, super quo in locis ad id congruis, & honestis per se ipsos, si præsbyteri fuerint, uel aliàs per idoneos præsbyteros missas, & alia diuina offitia, etiam antequam illucescat dies, circa tamen diurnam lucem, & absq; alicni iuris præiudicio. Et tempore generalis interdicti ordinaria solum, non autem authoritate*

*Apostolica appositi in locis prædictis, præterquam in Ecclesiis ab ordinarij obedientia non exemptis quotiens ab eis contigerit interdici.*

**23**
*Tempore interdicti licet diuina celebrare, & omnes familiars admittere. hoc autem indultum sic à Pio V. in bulla consi. priuil. mend. declaratur in cap. 12. sess. 25. uidelicet quod interdicta non debent suspendi in festiuitatibus sanctorum ordinis, & eorū octauis, & in aliis ad quem habent priuilegia.*

ACCVM *generale terræ fuerit interdictum in Ecclesiis, & locis præfati ordinis dummodo causam non dederint interdicto, & clausis ianuis excommunicatis, interdictis exclusis, & submissa uoce celebrare seu celebrari facere, necnō eiusdem interdicti tempore ad diuina huiusmodi cum eis sorores pizocheras, mantellatas, oblatas, commissasq; personas, ipsorumq; fratrum, ac monasteriorum monialium ordinis prædicti, procuratores, & negocia gerentes utriusq; sexus admittere præfatis, motu, scientia, & authoritate indulgemus.*

**24**
*Fratres Seruorum isdem immunitatibus priuilegiis, indulgentiis tam in temporalibus, quam in spiritualibus frui possunt, quibus gaudent Heremitani, de huiusmodi uero communicatione indulgentiarum inferius tractatur, ad notandum tamen, quod idem Innocentius Octauus obseruātibus congregationis Hispaniæ S. Augustini, & monialibus (ut aduertit compendium priuigeliorum minorum) concessit, ut Priores dictæ congregationis, & confessores ab eis deputati eisdem personis dictæ congregationis uerè pœnitentibus, & confessis (quādiu sub obseruantia regulari dicti ordinis uixerint) semel in quolibet anno in festo natiuitatis domini nostri Iesu Christi, & deinde in mortis articulo omnium peccatorum suo*

CONFIRMATIONEM *quoq; litterarum Bonifacij prædicti qui Priori, & fratribus Seruorum huiusmodi, ut ipsi, & eorum domus, & loca, omnibus, & singulis priuilegijs, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, & indulgentijs laudabilibus vti possent, quibus fratres ordinis fratrum heremitarum S. Augustini præfati eis ab Apostolica Sede concessis, vsi fuerant in Martini præfati litteris insertarum, per eundem Martinum factam, ad quascunq; litteras, & gratias spirituales, & temporales, ac cōcessiones, indulgentias, peccatorum remissiones, almæ urbis stationes in genere, uel in specie, fratribus, & sororibus, pizocheris, seu mātellatis, & alijs eiusdem ordinis fratrum hæremitarum utriusq; sexus personis, necnon eiusdem ordinis domorum, & locorum, capellas, & oratoria visitantibus conces-*

*ſas, & quas in futurum ab Apoſtolica Sede concedi contingerit, ad generalem, aliosq́ Priores, & fratres, necnon Eccleſias, oratoria, domos, & loca ordinis fratrum Seruorum huiusmodi in quibuscunq́ prouincijs, ciuitatibus, terris, ſeu locis conſiſtentia, motu, ſcientia, & authoritate ſæpe dictis extendimus eisdemq́ Prioribus, & fratribus Seruorum, quòd omnibus immunitatibus, libertatibus, & indulgentijs præfatis, vbi libet locorum fungi, & gaudere liberè poſſint, quibus dicti ordinis hæremitarum Priores Generales, & fratres, domus, atq́ loca in quibusuis prouincijs, ſiue locis vti, fungi, & gaudere poſſunt, ſiue poterunt quomodolibet in futurum.*

*Quodq́ vniuerſi Christi fideles verè pœnitentes, & confeſſi, qui Eccleſias, oratoria, & loca ordinis fratrum Seruorum huiusmodi pro tempore viſitabunt illas indulgentias, & peccatorum remiſſiones conſequantur, ſi viſitarent ſingulas Eccleſias, oratoria atq́ loca fratrum hæremitarum huiusmodi vbicunq́ ſint a in omnibus, & per omnia perinde, ac si immunitates, priuilegia, libertates, & indulcta prædicta, Prioribus, Fratribus, domibus, & locis, ordinis Seruorum huiusmodi, ac indulgentiæ, & peccatorum remiſsiones, prædictæ visitantibus ipsius ordinis Seruorum, domos, Eccleſias, loca, & oratoria, pari modo à principio conceſſa fuiſſent, & impoſterum concederentur, similiter indulgemus.*

*rum, de quibus corde contriti & ore confeſſi fuerint plenariam indulgentiam impendere valeant. Rurſus Iulius ſecundus concedit iisdem Auguſtinenſibus, ut confeſſores idonei, & regulares quos ipſi de licentia ſuorum ſuperiorū duxerint eligendos poſsint eos abſoluere ab omnibus exceſsibus & delictis, ac ſemel in vita, et in mortis articulo omniū peccatorum ſuorum remiſsionem elargiri &c. & Leo decimus concedit quod uniuerſi ordinū mendicantium fratres, & moniales tertijq; ordinis, ſexus & familiares utriuſq; eorum poſsint gaudere omnibus, & ſingulis indulgentiis, & per ſe, & prædeceſſores ſuos domus Beatæ Mariæ de Populo de urbe conceſsis, & concedendis, & inter cætera Sixtus in ſolennitatibus B. M. concedit plenariam omnium peccatorum remiſsionem, & idem in quolibet ſabato quadrageſimæ omnium plenariam remiſſionem, & ueniam.*

25

*Vere penitentibus, & confeſſis uiſitantibus Eccleſias Seruorum conceduntur eædem indulgentiæ, quæ conceſſa ſunt & conceduntur Heremitanis, de quib. ī ferius, ſubrogatis tamen indulgentiis in quibus mentio habetur de manibus adiutricibus huiuſmodi omnes Pius V. reuocauit.*

26

*Refugientes ad Eccleſias Seruorum ſecuritate gaudent.*

CVM *Insuper ad Ecclesias eorūdem fratrū Ser. refugientes à iure, & Apoſtolicis priuilegijs cōceſſa ſecuritate gaudeant, & nonnulli in dubium reuocent in*

*terdum, quid Ecclesiæ appellatione contineatur ad ta le dubium submouendum domos ipsorum fratrum Ser uorum, cum ortis, ortalicijs, claustris, officinis, & locis omnibus infra illorum ambitum inclusis comprehendi, & dicta immunitate gaudere, qua Ecclesiæ ipsæ gaudent, seu potuerunt imposterum gaudere, pari motu, scientia, et authoritate declaramus, immunitatem ipsam quatenus expediat ad illa ẽt extendentes.*

27
Monaci nec fratres mendicantes possunt Ecclesias de nouo fundare: uel edificata recipere nisi distent à domibus Seruorum ultra per spatium centum quadraginta cãnarum: Clemẽs uerò quartus hoc in speciali ordini prædicatorum præcipit. & clemens præfatus idẽ indultũ carmelitis cõcessit & Sixtus quartus idem roborando. excomunicat irritantes hoc decretum.

*PRAETEREA quieti dictorum fratrũ Seru. attendentes, ac scandala, & dissensiones, quæ inter ipsos, & aliorum quoruncũq; ordinum monachos, canonicos, siue fratres occasione recipiendorũ, aut construendorum locorum exorta sunt, & possent pro tempore exoriri, tollere cupientes, motu, scientia, & authoritate iã dictis prohibemus, ne aliqui S. Benedicti, vel aliorum non mendicantium, monachi, seu canonici quoruncunq; mendicantum reliquorũ ordinũ fratres, eorum domos, Ecclesias, oratoria, siue loca quæcunq; iuxta domos, Ecclesias, & oratoria, vel loca eorundem fratrum Seruorum, nisi ultra spacium cẽtum quadraginta cannarum per aerem mensurandarum accipere, vel de nouo fundare aut ædificare, nec fundata, uel ædificata recipere.*

28
Tollentes monasteria a patribus ordinis excomunicantur etiam si patribus congregationis concederentur.

*NE ut tam monaci, canonici, & fratres prædicti, quam ẽt eiusdem ordinis fratrũ Ser. de obseruãtia fratres nuncupati, necnõ laici utriusq; sexus cuius dignitatis, gradus, ordinis, uel conditionis fuerint, & si marchionali, ducali, comitali, Patriarchali, Archiepiscopali, Episcopali, & alia qualibet Ecclesiastica præfulgeant dignitate, & authoritate, domos,*

*Ecclesias, oratoria, vel loca per fratres conuentuales Seruorum huiusmodi habita, & possessa, aut monasteria monialium, vel sororum cura ipsorum fratrum conuentualium Seruorum Beatæ Mariæ commissa alijs fratribus monialibus, uel sororibus etiam eiusdem ordinis sub excommunicationis latæ sententiæ pœna eo ipso totiens, quotiens ipsos contrafacere contingerit, incurrenda, quouis nomine nuncupatis quomodolibet concedantur; aut quòd amotis exinde fratribus, & sororibus illos, & illa inhabitantibus reformentur, & alij fratres, alienæ moniales, aut sorores eorum loco surrogentur, substituantur ibidem, seu quòd domos Ecclesiæ, oratoria, & monasteria prædicta alijs assignentur, vel committantur procurare, querere, seu temptare, nisi apud Priorem Generalem dictorum fratrum Seruorum pro tempore existentem, qui teneatur, & debeat, quotiens opportunum fuerit, & fuerit requisitus per se, vel ab ipso deputandos, domos, monasteria, & loca ipsa debitè reformare, & quæ correctione, & emendatione indigerent, corrigere, ac emendare. Nec etiam ad effectum ammotionis huiusmodi à domibus suis eisdem fratribus Seruorum conuentualibus, ac eorum curæ commissis, monialibus, & sororibus iniuria, vel grauamina aliqua inferre, seu ab eisdem fratribus Seruorum, eorumq; curæ commissis monialibus, & sororibus prædictis, pro rebus & bonis, quæ haberent, ac negociationis causa non defferent, pedagia, guidagia, gabellas, aut alia quouis nomine nuncupata, noua onera petere, exigere,*

Reformatio monasteriorum ad Generalem spectat.

*leuare, quoquomodo præsumant. Ac volumus, motuq́ scientia, & auctoritate prædictis statuimus, & ordinamus, quòd fratres ipsi cōuentuales, ac moniales sorores, & alij quicunq́ reformationibus, quas fieri cōtinget per Generalem, aut de illius speciali commißione Prouinciales Priores fratrū Seruorum prædictos acquiescere, illasq́ obseruare omnino teneantur, & debeant. Quodq́ layci prædicti in faciendis reformationibus huiusmodi, aliàs quàm vt præfertur, nullatenus se intromittant, aut ne fiant, opponant, vel contradicant, nec quòd postmodū factæ reformationes alterentur, vel mutentur, aut in eis aliquid vltra addatur, quærere audeant, sub eadem excommunicationis sententia, si contrafecerint, eo ipso ex tunc incurrenda, decernentes irritum, & inane, si secus super ijs à quoqua, quauis etiam Apostolica auctoritate scieter, vel ignoranter, harum non inserto tenore contigerit attemprari.*

Layci se intromittentes in reformationibus ordinis, vel monialium in manus Sathanæ traduntur.

29

Fratres Seruorum citari non possunt etiam à legatis sedis apostolicæ nisi in literis fiat specialis mentio.

PORRO *dictorum fratrum Seruorum quieti, & commoditatibus prouidere volentes, quòd per litteras Apostolicæ Sedis, vel quorumcunq́ etiam de latere legatorum, aut subdelegatorum eiusdem imposterū impetrādas ad litterarū ipsarū executionem, aut illarum vigore citationes, commißiones, vel censurarū Ecclesiasticarum promulgationes faciendum, nec causas aliquas audiendum à quoqua inuiti compelli posint, nisi de præsenti indulto, & ordine fratrum Seruorum huiusmodi specialis mentio in prædictis litteris habeatur, eisdem fratribus Seruorum, motu, scientia, & auctoritate præfatis indulgemus.*

*RVRSVS vt ex litteris Martini prædecessoris antedicti, qui Priori Generali, & fratribus Seruorum prædictis, quod in quibuscunq; ciuitatibus, terris, & locis in quibus domos cum earum Ecclesijs, & officinis, possessiones tamen sufficientes pro victu fratrum in illis commorantium non habentes, ad instar fratrū ordinum mendicantium, mendicare, ac hælemosynas, et suffragia petere poßint cōcedit: ipsi fratres Seruorum vberiorem fructum, & gratiam valeant reportare, ac ne rerum præmantur inopia; illorum victui, & necessitatibus subuenire volentes eisdem, motu, scientia, & auctoritate decernimus. Quòd fratres huiusmodi, in omnibus ciuitatibus, terris, & locis prædictis, absq; vlla quota, vel portione, aut onere, seu solutione quouis nomine nuncupatis, de iure, vel consuetudine ciuitatum, terrarum, & locorum eorumdem requisitis, danda, vel porrigenda mendicare. ac hælemosynas, & suffragia, pro ipsorum victu, & neceßitate petere, & recipere, liberè, & licitè valeant. Inhibentes omnibus, & singulis tam Ecclesiasticis, quàm laycis personis quacunque dignitate fungentibus, ne sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, eo ipso quo cōtrafecerint incurenda, ne fratres Seruorum prædictos ad dandum, vel soluendum aliquid ratione mendicantis, & hælemosynarum prædictarum cogere, aut ab eisdem fratribus petere, nec illos propterea impedire quoquomodo præsumant.*

30 *Fratres Seruorum in omnibus locis, etiam non requisita licentia, possunt elemosinas recipere, & hoc inhibentes, excommunicantur, vt supra in indulto duodecimo annotatū est: & in hoc eodem loco cōfirmatur.*

*COETERVM attenta meditatione pensantes quantum vtilitatis ad exaltationem Christianæ fidei, & Euangelicæ veritatis, dicti fratres Seruorum ha-*

31 *Fratres Seruorum consimiles in prærogatiuis quatuor ordinum mendicantium.*

*ctenus attulerint, & adiuuante Domino afferre valeant in futurum, ac propterea volentes, vt tenemur, illos consimilibus, prædicatorum, minorum, hæremitarum Sancti Augustini, ac Beatæ Mariæ de monte Carmelo, quatuor ordinum mendicantium professoribus concessis in simili prærogatiuis.*

32
Religio Seruorum locum habet orandi in Capella in die Epiphaniæ, & dominica de Paßione.

QVOD *de cætero fratres Seruorum prædicti locũ habeant sermonem faciendi in capella nostra, Epiphaniæ, & quintæ dominicæ quadragesimæ de paßione nuncupatæ singulorum annorum diebus, locum ipsum eisdem fratribus Seruorum [illegible]ebus prædictis ad huiusmodi sermonem faciendum, prout alij dictorum mendicantium ordinum fratres suis loco, & tempore habent, & faciunt pœnitus aßignantes, paribus, motu, scientia, & auctoritate statuimus, atque decernimus.*

33
Ordo Seruorum sub nullo cõsuetudinis prætextu pro consecrationibus, & oleo sancto grauandus est, & hoc idem approbat Pius quintus in bulla confirm. priuil. mendican. in declaratione cap. vndecimi. sess: 25.

CONSIDERANTES *etiam, quòd pro Ecclesiarum, altarium, & locorum omnium dicti ordinis Seruorum consecrationibus, & Ecclesiasticis sacramentis ab ordinarijs, siue diocesanis Episcopis habendis fratres ipsi nullatenus sunt grauandi, motu, scientia, & auctoritate prædictis volumus, statuimus, atq; decernimus, quòd nullus ab eisdem fratribus, sub cuiusuis cõsuetudinis prætextu, vel aliquo quouismodo, pro consecrationibus, oleo sancto, & alijs Ecclesiastic. sacra. huiusmodi aliquid petere, vel extorquere præsumat. Quinimmo Episco. consecrationes, & omnia sacramenta prædicta, liberè, & gratiosè absq; vllius rei perceptione, vel solutione eisdem fratribus quotiens oportunum fuerit impendere teneantur, salua*

*tamen*

*tamen refectione consueta in prandio, vel in cœna, in consecrationibus Ecclesiarum, vel altarium. Quòd si facere recusauerint, aut sedes Diocesanorum vacauerint, liceat fratribus prædictis consecrationem, & omnia sacramenta prædicta à propinquiore, seu quocunque alio maluerint catholico Antistite, gratiã, & communionem Apostolicæ sedis habente absq; vlla contradictione petere, atq; recipere.*

*DEMVM si præcepta ieiuniorum, & abstinentiarum, quibus dicti ordinis fratrum Seruorũ professores iuxta illorum regulam sunt astricti obdiuersitatem, multitudinem, ac complexionem fratrum eorumdem relaxari, & mitigari debere; temporum, & locorum conditionem exposcent, siue discretio prædicti, & pro tempore existenti Generalis Prioris fratrum Seruorum huiusmodi id fieri debere cognouerit, Priori Generali pro tempore existenti, quòd personarum locorum, & temporũ qualitate pensata, cum vtriusq; sexus dicti ordinis professoribus iuxta suæ arbitrium conscientiæ, super ieiunijs, abstinentijs prædictis, ac et præterquã tempore quadragesimali esu carnium.*

34 *Generalis Seruorum in ieiuniis, & abstinentiis potest dispensare prater illa ab Ecclesia instituta.*

*Necnon præter Christi fidelium largitionem super ipsis professoribus relictis, seu donatis, vel hæreditario, aut alio quocunq; iure ad eos pertinentibus pro illorum vsu, quibuscunq; bonis per eosdem quibus relicta, seu donata fuerint, siue pertinuerint, percipiendis & vsufructuandis dispensare valeat, prædicta auctoritate, concedimus, & indulgemus.*

25 *Generalis Seruorum in bonorum temporalium perceptione, vsus suis fratribus potest dispensare.*

*DEMVM ne domus, & loca professorum Beatæ Mariæ Seruorum huiusmodi, superfluis, & indebi*

36 *Fratres Seruorum Habentes beneficia voce actiua, & passiua, simulq; victu, & vestitu monasterii priuantur.*

*tis eorundem fratrum professorum honorentur impensis, oportunum remedium adhibentes, motu, scientia, & authoritate præfatis, statuimus quòd omnes, & singuli professores huiusmodi beneficia Ecclesiastica, cum cura, vel sine cura, aut super illorum fructibus, redditibus, & prouentibus, pensiones, annuas, vel capellas seruitiales etiam parui valoris existentia, nūc pro tempore obtinentes, locum, victum, & vestitum in domibus, vel locis, ac in illis, & ordine præfatis, officium, et administrationem, seu prælaturam aliquam, necnon vocem actiuam, & passiuam, in dicto ordine fratrum Seruorum, quomodolibet habere non possint, nec debeant, nisi quotiens, & quando Generali prædicti ordinis pro tempore existenti videbitur, & eius arbitrio placebit, siue id ex speciali Apostolicæ sedis licentia eisdem professoribus fuerit indultum.*

37

*Singulare priuilegium: vniuersa indulta mendicantibus concessa, sed etiam* CONCEDENDA *conceduntur adhuc fratribus Seruorum ipsisq; singula indulgentia communicantur quod similiter approbauit Pius Quintus in bulla cōfirm. priuil. mendi. inquiens. ac insuper, vt facilius præmissa omnia illibata præsistant, omnia, & singula priuilegia, immunitates, indulgentias, facultates, libertates indulta, dispensationes, fauores, gratias quæ decretis concilii Tridentini aliàs, quæ, vt superius est dictum; concessum, & declaratum nō contrariantur expresse eisdem fratribus, nec non monialibus quibuscunque et sororibus tertii ordinis præ*

POSTREMO *Cum prædicti sicut prædicatorum, minorum, hæremitarum S. Augustini, & B. M. de monte Carmeli, ordinum professores huiusmodi pro fidei Catholicæ dilatione, continuè indefessè laborent, fructusq; afferant, in Dei Ecclesia salutares, & propterea fuerint varijs per sedem prædictam priuilegijs decorati, vt quos par labor, pariaq; merita cōiungūnt, paria coniungant priuilegia, & fauores, eisdem fratribus Seruorum professoribus, vt concessis dictis fratribus, prædicatoribus, minoribus, hæremitarum S. Augustini, & B. M. de monte Carmeli, priuilegijs indulgentijs, gratijs, & fauoribus, & indultis tam spiritualibus, quam temporalibus, à prædictis, & alijs Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris,*

*aut alijs authoritatē habentibus, quæ omnia, ac si nominatim exprimerentur, hic haberi volumus pro expreßis, eī nostrae approbationis munimine solidamus, ac decernibus robur perpetuae firmitatis obtinere, potiri, & gaudere poßint, ac debeant perpetuis futuris temporibus, in omnibus, & per omnia prorsus, & sine vlla differentia, perinde, ac si quae eisdem, Praedicatorum, Minorum, Haeremitarum Sancti Augustini, & Beatae Mariae de monte Carmeli ordinibus praedictis sunt conceßa, praefato ordini fratrū Seruorum nominatim conceßa fuißent, aut concedentur in futurum, & quae pro magistro praedicatorū: & ministro Generali minorū, ac prouincialibus Prioris praedicatorum, & ministris minorum fratrum, ac haeremitarum S. Augustini, & B. Mariae de monte Carmeli Priori, & Vicario Generali ordinum Praedicatorum, necnō monasteriis monialiū, sub eorūdem Praedicatorum, Minorū, Haeremitarum. S. Augustini, & B. M. de monte Carmeli ordinum cura, & secundum ipsorum quatuor ordinum instituta viuentium sunt statuta, pro Generali, & Prouincialibus, Prioribus, & Vicarijs dicti ordinis Ser. & monasteriorum monialium dicti ordinis sub eorum cura, & secundum ipsius ordinis Ser. instituta viuentium, vice versa quo ad praemißa omnia, & singula statuta sint, & esse censeantur.*

*dictorum ordinum respectiuè ordinibus, ac alterum Ecclesiis, domibus, & personis etiā viuae vocis oraculo in genere vel in specie tam per rec. me: Eugenium 4. Leonem 10. Paul. 3. ac dictū Paul. 4. & Pium etiam 4. quàm etiam quoscunq; Romanos Pontifices praedecessores &c.*

DISTRICTIVS *inhibentes eisdem locorum ordinariis sub interdicti ingreßus Ecclesiae, & suspensionis à regimine, & administratione suarum Ecclesiarum, ac parrochialium Ecclesiarum Recto-*

38
*Inquietantes, & molestantes fratres Seruorum excommunicantur.*

ribus, & alijs quibuscunq; sub excommunicationis, et priuationis earundem parrochialium Ecclesiarum, ac omnium aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum, quæ obtinent, necnon inhabilitatis ad illa, & alia imposterum obtinenda pœnis, per eos qui contrafecerint incurrendis. Ne ordinis prædicti fratrum Seruorũ domus, Ecclesias, loca, & professores præter, aut contra prædictarum, Alexandri, Benedicti, Clementis, Urbani, Bonifacij, Ioannis, ac Martini prædictorum & aliorum quoruncunq; prædecessorum nostrorum, & præsentium nostrarum litterarum tenorem, inquietare, seu molestare, & eos, aut testatorum, vltimarũq; voluntatum executores, et hæredes, seu quoscunq; alios directè, vel indirectè ad solutionem alicuius quartæ parochialis, seu canonicæ, vel alterius portionis, nisi prout supra expressum est, seu oneris, & ad faciẽdũ celebrari, aliquod officium in eorum Ecclesijs, uel alibi dum apud ipsos fratres decedentium cadauera tumulantur ante, vel post eorum sepulturam cogere. Nec cõfessis dictis fratribus Seruorum pro tempore Eucharistiæ, seu extremæ vntionis sacramenta sine rationabili causa denegare, vel illorum exhibitionem malitiosè differre, aut eorum parrochianis, ne dictis fratribus confiteantur, prohibere, vel persuadere, nec etiam ad præmissa, seu aliquod præmissorum auxiliũ consilium, uel fauorem dare, directè, uel indirectè, quoquomodo præsumant.

Epilogus priuilegiorum.

Fratres Seruorum non teneatur quartam funeralium soluere: quod cum aduersaretur Concilio Tridentino declaratum fuit a Pio V. ut supra.

De authoritate syndicorum, qui a patribus Seruorum fuerint substituti.

ET nihilominus cuilibet in dignitate Ecclesiastica constituto, & metropolitanæ, uel alterius cathedralis Ecc. canonico, qui à prædicti ordinis fratrum Ser-

*Prioribus, & fratribus, ac illorum, seu ad cõmodum eorũ Ro. Ecc. syndicis desuper deputatis requisitus fuerit, per Apostolica scriptura insolidum mandamus, quatenus ipsi per se, vel alium, seu alios præmissa, vbi, & quando opus fuerit solemniter publicantes, ac eisdem fratrum Seruorum ordini, illorumq; domibus, Ecclesijs, locis, & professoribus in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciat eos pacifica possessione, vel quasi priuilegiorum, & concessionum huiusmodi gaudere non permittentes eos, seu testamentorum executores, & hæredes prædictos contra illorum tenorem per ordinarios, & rectores prædictos, aut quoscunq; alios indebitè molestari, aut eis grauamina, iniurias, atq; damnã inferri, seu quomodolibet irrogari, ac etiam summariè, & de plano sine strepitu, & figura iudicij sola facti veritate inspecta contra quossunq;, cuiuscunq; qualitatis, & cõditionis existant, & quacunq; Ecclesiastica, etiam Patriarchali, Archiepiscopali, aut mundana forent dignitate, & exemptione muniti, in quibuscunq; causis per eos intuendis quacunq; ratione vel causa, quæ excogitari possit eis ministrent iustitiæ complementum, exequentes, quòd per eos fuerit ordinatum & illos quos censuras, & pœnas prædictas incurrisse constiterit: illis irretitos esse declarent, ac faciant, & mandent interdictos, suspensos, & excommunicatos publicè nunciari, & ab omnibus artius euitari, ac legitimis super his habendis seruatis processibus illos quotiens opus fuerit literatis vicibus aggrauare procurent. Contradictores authoritate*

Prælati cuiuscunq; gradus tenentur defendere Fratres seruorum ab omnibus eos molestantibus, & procurare, ut pacifica possessione sibi dimissa possideant.

*nostra appellatione postposita compescendo. Inuocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis. Non obstante piæ memoriæ Bonifacij Papæ viij. etiam prædecessoris nostri, quibus cauetur, ne quis extra ciuitatem suam, & diocesim, nisi in certis, & exceptis casibus, & in illis vltra dictam à fine suæ dioce. ad iudicium euocetur, seu ne iudices à Sede Apostolica deputati extra ciuitatem, et diocesim in quibus deputati fuerint, contra quoscunq; procedere: aut alij, uel alijs vices suas cõmittere præsumat, & de duabus dictis in concilio generali, necnon, quæ incipiunt: super cathedram: Bonifacij viij, præfati: Et dudum Viennẽsis concilij, ac recolendæ memoriæ Calisti Papæ. 3. etiã prædecessoris nostri litteris, alijsq; Apostolicis, ac et in prouincialibus, & sinodalibus concilijs editis generalibus, uel specialibus, necnõ bonæ memoriæ Ottonis, et Ottoboni olim in regno Angliæ Apostolicæ sedis legatorum constitutionibus, & ordinationibus Ecclesiarum quoq;, ac locorum quorumlibet statutis, & consuetudinibu,, & inter quoscunq; dicti ordinis fratrũ Seruorum professores, ac locorum ordinarios, seu rectores prædictos initis, & conclusis, ac hactenus obseruatis pactis, & conuentionibus etiam iuramento confirmatione Apostolica, uel quauis firmitate alia roboratis: necnon omnibus illis, quæ Alexander, Benedictus, Clemens, Vrbanus, Bonifacius, Ioãnes, & Martinus, præfati in dictis eorum litteris voluerunt non obstare contrarijs quibuscunq;, quibus omnibus illa ac si de verbo ad verbum insererentur, & derogatoriarum quascunque derogatorias clausulas in se*

*continerent præsentibus pro expressis, habentes illis aliàs in suo robore permansuris quo ad præmissa specialiter, & expresse derogamus. Aut si Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & Rectoribus, ac laycis præfatis, seu quibusuis alijs communiter, uel diuisim à Sede Apostolica indultum existat, quòd interdici, suspēdi, uel excommunicari, aut extra, uel vltra certa loca, ad iudicium euocari non possit, per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mētionem, & qualibet dictæ sedis indulgentia generali, uel speciali cuiuscunq; tenoris existat, per quam præsentibus non expræssam, uel totaliter non insertam effectus earum, & concessæ in eis iurisdictionis executio impediri ualeat quomodolibet, uel differri, & de quacuiusq; toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Nos enim ex nunc illa, & quacunq; alia, quæ in futurum per nos, uel Sedem Apostolicā quomodolibet concedi, statui, uel ordinari, cōtra Alexādri, Benedicti, Clementis, Vrbani, Bonifacij, Ioānis, & Martini praedecessorū praedictorū, ac praesentium litterarū huiusmodi tenorem, necnō secus super his à quoqua quauis authoritate sciēter, uel ignoranter attentari contingerit paribus, motu, scientia, et authoritate, irrita, & inania, nullusq; roboris, uel momenti esse decernimus.*

40.
**Fides irrita adhibenda Marī Magno signis scribarum, uel Protectoris, uel Generalis Seruorum munito.**

*ET quia difficile foret praesentes litteras ad singulas prouincias originaliter destinare volumus, et vt praefertur decernimus quòd transumptis earū manu cuiuscūq; notarii publici, uel Protectoris, qui est,*

*Apostolica appositi in locis prædictis, præterquam in Ecclesiis ab ordinarij obedientia non exemptis quotiens ab eis contigerit interdici.*

23

*Tempore interdicti licet diuina celebrare, & omnes familiars admittere. hec autem indultum sic à Pio V. in bulla confi. priuil. mend. declaratur in cap. 12. sess. 25. uidelicet quod interdicta non debent suspendi in festiuitatibus sanctorum ordinis, & eorũ octauis, & in aliis ad quem habent priuilegia.*

AC CVM *generale terræ fuerit interdictum in Ecclesiis, & locis præfati ordinis dummodo causam non dederint interdicto, & clausis ianuis excommunicatis, interdictis exclusis, & submissa uoce celebrare seu celebrari facere, necnõ eiusdem interdicti tempore ad diuina huiusmodi cum eis sorores pizocheras, mantellatas, oblatas, commissasq; personas, ipsorumq; fratrum, ac monasteriorum monialium ordinis prædicti, procuratores, & negocia gerentes utriusq; sexus admittere præfatis, motu, scientia, & authoritate indulgemus.*

24

*Fratres Seruorum isdem immunitatibus priuilegiis, indulgentiis tam in temporalibus, quam in spiritualibus frui possunt, quibus gaudent Heremitani, de huiusmodi uero communicatione indulgentiarum inferius tractatur, ad notandum tamen, quod idem Innocentius Octauus obseruãtibus congregationis Hispaniæ S. Augustini, & monialibus (ut aduertit compendium priuigeliorum minorum) concessit, ut Priores dictæ congregationis, & confessores ab eis deputati eiusdem personis dictæ congregationis uerè paenitentibus, & confesiis (quãdiu sub obseruantia regulari dicti ordinis uixerint) semel in quolibet anno in festo natiuitatis domini nostri Iesu Christi, & deinde in mortis articulo omnium peccatorum suo*

CONFIRMATIONEM *quoq; litterarum Bonifacij prædicti qui Priori, & fratribus Seruorum huiusmodi, ut ipsi, & eorum domus, & loca, omnibus, & singulis priuilegijs, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, & indulgentijs laudabilibus vti possent, quibus fratres ordinis fratrum heremitarum S. Augustini præfati eis ab Apostolica Sede concessis, vsi fuerant in Martini præfati litteris insertarum, per eundem Martinum factam, ad quascunq; litteras, & gratias spirituales, & temporales, ac cõcessiones, indulgentias, peccatornm remissiones, almæ urbis stationes in genere, uel in specie, fratribus, & sororibus, pizocheris, seu mãtellatis, & alijs eiusdem ordinis fratrum hæremitarum utriusq; sexus personis, necnon eiusdem ordinis domorum, & locorum, capellas, & oratoria visitantibus conces-*

*sas, & quas in futurum ab Apostolica Sede concedi contingerit, ad generalem, aliosq; Priores, & fratres, necnon Ecclesias, oratoria, domos, & loca ordinis fratrum Seruorum huiusmodi in quibuscunq; prouincijs, ciuitatibus, terris, seu locis consistentia, motu, scientia, & authoritate sape dictis extendimus eisdemq; Prioribus, & fratribus Seruorum, quòd omnibus immunitatibus, libertatibus, & indulgentijs præfatis, vbi libet locorum fungi, & gaudere liberè possint, quibus dicti ordinis hæremitarum Priores Generales, & fratres, domus, atq; loca in quibusuis prouincijs, siue locis vti, fungi, & gaudere possunt, siue poterunt quomodolibet in futurum.*

*Quodq; vniuersi Christi fideles verè pœnitentes, & confessi, qui Ecclesias, oratoria, & loca ordinis fratrum Seruorum huiusmodi pro tempore visitabunt illas indulgentias, & peccatorum remissiones consequantur, si visitarent singulas Ecclesias, oratoria atq; loca fratrum hæremitarum huiusmodi vbicunq; sint a in omnibus, & per omnia perinde, ac si immunitates, priuilegia, libertates, & indulcta prædicta, Prioribus, Fratribus, domibus, & locis, ordinis Seruorum huiusmodi, ac indulgentiæ, & peccatorum remissiones, prædictæ visitantibus ipsius ordinis Seruorum, domos, Ecclesias, loca, & oratoria, pari modo à principio concessa fuissent, & imposterum concederentur, similiter indulgemus.*

CVM *Insuper ad Ecclesias eorũdem fratrũ Ser. refugientes à iure, & Apostolic s priuilegijs cõcessa securitate gaudeant, & nonnulli in dub. um reuocent in*

*rum, de quibus corde contriti & ore confessi fuerint plenariam indulgentiam impendere valeant. Rursus Iulius secundus concedit eisdem Augustiniensibus, ut confessores idonei, & regulares quos ipsi de licentia suorum superiorũ duxerint eligendos possint eos absoluere ab omnibus excessibus & delictis, ac semel in uita, et in mortis articulo omniũ peccatorum suorum remissionem elargiri &c. & Leo decimus concedit quod uniuersi ordinũ mendicantium fratres, & moniales tertiq; ordinis, sexus & familiares utriusq; eorum possint gaudere omnibus, & singulis indulgentijs, & per se, & prædecessores suos domus Beatæ Mariæ de Populo de urbe concessis, & concedendis, & inter cætera Sixtus in solenitatibus B. M. concedit plenariam omnium peccatorum remissionem, & idem in quolibet sabato quadragesima omnium plenariam remissionem, & ueniam.*

25

*Vere penitentibus, & confessis uisitantibus Ecclesias seruorum conceduntur eædem indulgentiæ, quæ concessæ sunt & conceduntur Hæremitanis, de quib. ĩ fertur, subrogatis tamen indulgentijs in quibus mentio habetur de manibus adiutricibus huiusmodi enim Pius V. reuocauit.*

26

*Refugientes ad Ecclesias Seruorum securitate gaudent.*

*terdum, quid Ecclesiæ appellatione contineatur ad tale dubium submouendum domos ipsorum fratrum Seruorum, cum ortis, ortalicÿs, claustris, officinis, & locis omnibus infra illorum ambitum inclusis comprehendi, & dicta immunitate gaudere, qua Ecclesiæ ipsæ gaudent, seu potuerunt imposterum gaudere, pari motu, scientia, et authoritate declaramus, immunitatem ipsam quatenus expediat ad illa et extendentes.*

27

*Monaci nec fratres mendicantes possunt Ecclesias de nouo fundare: uel edificata recipere nisi distent à domibus Seruorum ultra per spatium centum quadraginta cānarum: Clemens uerò quartus hoc in speciali ordini prædicatorum præcipit. & clemens præfatus idē indultū carmelitis cōcessit & Sixtus quartus idem roborando. excomunicat irritantes hoc decretum.*

PRAETEREA *quieti dictorum fratrū Seru. attendentes, ac scandala, & dissensiones, quæ inter ipsos, & aliorum quorumcūq; ordinum monachos, canonicos, siue fratres occasione recipiendorū, aut construendorum locorum exorta sunt, & possent pro tempore exoriri, tollere cupientes, motu, scientia, & authoritate iā dictis prohibemus, ne aliqui S. Benedicti, vel aliorum non mendicantium, monachi, seu canonici quorumcunq; mendicantum reliquorū ordinū fratres, eorum domos, Ecclesias, oratoria, siue loca quæcunq; iuxta domos, Ecclesias, & oratoria, vel loca eorundem fratrum Seruorum, nisi ultra spacium cētum quadraginta cannarum per aerem mensurandarum accipere, vel de nouo fundare aut ædificare, nec fundata, uel ædificata recipere.*

28

*Tollentes monasteria a patribus ordinis excomunicantur etiam si patribus congregationis concederentur.*

NE *ut tam monaci, canonici, & fratres prædicti, quam et eiusdem ordinis fratrū Ser. de obseruātia fratres nuncupati, necnō laici utriusq; sexus cuius dignitatis, gradus, ordinis, uel conditionis fuerint, & si marchionali, ducali, comitali, Patriarchali, Archiepiscopali, Episcopali, & alia qualibet Ecclesiastica præfulgeant dignitate, & authoritate, domos,*

*Ecclesias, oratoria, vel loca per fratres conuentuales Seruorum huiusmodi habita, & possessa, aut monasteria monialium, vel sororum curæ ipsorum fratrum conuentualium Seruorum Beatæ Mariæ conmissa alijs fratribus monialibus, uel sororibus etiam eiusdem ordinis sub excommunicationis latæ sententiæ pœna eo ipso totiens, quotiens ipsos contrafacere contingerit, incurrenda, quouis nomine nuncupatis quomodolibet concedantur; aut quòd amotis exinde fratribus, & sororibus illos, & illa inhabitantibus reformentur, & alij fratres, alienæ moniales, aut sorores eorum loco surrogentur, substituantur ibidem, seu quòd domos Ecclesiæ, oratoria, & monasteria prædicta alijs assignentur, vel committantur procurare, querere, seu temptare, nisi apud Priorem Generalem dictorum fratrum Seruorum pro tempore existentem, qui teneatur, & debeat, quotiens opportunum fuerit, & fuerit requisitus per se, vel ab ipso deputandos, domos, monasteria, & loca ipsa debitè reformare, & quæ correctione, & emendatione indigerent, corrigere, ac emendare. Nec etiam ad effectum ammotionis huiusmodi à domibus suis eisdem fratribus Seruorum conuentualibus, ac eorum curæ commissis, monialibus, & sororibus iniuria, vel grauamina aliqua inferre, seu ab eisdem fratribus Seruorum, eorumq; curæ commissis monialibus, & sororibus prædictis, pro rebus & bonis, quæ haberent, ac negociationis causa non defferent, pedagia, guidagia, gabellas, aut alia quouis nomine nuncupata, noua onera petere, exigere,*

Reformatio monasteriorum ad Generalem spectat.

*leuare, quoquomodo præsumant. Ac volumus, motuq; scientia, & auctoritate prædictis statuimus, & ordinamus, quòd fratres ipsi cōuentuales, ac moniales sorores, & alij quicunq; reformationibus, quas fieri cōtinget per Generalem, aut de illius speciali commissione Prouinciales Priores fratrū Seruorum prædictos acquiescere, illasq; obseruare omnino teneantur, & debeant. Quodq; layci prædicti in faciendis reformationibus huiusmodi, aliàs quàm vt præfertur, nullatenus se intromittant, aut ne fiant, opponant, vel contradicant, nec quòd postmodū factæ reformationes alterentur, vel mutentur, aut in eis aliquid vltra addatur, quærere audeant, sub eadem excommunicationis sententia, si contrafecerint, eo ipso ex tunc incurrenda, decernentes, irritum, & inane, si secus super ijs à quoqua, quauis etiam Apostolica auctoritate scienter, vel ignoranter, harum non inserto tenore contigerit attemptari.*

Laycis se intromittentes in reformationibus ordinis, vel monialium in manus Sathanæ traduntur.

29

Fratres Seruorum citari non possunt etiam à legatis sedis apostolicæ nisi in literis fiat specialis mentio.

PORRO *dictorum fratrum Seruorum quieti, & commoditatibus prouidere volentes, quòd per litteras Apostolicæ Sedis, vel quorumcunq; etiam de latere legatorum, aut subdelegatorum eiusdem imposterū impetrādas ad litterarū ipsarū executionem, aut illarum vigore citationes, commissiones, vel censurarū Ecclesiasticarum promulgationes faciendum, nec causas aliquas audiendum à quoqua inuiti compelli possint, nisi de præsenti indulto, & ordine fratrum Seruorum huiusmodi specialis mentio in prædictis litteris habeatur; eisdem fratribus Seruorum, motu, scientia, & auctoritate præfatis indulgemus.*

*RVRSVS vt ex litteris Martini prædecessoris antedicti, qui Priori Generali, & fratribus Seruorum prædictis, quod in quibuscunq; ciuitatibus, terris, & locis in quibus domos cum earum Ecclesiis, & officinis, possessiones tamen sufficientes pro victu fratrum in illis commorantium non habentes, ad instar fratrũ ordinum mendicantium, mendicare, ac hælemosynas, et suffragia petere possint cõcedit: ipsi fratres Seruorum vberiorem fructum, & gratiam valeant reportare, ac ne rerum præmantur inopia; illorum victui, & necessitatibus subuenire volentes eisdem, motu, scientia, & auctoritate decernimus. Quòd fratres huiusmodi, in omnibus ciuitatibus, terris, & locis prædictis, absq; vlla quota, vel portione, aut onere, seu solutione quouis nomine nuncupatis, de iure, vel consuetudine ciuitatum, terrarum, & locorum eorumdem requisitis, danda, vel porrigenda mendicare. ac halemosynas, & suffragia, pro ipsorum victu, & necessitate petere, & recipere, liberè, & licitè valeant. Inhibentes omnibus, & singulis tam Ecclesiasticis, quàm laycis personis quacunque dignitate fungentibus, ne sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, eo ipso quo cõtra fecerint incurenda, ne fratres Seruorum prædictos ad dandum, vel soluendum aliquid ratione mendicantis, & hælemosynarum prædictarum cogere, aut ab eisdem fratribus petere, nec illos propterea impedire quoquomodo præsumant.*

30 Fratres Seruorum in omnibus locis, etiam non requisita licentia, possunt elemosinas recipere, & hoc inhibentes, excomunicantur, vt supra in indulto duodecimo annotatũ est: & in hoc eodem loco cõfirmatur.

*COETERVM attenta meditatione pensantes quantum vtilitatis ad exaltationem Christianæ fidei, & Euangelicæ veritatis, dicti fratres Seruorum ha-*

31 Fratres Seruorum consimiles in prærogatiuis quatuor ordinum mendicantium.

*ctenus attulerint, & adiuuante Domino afferre valeant in futurum, ac propterea volentes, vt tenemur, illos consimilibus, prædicatorum, minorum, hæremitarum Sancti Augustini, ac Beatæ Mariæ de monte Carmelo, quatuor ordinum mendicantium professoribus concessis in simili prærogatiuis.*

32

Religio Seruorum locum habet orandi in Capella in die Epiphaniæ, & dominica de Passione.

QVOD *de cætero fratres Seruorum prædicti locũ habeant sermonem faciendi in capella nostra, Epiphaniæ, & quintæ dominicæ quadragesimæ de passione nuncupatæ singulorum annorum diebus, locum ipsum eisdem fratribus Seruorum diebus prædictis ad huiusmodi sermonem faciendum, prout alij dictorum mendicantium ordinum fratres suis loco, & tempore habent, & faciunt pœnitus assignantes, paribus, motu, scientia, & auctoritate statuimus, atque decernimus.*

33

Ordo Seruorum sub nullo cõsuetudinis prætextu pro consecrationibus, & oleo sancto grauandus est, & hoc idem approbat Pius quintus in bulla confirm. priuil. mendican. in declaratione cap. vndecimi, §: 25.

CONSIDERANTES *etiam, quòd pro Ecclesiarum, altarium, & locorum omnium dicti ordinis Seruorum consecrationibus, & Ecclesiasticis sacramentis ab ordinarijs, siue diocesanis Episcopis habendis fratres ipsi nullatenus sunt grauandi, motu, scientia, & auctoritate prædictis volumus, statuimus, atq; decernimus, quòd nullus ab eisdem fratribus, sub cuiusuis cõsuetudinis prætextu, vel aliquo quouismodo, pro consecrationibus, oleo sancto, & alijs Ecclesiastic. sacra. huiusmodi aliquid petere, vel extorquere præsumat. Quinimmo Episco. consecrationes, & omnia sacramenta prædicta, liberè, & gratiosè absq; vllius rei perceptione, vel solutione eisdem fratribus quotiens opportunum fuerit impendere teneantur, salua*

*tamen*

*tamen refectione consueta in prandio, vel in cœna, in consecrationibus Ecclesiarum, vel altarium. Quòd si facere recusauerint, aut sedes Diocesanorum vacauerint, liceat fratribus prædictis consecrationem, & omnia sacramenta prædicta à propinquiore, seu quocunque alio maluerint catholico Antistite, gratiã, & communionem Apostolicæ sedis habente absq; vlla contradictione petere, atq; recipere.*

*DEMVM si præcepta ieiuniorum, & abstinentiarum, quibus dicti ordinis fratrum Seruorũ professores iuxta illorum regulam sunt astricti ob diuersitatem, multitudinem, ac complexionem fratrum eorumdem relaxari, & mitigari debere, temporum, & locorum conditionem exposcent, siue discretio prædicti, & pro tempore existenti Generalis Prioris fratrum Seruorum huiusmodi id fieri debere cognouerit, Priori Generali pro tempore existenti, quòd personarum locorum, & temporũ qualitate pensata, cum vtriusq; sexus dicti ordinis professoribus iuxta suæ arbitrium conscientiæ, super ieiunijs, abstinentijs prædictis, ac et præterquã tempore quadragesimali esu carnium.*

34
**Generalis Seruorum in ieiuniis, & abstinentiis potest dispensare præter illa ab Ecclesia instituta.**

*Necnon præter Christi fidelium largitionem super ipsis professoribus relictis, seu donatis, vel hæreditario, aut alio quocunq; iure ad eos pertinentibus pro illorum vsu, quibuscunq; bonis per eosdem quibus relicta, seu donata fuerint, siue pertinuerint, percipiendis & vsufructuandis dispensare valeat, prædicta auctoritate, concedimus, & indulgemus.*

25
**Generalis Seruorum in bonorum temporalium perceptione, vsus suis fratribus potest dispensare.**

*DEMVM ne domus, & loca professorum Beatæ Mariæ Seruorum huiusmodi, superfluis, & indebi*

36
**Fratres Seruorum Habentes beneficia voce actiua, & passiua, simulq; victu, & vestitu monasterij priuantur.**

*tis eorundem fratrum professorum honerentur impensis, oportunum remedium adhibentes, motu, scientia, & authoritate præfatis, statuimus quòd omnes, & singuli professores huiusmodi beneficia Ecclesiastica, cum cura, vel sine cura, aut super illorum fructibus, redditibus, & prouentibus, pensiones, annuas, vel capellas seruitiales etiam parui valoris existentia, nūc pro tempore obtinentes, locum, victum, & vestitum in domibus, vel locis, ac in illis, & ordine præfatis, officium, et administrationem, seu prælaturam aliquam, necnon vocem actiuam, & passiuam, in dicto ordine fratrum Seruorum, quomodolibet habere non possint, nec debeant, nisi quotiens, & quando Generali prædicti ordinis pro tempore existenti videbitur, & eius arbitrio placebit, siue id ex speciali Apostolicæ sedis licentia eisdem professoribus fuerit indultum.*

37

*Singulare priuilegium: vniuersa indulta mēdicantibus concessa, sed etiam* CONCEDENDA *conceduntur adhuc fratribus Seruorum ipsisq; singula indulgentia communicātur quod similiter approbauit Pius Quintus in bulla cōfirm. priuil. mendi. inquiens. ac insuper, vt facilius præmissa omnia illibata præsistant, omnia, & singula priuilegia, imunitates, indulgentias, facultates, libertates indulta, dispensationes, fauores, gratias quæ decretis concilii Tridenti ni aliàs, quā, vt superius est dictum; concessum, & declaratum nō contrariantur expresse eisdem fratribus, nec non monialibus quibuscunq; et sororibus tertii ordinis præ*

POSTREMO *Cum prædicti sicut prædicatorum, minorum, hæremitarum S. Augustini, & B. M. de monte Carmeli, ordinum professores huiusmodi pro fidei Catholicæ dilatione, continuè indefessè laborent, fructusq; afferant, in Dei Ecclesia salutares, & propterea fuerint varijs per sedem prædictam priuilegijs decorati, vt quos par labor, pariaq; merita cōiungunt, paria contingant priuilegia, & fauores, eisdem fratribus Seruorum professoribus, vt concessis dictis fratribus, prædicatoribus, minoribus, hæremitarum S. Augustini, & B. M. de monte Carmeli, priuilegijs indulgentijs, gratijs, & fauoribus, & indultis tam spiritualibus, quam temporalibus, à prædictis, & alijs Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris,*

*aut alijs authoritatē habentibus, quae omnia, ac si nominatim exprimerentur, hic haberi volumus pro expreßis, et nostrae approbationis munimine solidamus, ac decernibus robur perpetuae firmitatis obtinere, potiri, & gaudere poßint, ac debeant perpetuis futuris temporibus, in omnibus, & per omnia prorsus, & sine vlla differentia, perinde, ac si quae eisdem, Praedicatorum, Minorum, Haeremitarum Sancti Augustini, & Beatae Mariae de monte Carmeli ordinibus praedictis sunt conceßa, praefato ordini fratrū Seruorum nominatim concessa fuissent, aut conceden tur in futurum, & quae pro magistro praedicatorū: & ministro Generali minorū, ac prouincialibus Prioris praedicatorum, & ministris minorum fratrum, ac haeremitarum S. Augustini, & B. Mariae de monte Carmeli Priori, & Vicario Generali ordinum Praedicatorum, necnō monasteriis monialiū, sub eorūdem Praedicatorum, Minorū, Haeremitarum. S. Augustini, & B. M. de monte Carmeli ordinum cura, & secundum ipsorum quatuor ordinum instituta viuentium sunt statuta, pro Generali, & Prouincialibus, Prioribus, & Vicarijs dicti ordinis Ser. & monasteriorum monialium dicti ordinis sub eorum cura, & secundum ipsius ordinis Ser. instituta viuentium, vice versa quo ad praemissa omnia, & singula statuta sint, & esse censeantur.*

*dictorum ordinum respectiuè ordinibus, ac aliorum Ecclesiis, domibus, & personis etiā uiuae uocis oraculo in genere uel in specie tam per rec. me: Eugenium 4. Leonem 10. Paul. 3. ac dictū Paul. 4. & Pium etiam 4. quàm etiam quoscunq; Romanos Pontifices praedecessores &c.*

DISTRICTIVS *inhibentes eisdem locorum ordinariis sub interdicti ingreßus Ecclesiae, & suspensionis à regimine, & administratione suarum Ecclesiarum, ac parrochialium Ecclesiarum Recto-*

38 *Inquietantes, & molestantes fratres Seruorum excommunicantur.*

*ribus, & alijs quibuscunq; sub excommunicationis, et priuationis earundem parrochialium Ecclesiarum, ac omnium aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum, quæ obtinent, necnon inhabilitatis ad illa, & alia imposterum obtinenda pœnis, per eos qui contrafecerint incurrendis. Ne ordinis prædicti fratrum Seruorũ domus, Ecclesias, loca, & professores præter, aut contra prædictarum, Alexandri, Benedicti, Clementis, Vrbani, Bonifacij, Ioannis, ac Martini prædictorum & aliorum quoruncunq; prædecessorum nostrorum, & præsentium nostrarum litterarum tenorem, inquietare, seu molestare, & eos, aut testatorum, vltimarũq; voluntatum executores, et hæredes, seu quoscunq; alios directè, vel indirectè ad solutionem alicuius quartæ parochialis, seu canonicæ, vel alterius portionis, nisi prout supra expressum est, seu oneris, & ad faciendũ celebrari, aliquod officium in eorum Ecclesiis, uel alibi dum apud ipsos fratres decedentium cadauera tumulantur ante, vel post eorum sepulturam cogere. Nec cõfessis dictis fratribus Seruorum pro tempore Eucharistiæ, seu extremæ vntionis sacramenta sine rationabili causa denegare, vel illorum exhibitionem malitiosè differre, aut eorum parrochianis, ne dicti fratribus confiteantur, prohibere, vel persuadere, nec etiam ad præmissa, seu aliquod præmissorum auxiliũ consilium, uel fauorem dare, directè, uel indirectè, quoquomodo præsumant.*

Epilogus priuilegiorum.

Fratres Seruorum non teneantur quartam funeralium soluere: quod cum aduersaretur Concilio Tridentino declaratum sunt a Pio V. ut supra.

*ET nihilominus cuilibet indignitate Ecclesiastica constituto, & metropolitanæ, uel alterius cathedralis Ecc. canonico, qui à prædicti ordinis fratrum Ser-*

De authoritate sindicorum, qui a patribus Seruorum fuerint substituti.

*Prioribus, & fratribus, ac illorum, seu ad cōmodum eorū Ro. Ecc. syndicis desuper deputatis requisitus fuerit, per Apostolica scriptura insolidum mandamus, quatenus ipsi per se, vel alium, seu alios præmissa, vbi, & quando opus fuerit solemniter publicantes, ac eisdem fratrum Seruorum ordini, illorumq; domibus, Ecclesiis, locis, & professoribus in præmisis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciat eos pacifica possessione, vel quasi priuilegiorum, & concessionum huiusmodi gaudere non permittentes eos, seu testamentorum executores, & hæredes prædictos contra illorum tenorem per ordinarios, & rectores prædictos, aut quoscunq; alios indebitè molestari, aut eis grauamina, iniurias, atq; damnā inferri, seu quomodolibet irrogari, ac etiam sumariè, & de plano sine strepitu, & figura iudicij sola facti veritate inspecta contra quossunq;, cuiuscunq; qualitatis, & cōditionis existant, & quacunq; Ecclesiastica, etiam Patriarchali, Archiepiscopali, aut mundana forent dignitate, & exemptione muniti, in quibuscunq; causis per eos intuendis quacunq; ratione vel causa, quæ excogitari possit eis ministrent iustitiæ complementum, exequentes, quòd per eos fuerit ordinatum & illos quos censuras, & pœnas prædictas incurrisse constiterit: illis irrectitos esse declarent, ac faciant, & mandent interdictos, suspensos, & excommunicatos publicè nunciari, & ab omnibus artius euitari, ac legitimis super his habendis seruatis processibus illos quoties opus fuerit literatis vicibus aggrauare procurent. Contradictores authoritate*

*Prælati cuiuscunq; gradus tenentur defendere Fratres seruorum ab omnibus eos molestantibus, & procurare, ut pacifica possessione sibi dimissa possideant.*

*continerent præsentibus pro expressis, habentes illis aliàs in suo robore premansuris quo ad præmissa specialiter, & expresse derogamus. Aut si Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & Rectoribus, ac laycis præfatis, seu quibusuis alijs communiter, uel diuisim à Sede Apostolica indultum existat, quòd interdici, suspẽdi, uel excommunicari, aut extra, uel vltra certa loca, ad iudicium euocari non possit, per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mẽtionem, & qualibet dicta sedis indulgentia generali, uel speciali cuiuscunq; tenoris existat, per quam præsentibus non expressam, uel totaliter non insertam effectus earum, & concessæ in eis iurisdictionis executio impediri ualeat quomodolibet, uel differri, & de quacuiusq; toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Nos enim ex nunc illa, & quacunq; alia, quæ in futurum per nos, uel Sedem Apostolicã quomodolibet concedi, statui, uel ordinari, cõtra Alexãdri, Benedicti, Clementis, Urbani, Bonifacij, Ioãnis, & Martini praedecessorũ praedictorũ, ac praesentium litterarũ huiusmodi tenorem, necnõ secus super his à quoqua quauis authoritate sciẽter, uel ignoranter attentari contingeru paribus, motu, scientia, et authoritate, irrita, & inania, nullusq; roboris, uel momenti esse decernimus.*

40.

Fides irrita adhibenda Mari Magno signis scribarum, uel Protectoris, uel Generalis Seruorum munito.

*ET quia difficile foret praesentes litteras ad singulas prouincias originaliter destinare volumus, et vt praefertur decernimus quòd transumptis earũ manu cuiuscũq; notarii publici, uel Protectoris, qui est,*

*& qui pro tempore erit prædicti ordinis fratrũ Seruorum, vel causarum cameræ Generalis auditoris, aut alicuius episcopalis, vel Archiepiscopalis curiæ, seu . dicti ordinis Prioris Generalis sigillo munitis ea prorsus in iudicio, & extra, vbicunq; exhibita, vel ostẽsa fuerint fides adhibeatur in dubia, quæ ipsis ori ginalibus litteris adhiberetur si ipsæ actualiter forent exhibitæ, vel ostensæ.*

Confirmatio Maris Magni.

NVLLI *Ergo omnino hominum liceat hãc paginam nostræ innouationis, approbationis, constitutionis, ordinationis, statuti, decreti, declarationis, confirmationis, ampliationis, extensionis, indulti, voluntatis, addictionis, inhibitionis, & derogationis infringere: vel ei ausu temerario contrariæ: Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorũ eius se nouerint incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum. Anno incarnationis dominicæ. Millesimo quadringentesimo, octuagesimo, septimo, sexto Kalendas Iunij. Pontificatus nostri anno tertio. Quibus quidem præmissis omnibus, & singulis, tanquam ritè, & legitimè factis, & celebratis in iudicio coram nobis nostram dictæ curiæ causarum cameræ Apostolicæ authoritatem iudiciariam, & ordinariã de super interposuimus, & præsentibus interponimus pariter, & decretum, volentes, & eadem auctoritatè decernẽtes, quòd huic nostro præsenti transsumpto seu publico transsumpti instrumento, cum dictis originalibus litteris Aposto: superius insertis de verbo ad verbum ausultato, collationato, & concordato, de cæ-*

tero

*tero in iudicio, & extra, alias vbiq; locorum stetur, illiq; detur, & adhibeatur talis, & tanta fides, qualis, & quanta dictis originalibus litteris Apostolicis data fuit, & adhibita, dataq;, & adhibetur, dareturq;, & adhiberetur, si in medium producerentur.*

IN QVORVM omnium, & singulorum fidem, ac testimonium præmissorum, præsentes litteras, siue præsens publicum transsũptum, seu vidimus, nuncupatum instrumentum, exinde fieri, & per notarium publicum, scribamque nostrum infrascriptum subscribi, & publicari mandauimus. Sigillique proprii dictæ curiæ causarum cameræ Apostolicæ quo in talibus vtimur iussimus, & fecimus appensione communiri. Datum, & actũ Romæ in domo habitationis nostræ. Sub anno à natiui. Domini, millesimo quadringentesimo, octuagesimo, septimo, Indictione quinta. Die verò veneris vigesima quarta mẽsis Augusti Pontificatus præfati Sanctissimi domini nostri, domini Innocentii Papæ. 8. Anno tertio: præsentibus ibidem discretis viris magistris Lotherio de Tornellis: & Ioannæ desiderii dictæ curiæ notariis testibus ad præmissa, omnia, & singula, vocatis habitis, & rogatis.

*Nemini haud mirum esse debet si summus iste pōtifex Innocentius octauus. tot ac talia indulta, & priuilegia Religioni Ser. Beatæ Mariæ virginis concederet & benignissimé elargiri dignum existimarit: cum enim doloribus intestinis, & colicis præmeretur ita, vt nullo humano remedio respirare posset, ad Beatissimam Virginem, miserorum spem, confugit. & votiuis in ipsam precibus exaratis, pristinam promeruit valetudinem recuperare: qua diuina medicina sanus factus pulchram sui imaginem in tẽplo venerabili diuæ Annunciatæ de Florentia, innumeris miraculis illustrato, poni procurauit & deinde hanc bullam auream, Mare Magnum, nuncupatam, vniuerso Seruorum ordini condonauit. cuius archetipon asseruatur Flor. apud Ven. Mon. Diuæ Annuntiatæ.*

*EGO Frater Zacherias de Florentia totius ordinis Seruorum Beatæ Mariæ Virginis Generalis indignus authoritate Apostolica in indulto 40. huius nostri Maris Magni mihi concessa. idem Mare Magnum Sigillo Generalatus corroboro, & in Domino singulis testificor; ad quorũ manus hæc bulla peruenerit: & exibita fuerit, vt fidẽ indubiã adhibere velint: ac si ipse originales literæ actualiter sibi exhibitæ forent: de uerbo enim ad uerbum ex ijsdẽ originalibus literis hoc Mare Magnũ deprompmtum affirmo: ex edibus nostris diuæ Annuntiatæ de Flo: pridie idus Septẽbris*

1569.

# DILECTISSIMIS IN CHRISTO THELOGIS REVER. ET PATRIBVS VENERA.

Sacri ordinis Seruorum Beatæ Mariæ Virginis Michael Florentinus Seruita diuinarum litterarum professor immeritus Pacem in eo, qui est omnium Pax.

CVM IVSSV *Reuerendissimi* ZACHARIAE *Florentini nostræ almæ Religionis Generalis Dignissimi mihi prouincia fuerit demandata, vt typis excudendam curarem, non tantum Diui Augustini Patris nostri Regulam obseruationibus plurimis illustratam, simulq; constitutiones a Pio Quinto hisce temporibus nobis indictas: uerum etiam omnia indulta, & priuilegia ab Innocentio Octauo ordini Seruorum elargita, vulgò Mare Magnum nuncupata, nō inutile existimaui in calce huius Maris Magni (eiusdem Reuerendissimi Presulis assensu astipulante; & symbolo omnium Reuerendorum Theologorum Venerabilis Cænobij Diuæ Annunciatæ annuēte) quædam obseruare: & ea in quatuor portiones distribuere, in quarum prima paucis uerbis* explicantur *hæc videlicet. quid sit priuilegium à quo detur priuilegiū: Quotuplex priuilegiū: ad quē priuilegij interpetratio*

*ſpectet; deniq́ quot modis euacuetur priuilegium;in ſecunda uerò ſummatim colliguntur omnium mendicãtium priuilegia, & indulgentiæ, quæ decretis eiuſdem Pij Quinti non aduerſantur, & quædã alia ad indulgentias attinentia. In tertia deinde typis excuditur Bulla confirmationis, & noua conceſsionis priuilegiorum omnium ordinum mendicantium ab eodem Pio Quinto ædita, ſimulq́ impreſsioni mandatur bulla, eiuſdem Pij Quinti ſuper declaratione eorundem ordinum mẽdicantiũ. In quarta deniq́ quædam alia priuilegia, quæ in Mari Magno fratri Seruorum deſiderantur, apponuntur: Quæ omnia ingenti uigilia elaborata, & ſic in unum collecta uobis ſapientiſsimis, dulciſsimisq́ patribus idem Michael Flor. dat, & dedicat: Valete ex ædibus noſtris diuæ Annunciatæ pridie Nõ: Septembris An: Chriſtianæ ſal. 1569.*

## PORTIO PRIMA:

### De quidditate conceſsione, diuiſione, interpretatione, & euacuatione priuilegiorum.

*Quid eſt priuilegium.*

ISIDORVS *ille, qui nominum ethymologias sũmo ſtudio indagauit, in quinto ethymologiarum libro, diſtinctione quarta perquirens quod ſit priuilegium, tamdem concludens dixit eſſe leges priuatorum, eo quod in priuato ferantur; quod ſimiliter ſcripſit D. Tho. in p. 2. q. 96. art. primo ad primum, affirmans priuilegia leges eſſe priuatas; quæ quidem ſi latius sũ-*

*mantur, repræsentant omnem concessionem, quæ est præter ius comune: Si uerò strictius tunc significant ius indultum à Principe contra ius: hinc est quod ille solus potest priuilegium dare, qui est supra ius commune: siue qui legem condere ualet, uel qui à superiore habet potestatem dandi priuilegia: quæ profectò priuilegia in duplici reperiuntur discrimine quædam nanq; à Deo sunt hominibus concessa, quædam uerò ab hominibus hominibus data: à Deo concessa, ut priuilegium de pluralitate uxorum primò datum Abramo, & aliis patribus, priuilegium de expoliatione bonorũ alienorum datum Israeliticis cõtra Egiptios: priuilegium de occisione sui ipsius datum Sansoni: priuilegium de præseruatione à peccato originali datum Beatissimæ Virgini: priuilegium de Sãctificatione in utero datum Hyeremiæ, & Ioanni Baptistæ: priuilegiũ de sortium usu datum Apostolis in electione Mathiæ: priuilegium de liberatione ab inferno datum Traiano ad praces diui Gregorii: priuilegium de accipienda uxore fornicaria datum Oseæ: & deniq; omnes inspirationes Spiritus Sancti contra ius comune dici possunt priuilegia; quia liberãt à lege cõuni; ob id Apost. scribit secunda cor. 3. ubi spiritus ibi libertas; & ad Gal. 5. si spiritu ducimini non estis sub lege; scilicet comuni in his, quæ ducit spiritus lex tamen comunis nullo pacto est dimittenda: nisi quis sit omnino certus de Spiritus Sancti inspiratione, ut erant Sancti, qui in interiori, & euidenti reuelatione erant certificati, & hoc est contra modernos Hereticos arbitrantes, quòd quicquid in eorum mentem suggessit Demon à Spiritu*

*Quis potest dare priuilegiũ.*

*Priuilegium duplex diuinum, & humanum.*

*Sancto sit: singula igitur hæc, & his similia priuilegia dicuntur à Deo hominibus data: ea uerò, quæ ab hominibus hominibus elargiuntur in quatuor species consuescunt partiri: eorum enim quoddam dicitur reale, quemadmodum est illud, quod datum est Ecclesiæ, aut ciuitati, aut dignitati, aut loco, siue presonæ ratione loci, uel alterius rei, de quo in c. cum olim, & tale perpetuũ est, nisi perimatur res: uel ex causa reuocetur: Secundum autem pure corporale nominatur quod scilicet tantũ corpori conceditur; hoc est vniuersitati, uel collegio, & non singulis de illo; cum collegioq́ extinguitur: Tertium uerò corporale, & personale nuncupatur, quod comunitati condonatur: Postremũ uerò tantum personale appellatur: quod uidelicet personæ elargitur, & hoc duplex: hoc est merè personale; quod alicui, uel aliquibus conceditur expressis nominibus, quod quidem non egreditur personam cui conceditur; nisi hoc exprimatur: alterum deinde personale comune dicitur, concessum personis sub expræssione nominis in comuni, ut sunt singula priuilegia in quolibet Mari Magno obsignata, & uniuersa indulta Religionibus elargita, vt optimè testatur Hostiensis in sua summa. Ioannes Vigu. in cap. 27. plerią́ aliy doctores grauissimi qui sũma cura examinãtes ad quem priuilegiorum interpretatio pertineat, hoc pacto distinguendum esse arbitrati sunt: Quoties cunq́ indultorũ verba sunt multùm obscura, vel ambigua tunc eius est intepretari cuius est condere: vt habetur in cap. cum venissent extra de iudicijs: & in cap. inter alia de sent. excomunicant. Si verò nõ sunt*

Priuilegium humanum quadruplex.

Reale.

Pure corporale.

Corporale, & personale.

Personale.

Ad quem pertineat interpretatio priuilegiorum.

*multùm ambigua; tunc debet tenor priuilegij diligenter considerari vt dicitur in cap. porro: eodem tit. & potius insistendum est intentioni priuilegii, quàm verbis, vt dicitur in cap. marcion. 1.q.i.& in cap. intelligentia de verbi. sing. extra. vbi dicitur, quòd intelligentia verborum ex causis est assumenda: quia non sermoni res; Sed rei est sermo subiectus: & si propriè, & strictè intelligatur, debet strictè interpretari, vt minus quà possibile sit derogetur iuri comuni, vt in capitulo cum dilectus. 3. quia nobis extra de consuetudine: quo in loco etiam dicitur quòd non debet Priuilegiũ adeo strictè interpretari, vt de nichilo prosit. Si verò priuilegium accipiatur largè, vt sapit Beneficium tunc latissimè est interpetrandum in praiudicium concedentis. Sed strictè in praiudicium aliorũ, vt habetur in cap. quia circa extra de priuil. obseruandum tamen est quòd differentia reperitur non immodica inter Priuilegium, & Dispensationem: nam Priuilegium se extendit ad ea, quæ sunt præter ius. Dispensatio verò est semper contra ius: Sed de his hactenus. perquiratur nunc Priuilegii euacuatio quæ fieri contingit hiis modis videlicet.*

**Discriminem inter priuilegiũ & dispensationem.**

*Primó si Priuilegium fuerit subreptitium: quod fit cum impetrans suggerit falsam causam: ex qua præsuppofita vt vera, datur priuilegium.*

**Quot modis euacuetur priuilegium.**

*Secundo si sit contra constitutionem, & in illo de ipsa nulla habeatur mentio.*

*Tertio si sit contra consuetudinem, de qua in priuilegio nullus sit sermo.*

*Quarto si sit contra sententiam datum: de qua in*

*priuilegio est habenda mentio.*

*Quinto si impetrans, siue priuilegiatus facit contra priuilegium.*

*Sexto quando cessat causa priuilegii debet cessare priuilegium.*

*Septimo cum incipit esse iniquum, & præcipue in cuius fauorem est concessum.*

*Octauo quando in Secundo fit plena, siue ex pressa mentio de Priori.*

*Quando dans priuilegium nõ potest reuocare.*

*Nono quando concedens, reuocant priuilegium: obseruandum tamen quòd si priuilegium inferioris confirmatur à superiore, tunc inferior non potest reuocare priuilegium: quod olim concesserat, ut puta priuilegia à Rege, vel ab Imperatore Ecclesiæ elargita, & deinde à summo Pontifice confirmata non possunt nec à Rege; nec ab Imperatore reuocari.*

*Decimo tollitur priuilegium per renunciationem expressam, quòd intelligendum est quantum ad ius tãgens renunciationem tantum; secus enim si Papam, vel alium tangit; vnde Abbas, vel conuentus (vt testatur Ant. in pri. summæ) non potest priuilegio renunciare.*

*Postremo tandem amictitur priuilegium pro abusis. quod potest exponi secundum Ant. vbi supra pro nõ usis, vel per vsus contrarios: puta si est aliquis priuilegiatus, qui per spacium annorum decem eo non vtatur ad aliquid faciendum: hoc tamen limitatur in d. cap. cum accessissent: videlicet quando non confertur Ecclesiæ: aliàs secus. obseruandum etiam quòd si priuilegium sit notorium, sicut sunt priuilegia Mendi-*

*can-*

*cantium non tenentur priuilegiati comparere: & sententia lata contra eos est nulla secundum Pa. in ca. cum ordinem: de resc. in gol. post Io. cal. secus si non sit notorium: vbi.n. nō constat notoriè: citatus tunc debet comparere: & allegare priuilegium: alias sententia lata contra eū teneret: & hac sint satis pro prima portione.*

## PORTIO SECVNDA.

### Dd priuilegiis omnium mendicantiū summatim collectis: & primò de priuilegis sacri ordinis prædicatorum: ex D. Antonino Flor. in prima summæ tit. 19.

1 *A Pralatis Ecclesiarum cogi non possumus: ut inuiti peccata nostra confiteamur eis; imo si uellemus, non possemus; quia prohibetur per summum Pontificem fratribus nostris; ut peccata sua nulli, nisi prelatis confiteri præsumant; nisi à prelatis ipsis licentiam habeant; aliis quam fratribus nostri ordinis confitendi: quam licentiam dare potest solus magister ordinis.*

2 *Item cogi non poßumus ab eis, quin omni tempore mißas, & diuina officia celebremus.*

3 *Item impediri ab eis non possumus, quin in Ecclesia nostra, oratoria, seu edificia pro nostris usibus, construamus.*

4 *Item in construentes Ecclesias, uel adificia nostra sententiam interdicti uel excommunicationis ferre non possunt.*

5 *Item impedire nos nequeunt quin tempore interdicti; seruata tamen interdicti forma; diuina officia celebremus.*

6 *Item non possunt nobis inuitis defunctorum corpora in nostris cemeteijs sepelire, uel in Ecclesijs nostris missarum solemnia celebrare; uel mortuorum qui in nostris locis tumulādi sunt exequias celebrare.*

7 *Item impedire non possunt, quin in domibus nostris per lectores nostros sacra theologia solenniter, & publicè legatur.*

8 *Item cogere nos nequeunt, quin eos, qui in nostris morantur obsequijs sepeliamus in nostris cimiterijs, & ministremus eis Ecclesiastica sacramenta.*

9 *Item impedire nequeunt quin male oblata incerta ingredientium nostrum ordinem possint per magistrum ordinis, vel Priores, aut eorum Vicarios in locis sibi commissis in pios vsus conuerti.*

10 *Item cogere non possunt, ut de hortis, virgultis nostris decimam persoluamus.*

11 *Item non possunt nos cogere ad collectas, procurationes, exactiones, subsidia, vel ad quascunque promissiones faciendas etiam authoritate apostolicæ sedis, nisi ipsæ literæ de ordine nostro expressam fecerint mentionem.*

12 *Item cogere non possunt, quod superiores, vel Priores nostri fidelitatem cum iuramento firmatam, vel manualiter obedientiam eis impendent.*

13 *Item impedire nos nequeunt, quin ordinados fratres nostros quibuscumque voluerimus episcopis præsentemus.*

14 *Item fratres nostros, quos ad ordines promouent, examinare, vel promissioni alicui obligare non possunt.*

15 *Item subditos suos nequeunt impedire quin apud nos eligant sepeliri.*

16 *Item in receptatores nostros interdicti, suspensionis, excommunicationis sententias fulminare non possunt.*

17 *Item in benefactores nostros pro eo quod benefaciunt nobis sententias excommunicationis, suspensionis, & interdicti ferre non possunt.*

18 *Item fratres nostros ad suarum ecclesiarum negotia pertractanda, vel ad secum manendum non possunt assumere, vel assumptos tenere prætextu summi Pontificis literarum, quæ de indulto huiusmodi, & ordine nostro expressam non faciunt mentionem, nisi quos magister ordinis, vel Prior Prouincialis ipsorum tanquam idoneos, & discretos eis duxerit assignandos.*

19 *Item impedire nequeunt, quin fratres nostri eis per sedem Apostolicã vel per ordinem in socios deputati, subiaceant ordinis disciplinæ.*

20 *Item impedire non possunt, quin fratres nostri eis per sedem Apostolicã, vel per ordinem in socios deputati; per prælatos ordinis corrigi valeant, & ad ordinem reuocari contradictione aliqua non obstante.*

21 *Item apostatas nostros nobis inuitis secum, & in locis alijs sine voluntate prælatorum nostrorum tenere non possunt.*

22 *Item cogi per eos non possumus ad impendendum correctionis, visitationis, seu inquisitionis officium monasterijs, ecclesijs, seu quibuscunque personis.*

23 *Item per eos cogi non possumus ad recipiendum curam monialium, seu quarumlibet religiosarum personarum.*

24 *Item cogi nō poßumus ad visitandum monasteria cuiuscunq; ordinis: nec ad portandum, seu deferendum literas.*

25 *Item cogi non poßemus ad exequendū, uel denunciandum sententias cōtra principes seculares, communitates, populos, seu quoscunq; benefactores nostros.*

26 *Item cogi nn poßumus per eos, quòd aßeßores simus in quibuscunq; causis ecclesiarum, vel prælatorum, seu ad alias lites, vel controuersias contingentes in causis, quæ coràm ipsis tractantur.*

27 *Item non poßunt nos conuenire, impetere, vel molestare ratione delicti cōmißi, vel iusti contractus, aut rei sitæ, positæ, vel existentis extra loca nostra exempta. Nec obstat contra hæc constitutio Innoc. Papæ iiii. in contrarium ædita. Hæc Bonifa. in priuil. virtute conspicuos.*

28 *Item non poßunt nos prohibere quin quoscunq; voluerimus Episcopos habentes communionem Apostolicæ sedis conuocemus ad ponendum primarium lapidem in oratoriis, vel ecclesiis nostris ad dedicādum ecclesias, vel altaria, & ad benedicendum cemiteria nostra, si diocesāni infra quatuor menses nobis denegant prædicta; postquam per patres nostros fuerint humiliter requisiti, aut si grauare nos volunt nimium in expensis. Honorius. Ex parte nostra.*

29 *Item cogere nos nequeunt ad seruandum pacta, & repromißa, ad quæ fratres in aliquibus locis prælatis, & rectoribus Ecclesiarum se obligarunt in receptione locorum; si pacta illa sunt contraria iuri nostro, uel secundum ius per Sedem Apostolicam absoluti, nisi pacta illa facta fuerint de licentia magistri ordinis, & capituli generalis. Honorius. Religionis fauor.*

30 *Item impedire non poßunt; quin bona temporalia, quæ nobis ex succeßione proueniunt, apprehendamus, uendamus; & ipsorum pretium in nostrum usum prout uoluerimus commutemus. Clemens. obtentu.*

31 *Item cogere nos non poßunt, ut eorum constitutionibus subiiciamur.*

32 *Item quòd accedamus ad proceßiones eorum intra ciuitates, uel extra Alex. Nimis iniqua.*

33 *Item in omnibus electionibus ordinis; excepta electione magistri ordinis, superior ad quem electi confirmatio pertinet, si confirmare electum noluerit; potest alium concedere in priorem prouincialem, uel conuentualem, quem maior pars per suas literas petierit sibi dari. Bonifa. Virtute.*

34 *Item electores Priorum Prouincialium, & conuentualium committere poßunt fratribus, qui ab eis pro electi confirmatione mittuntur; ut alium eligant in priorem; si is qui electus fuerat, non fuerit confirmatus, & superior ad quem confirmatio pertinet poßit electum, quem*

noluerit confirmare. Alexan Vt ea.

35 Item apostata nostri, uel qui eiecti de ordine fuerint non possunt licitè predicare, docere, uel confessiones audire; nisi ad alium ordinem licitè trã seant; in quo huiusmodi officia exerceãtur. Et si secus attentare presumpserint magister ordinis, & priores, & eorum Vicarij possunt in illos monitionis, & excommunicationis sententiam promulgare. Bonifa. Virtute.

36 Item prælati ordinis in correctionibus fratrum omissis apicibus iuris, & postpositis, liberè procedere possunt secundum consuetudines ordinis approbatas, & generalia ordinis instituta. Bonifa. Ad augmentum.

37 Item conueniri non possumus per literas Apostolicæ sedis, ut legatorum eius, aut delegatorum eius, nisi ipsæ litteræ de indulto hoc etiam de ordine nostro expressam facerent mentionem. Bonifa. & Innoc. Cum iam per eius gratiam. Discedentes ab ordine nostro absque licentia prælatorum suorum nullus audeat retinere, & sub prætextu literarum Apostolicæ sedis non facientes expressam de indulto huiusmodi mentionem. Bonifa. Virtute.

38 Item quòd nulli siue sit in Religionis ordine, uel extra ordinem constitutus licet deferre habitum nostrum; aut ita consimilem, quòd propter eũ frater Predicator credi possit, absque mãdato Sedis Apostolicæ speciali. Qui uerò contrarium præsumpserit facere ad deponendum ipsum per diocesanos locorum; cum a fratribus nostris fuerint requisiti, monitione præmissa percensuram Ecclesiasticam; appellatione postposita compellantur. Inno. Quia confusio habitus, & Bonifa. Virtute.

39 Item ordinatio, & correctio officij nostri facta per fratrem Humbertũ magistrum ordinis nostri est per sedem Apostolicam approbata, et quòd contra ordinationem predictam nulli liceat aliquid immutare. Clemens Consurgit.

40 Item pænitentia, & uota ingredientium ordinem nostrum possunt per prælatos ordinis, uel eorum Vicarios in obseruantia ordinis commutari; dummodo uota illa non fuerint de transeundo ad ordinem obseruantiæ arctioris. Vrbanus. Quia Apostolici.

41 Item predicare libere possumus clero, & populo in locis nostris, & in plateis communibus absque quorumcunque licentia prælatorum, exceptis duobus casibus, scilicet, hora, qua diocesanus prædicat, uel coram se predicare faceret. Sermones autem ad clerum intermittendi sunt a fratribus, quando hora sermonis Episcopus aliqua ratione, uel urgente causa conuocaret generaliter ad se clerum. Bonifa. Inter cuncta.

42 Item generalis Vicarius magistri ordinis, ex potestate sibi a priuilegiis tradita potest fratres omnes absoluere a peccatis, & a sententia excommunicationis interdicti, & suspensionis, ut posset magister.

43 *Item potest super irregularitatibus dispensare sicut magister.*

44 *Item potest illas à suis confessoribus absolutiones, & dispensationes recipere, quas ipse suis subditis potest impartiri.*

45 *Item potest socios prælatorum, uel principum corrigere. Et si ei uisum fuerit ad ordinem reuocare.*

46 *Item potest si ei uisum fuerit fratres nostros secundum priuilegij formã ad ordines alios licentiare. Papa uero Ioã. soli magistro, & Prouinciali proprio hoc concedit.*

47 *Item potest apostatas nostros, & eiectos licentiare, coercere, & punire, sicut potest magister ordinis.*

48 *Item Vicarius Prioris Prouincialis potest ex priuilegijs super fratres suæ prouinciæ omnia, quæ potest magistri ordinis Vicarius. Et insuper potest crucem predicare, & inquisitores hæreticorum per sedem Apostolicam deputatos remouere, uel quòd supersedeant iniungere; & alios potest substituere, prout ei uisum fuerit expedire.*

49 *Item Vicarius Prioris conuentualis in suo conuentu potest omnia, quæ superius de Vicario magistri ordinis posita sunt; excepto quod de socijs prælatorum, uel principum se intromittere non potest. Hæc quæ dicta sunt de Vicarijs habentur in diuersis priuilegiis, & præcipuè. Bonifa. uirtute.*

50 *Item sorores ordinis nostri magistro ordinis, & Prouincialibus sunt cõmissæ, & perpetuò permanere debent sub magistro ordinis, & Priorum Prouincialium magisterio, & doctrina. Innocen. Licet olim. Clemẽs. Affectu sincero.*

51 *Item magister Ordinis, & Priores Prouinciales curam animarum sororum ordinis, & solicitudinem gerentes eis de constitutionibus nostri ordinis debent prout illis competit prouidere. Innocen. Licet olim. Clemens. Affectu sincero.*

52 *Item quòd magister ordinis potest constitutiones sororum ordinis corrigere, ad uniformitatẽ reducere, & quocunque modo in melius commutare, seu reformare prout uiderit expedire. Alex. Affectus promptitudo beneuoli.*

53 *Item magister ordinis, & Priores Prouinciales possunt monasteria ordinis per se, uel per alios idoneos quotiescunque expedierit uisitare corrigendo, & reformando ibidem in capitibus, quàm in membris, ea quæ correctione, & reformatione uiderint indigere instituendo, destituendo, mutando, & ordinando prout secundum deum uiderint expedire. Innocen. Licet olim. Clemens. Affectu sincero.*

54 *Item electio Priorissæ liberè pertinet ad conuentum sororum. Innocen. Licet olim. Clemens. Affectu sincero.*

55 Item confirmatio priorissæ ad magistrum ordinis ubique pertinet; & ad quemlibet Priorem Prouincialem in sua prouincia: uel ad eos quibus ipsi duxerint committendos. Cle. Affectu syncero.

56 Item magister ordinis, & Priores Prouinciales possunt per se, uel per alios audire confessiones sororum ordinis, & ministrare eis Ecclesiastica sacramenta. Innoc. Licet olim: Cle. Affectu sincero.

57 Item magister ordinis, & Priores Prouinciales possunt sororibus ordinis deputare aliquos discretos, & prouidos capellanos. Innoc. Licet olim. Clem. Affectu sincero.

58 Item magister ordinis, & Priores Prouinciales possunt conuersos, & familiares monasteriorum nostrorum mutare, & ordinare de ipsis: prout secundum deum uiderint expedire. Cle. Affectu syncero. præterea declaratio, quod illæ, quæ in seculo, et in seculare habitu existentes uoto obedientiæ, & castitatis emisso professionis uinculo se, & sua alicui monasterio obligant; ab ipsis uotis obligarunt, & donatione bonorum in perpetuum etiam ante baptismum assumptum habitum nequeunt resilire; sed sunt ordini, & monasterio obligata perpetuo, non obstante ordinatione, siue constitutione. Innoc. Papæ iiii. de probationis anno complendo; quæ non habet locum in monialibus fratrum Predicatorũ ordinis, & minorum; & matrimonium si postea per eas contractum fuerit nullius firmitatis existit. Possunt etiam ipsæ moniales ante annum libere profiteri. Alex. ex tenore.

59 Item sorores ordinis nostri illis gaudent priuilegiis, quæ nostro ordini sũt concessa, uel in posterum concedentur. Innocen. Licet olim. sacra vestra Religio.

60 Item à iurisdictione, et à potestate quorumcunque prælatorum sorores nostri ordinis cum monasteriis, & locis suis totaliter sunt exemptæ. Benedictus. Sacra nostra Religio.

61 Item sorores nostri ordinis ad præstationem decimarum de quibuscunque suis bonis, uel ad contribuendum in procurationibus ordinariorum, uel legatorum, aut nunciorum sedis Apostolicæ, & ad quascunque taleas, et collectas, ac pedagia, thelonea, ac exactiones alias, quibusuis Regibus & principibus, seu aliis personis secularibus, exibendas minime obligantur. Nicol. Quartus studiosis. Bonifa. Laudabilis. Benedictus. Sacra nostra Religio.

62 Item nulla soror nostri ordinis assumi potest per quemcunque ad aliquã Abbatiam, uel religionem alicuius monasterii alterius professionis sine licentia sedis Apostolicæ faciente de statuto huiusmodi mentionem expressam. Benedictus. Vt monialis.

63 Item ex prædicto priuilegio Bonifa. quòd incipit. Virtute conspicuos, et

per Grego.xi.innouato hoc habetur. Videlicet. Concedimus quoque uobis ut de illis, quæ in ornamentis, uel pro eis, aut libris, fabrica luminaribus, anniuersario, septimo, uigesimo, trigesimo, seu aliis ad perpetuũ cultũ diuinũ, seu pro pitantiis, aut uictu ad sustentationem uestram, uel indumentis, nec nõ pro annuis censibus retinendis, ad quorum solutionem aliqua domus uestri ordinis obligatæ noscuntur, uel de domibus, prædiis, et hortis, aliisque locis secundum instituta uestri ordinis opportunis, aut de his quæ pro huiusmodi domibus, prædiis, hortis, & locis emendis uobis legentur, dummodo præmissa non conuertantur in alios usus, sed in illos dumtaxat pro quibus relinquuntur, aut alios etiam, qui in hac concessione, uel indulgentia continentur nulli canonicam portionem aliquam teneamini exhibere, & nequis à uobis, uel ultimarum executoribus uoluntatum, seu decedentium heredibus de præmissis, aut de his, quæ uobis in ultimis uoluntatibus absolute legantur, uel aliàs pro uestris necessitatibus cõferũtur, aliquid exigere præsumat &c. Et nota, quod cũ à quibusdã doctoribus diceretur hoc priuilegiũ, s quoad quartã non dandã tolli per cle. dudum. de sepulturis. renouatum extitit per Martinum quintum, & confirmatum, & ad remouendum dubium, & declarandum; quod ad quartam soluendam de legatis non tenentur fratres, hoc fuit additum per Martinum V. Videlicet. Verum ne dubitationes, ac controuersiæ, quæ aliàs uos pluribus laboribus, & expensis uexauerunt; de cætero uobis fiant, ex certa scientia decernimus, ut dictum priuilegium Grego. Papæ xi. in iudicio, & extra in qualibet sui dispositione inuiolabiter obseruetur; non obstantibus constitutionibus Apostolicis; illa præsertim fœlicis recordationis Clementis Papæ Quinti prædecessoris nostri, edita in Concilio Viennensi, quæ incipit dudum. Nec non priuilegiis, gratiis, & concessionibus Apostolicis in genere, uel in specie; quibusuis personis; Ecclesiis, siue locis concessis, sub quauis forma, uel expressione uerborum, etiam si de eis habenda essent præsentibus mentio specialis, seu perque præsentibus non expressa, aut totaliter de uerbo ad uerbum non inserta earum in toto, seu in aliqua parte sui effectus posset aliqualiter impedire, & aliis contrariis quibuscunque. Nos enim ex nunc irritum decernimus, & inane, si secus super his, aut eorum aliqua à quocunque quauis authoritate scienter, uel ignoranter contingerit attentari; declarantes clausulam illam; uidelicet, salua tamen iustitia illarum Ecclesiarum, à quibus mortuorum corpora assumuntur, in omnibus aliis debere intelligi, præterquam, in his de quibus in ipso priuilegio, specialiter cauetur, quòd canonica portio minimè exigatur. Nulli ergo &c.

Huc usque D. Antonius in prima parte sua summa: at cum nonnulli alii Pontifices; a Marthino Quinto videlicet usque ad Paulũ Quartum; alia praestantiora priuilegia eidem ordini concesserint, ut in libro priuilegiorum apparet, quae Reuerendissimus Stephanus usus maris collegit, ob id consentaneum erit, ea hoc in loco obseruare.

64 Martinus Quintus determinat ad magisterium theologiae insufficienter promotos, deponendos &c. & pro non magistris habendos: & quòd nullus cum huiusmodi promouendis dispensare possit. Da. Flo. 12. cal. Decemb. Ponti. sui anno 2.

65 Idem concedit magistro ordinis quòd in quolibet capitulo gen. possit unũ magistrũ in thelogia creare: omnes officiales qualitercunque deputatos reuocare, procuratorem instituere, & reuocare: legiptimare suos subditos illegiptimos: absoluere fratres ab irregularitate; absoluere quascunque personas extra curiam ab omnibus casibus minoribus paenitentiariis Papae concessis: celebrare, & celebrari facere ante lucem. Datũ Flo. 5. cal. Iunii Pontifi sui anno 3.

66 Eugenius Quartus determinat nullas literas etiam apostolicas intelligendas esset contra ordinem, & fratres nisi in eis expressa fiat de ordine, et fratribus mentio. Dat. Flo. 5. cal. April. Pontifi. sui anno nono.

67 Nicholaus Quintus confirmat omnia priuilegia a summis Pontificibus concessia Dat. Rom. idus Aprilis Pontificatus sui anno primo.]

68 Idem innouat reprobationem ab Eugenio Quarto factum contra errorem Io. de Polliaco assereте quòd confessi à mendicantibus iterum tenebantur confiteri Parocchis. Dat. Rom. no. cal. Iul. Pontifi. anno 2.

69 Idem concedit quod possint liberè sacramenta, & sepulturam conferre insistentibus seruitiis monasterii. Datum Rom. prid. cal. Aug. Pontifi. sui anno secundo.

70 Idem determinat omnes officiales qualitercũque institutos subiici magistro Gen. ordinis Dat. Rom. id. mar. P. A. 3.

71 Idem eximit predicatores ab omni iurisditione ordinariorum. Datum Rom. P. A. 5.

72 Idem subiicit magistro gen: qualitercunque exemptos, & omnes officiales et decernit quòd promots, & graduati per saltum deponantur. Dat. Rom. quint. id. ap. P. A. 8.

73 Pius Secundus concedit omnibus Generalibus ordinum mendicantium iurisdictionem super suos fratres cuiuscunque uniuersitatis priuilegio gaudentes. Dat. Ro. 15. cal. nou. P. A. 1.

74 Idem cathalogo sanctorum ascribit Sanctum Vincẽtium. Datum Ro. cal. 8. P. A. 1.

75 Idẽ inter Sãctos refert. Catherinã Senensẽ. Dat. Ro. 3. cal. iul. P. A. 3.

76 *Sixtus quartus reuocat literas Calisti 3. in materia quarta. Datum Romæ. 7. id. dec. P. A. 2.*

77 *Idem concedit quòd possint audire confessiones undecunque venientium; & eos à peccatos, & censuris absoluere: eis Eucharistiam, & cætera Sacra. ministrare: & in partibus orientalibus tam fidelium, quam infidelium absoluere à quibuscunque peccatis, & multa alia ad inquisitorem attinentia in illis locis. Dat. Ro. cal. ap. P. A. 2.*

78 *Idem declarat (inserendo literas Gregorii noni) authoritatem protectoris videlicet quòd non præsumat quæcunque ordinata, siue ordinanda, & statuenda per generalia, uel prouincialia capitula: infringere, reprobare, suspendere, & dispensare: nisi contra regulam fuerint: & hoc priuilegium ad minoritarum suplicationem concessum est. Dat. Rom. 4. cal. Feb. P. A. 2.*

79 *Idem cõcedit quòd possint recipere, & administrare bona immobilia, legata. Dat. Ro. cal. Iul. P. A. 4.*

80 *Idem iisdem patribus concedit Mare Magnum in quo singula indulta à prædecessoribus elargita confirmat, dilatat, & extendit. Datum Rom. Pontifi. A. 4.*

81 *Idem concedit. quòd possint eligere confessorem semel in uita, et in mortis articulo, a quo peccatorum remissionem plenariam suscipiant: quibus priuilegiis gaudent etiam moniales: & personæ tertii habitus, addit præterea, quod beneficiati non gaudeant priuilegiis ordinis nisi de prælatorum licentia: insuper concedit, & extendit omnia priuilegia aliorum mendicantium ad ord. prædicatorum. Datum Romæ Pontificatus anno octauo.*

82 *Innocentius 8. concedit quod famulis, & seruitoribus possint in die Paschæ sacramenta ministrare. Dat. Ro. P. A. 4.*

83 *Alex. 6. concedit quòd etiam tertiariis Eucharistiã, & extremam unctionem possint ministrare in die Paschæ. Datum Romæ die 30. April. Pontifi. A. 4.*

84 *Iulius 2. concedit magistro ordinis, quod possit licentiare fratres, ut extra ordinem confiteãtur: & ad magisterium ante quadriennium promoueri: & moniales ad balnea mittere, & ordinationes prædecessorum reuocare. Dat. Ro. P. A. 5.*

85 *Idem concedit magistro ordinis, ut possit constitutiones, & priuilegia declarare: & quod nullus confessionalibus gaudeat sine licentia eiusdem Gen. & quòd sorores tertii ordinis possint uouere tria uota: & tandem quod idem Gen. possit socios ad Bacchalaur. siue magist. promouere. Dat. Ro. P. A. 7.*

86 *Idem concedit quòd perpetuis temporibus absoluere, & dispensare ob-*

*omnibus, & singulis ac si bulla in cœna domini non esset facta nec fieret præterquam à conspiratione in Romanum Pontificem: & alijs propter quæ Alex. 6. declarauit ad sedem esse recurrendum. Dat. Ro. Ponti. Anno 7.*

87 *Leo decimus comunicat ord. præd. omnes indulgentias, & priuil. cæterorum mendicantium. Dat. Ro. die 22. Decem. Pon. A. 1.*

88 *Idem concedit mag. ord. ut possit licētiare, quòd bona imobilia in italia uenundentur, uel commutentur. Datum Rom. 15. Iun. Pontificatus anno 2.*

89 *Idem confirmat omnia priuilegia mendicantium cum moderationibus Concilij Lateran. Dat. Ro. die 14 Mart. P. A. 5.*

90 *Idem concedit sororibus uouentibus et Simplici uoto continentiæ, etiam habitantibus in proprijs domibus gaudere priuilegijs. Dat. Ro. die primo Mart. P. A. 5.*

91 *Idem decernit ne fratres habebant iudices extra ordinem sub pœna excommunicationis, & quòd omnes iudices remittere debeant causas fratrum, & sororum ad iudices ordinis. Datum Rom. 29. April. Pont. anno 6.*

92 *Clemens. 7. cathalago sanctorum ascribit Antonium Archiep. Flor. Dat. Ro. 6. cal. Decemb. P. A. 1.*

93 *Iulius 3. comunicat omnia priuilegia cæterorum mend. ord. præd. Dat. Ro. die 10. Iul. P. A. 2.*

94 *Paulus 4. confirmat, & innouat omnia priuileg. ord. præd. Dat. Rom. die 13. Mart. P. A. 1.*

## DE INDVLGENTIIS

### Eiusdem sacri ordinis ex speculo minorum: & primo de indulgentiis concessis iis, qui confessi, & contriti uisitauerint Ecclesias fratrũ prædicatorum in dedicationibus, & anniuersariis Ecclesiarum.

HONORIVS tertius qui dictũ ordinem confirmauit dedit de uera indulgentia annos 10. & dies 180. Clemens. 3. annos 10. & dies 40. Bonifatius 8. an. 20. & d. 40. Alex. 4. an. 20. et

d. 180. Bon. 2. eiusdem ordinis an. 30. & d: 120 Io. 21. an. 10. & d. 80. Greg. 9. an. 20. & d. 80. Nich. 4. an. 30. & d. 180. Alex. 5. an. 18. & d. 80. & harum indulgentiarum summa est annorum 169. et dierum 350.

In natiuitate Beatiss. Virg. Clem. 4. concessit annos 10. d. 40. Gre. 9. an. 20. & d. 40. Bon. 8. an. 9. & d. 40. Nich. 4. an. 30. & d. 180. & harum summa est annorum 69. & dierum 210.

In Annuntiat. B. M. V. Clem. 4. an. 10. & d. 40. Greg. 9. an. 20. & d. 40. Bon. 8. an. 9. & d. 40. Nich. 4. an. 30. & d. 180. & harum summa est annorum 69. & dierum 210.

In Assumpt. B. M. V. Clem. 4. an. 10. & d. 40. Greg. 9. an. 20. et d. 40. Bon. 8. an. 9. & d. 40. Nich. 4. an. 30. & d. 180. & horum sūma est an. 69. & dierum 209.

In festo S. Dom. Clem. 4. an. 10. & d. 40. Greg. 9. an. 20. & d. 40. Bon. 8. an. 9. & d. 40. Nich. 4. an. 30. & d. 180. Innoc. 4. an. 9. & d. 40. Alex. 4. an. 9. & d. 180. Bon. 2. an. 30. & d. 120. Ioan. 21 an. 10. & d. 180. Alex. 5. an. 18. & d. 80 Sixtus 4. totidem annos & totidem quadragenas: & harum indul. sum. est 256. annorum 11. dierum 320.

In festo sancti Petri Martiris Clem. 4. an. 10. & d. 40. Greg. 9. an. 20. & d. 40. Bon. 8. an 9. & d. 40. Nich 4. an. 30. & d. 180. Inno. 4. an 9. & d. 40. Alex. 4. an. 20. & d. 280. Bon. 4. an. 30. & d. 120 Ioan 21. an. 10. & d. 180. Alex. 5. an. 18. & d. 58 Sistus. 4. an. 50. et totidem quadragenas, & harum sum. est annorum 206. & dierum 320.

In festo S. Tho. de Aquino Io. 22. qui eum canonizauit an. 21. et d. 40. Alex. 5. an. 18. & d. 80. Vrbanus 5. an. 100. & d. 220. & harū summa est an. 189. & d. 215.

In festo Sancti Vincentij confess. Sixtus 4. an. 50. & totidem quadragenas.

28 Clemen. 5. declarat, quòd electio Prioris nostri Generalis sit confirmatio dum tamen infra annum se præsentet conspectui sedis Apostolicæ, et incipit, in ordine nostro sic diuinis laudibus.

29 Celestinus quintus concedit ordini nostro infrascritta priuilegia. Primò quod singuli Priores Prouinciales in suis prouinciis possunt licentiare fratres eruditos in sacra pagina ad prædicandum verbum Dei. Item fratres idoneos, et approbatos possunt ad sacros ordines promouere sine examinatione per Pontifices facienda. Item poßumus cum altari portatili in locis nostris diuina celebrare. Item tempore interdicti submißa uoce Ianuis clausis diuina celebrare. Item in festo B. Augustini et per octauas tempore interdicti diuina poßumus celebrare. Nota quod familiæ nostræ et his qui immorantur obsequiis nostris poßumus cuncta Ecclesiastica sacramenta libere ministrare, et in cimiterys nostris cum decedant sepelire. Item in excomunicatis terris libere possumus commorari, et ab eis neceßaria uita deposcere, ac recipere. Itē prouinciales nostri poßunt absoluere uolentes nostro aggregari collegio, si suspēsionis, aut interdicti, aut excommunicationis sententiis sunt ligati: et cum eisdem super irregularitatis macula dispensare: et incipit virtutum conspicuas sacri ordinis nostri profeßores.

31 Eugenius 4. confirmat Mare Magnum Innocentii quarti, incipit bulla. Ex Apostolica prouisionis sedis. hic idem confirmauit priuilegium Martini 5. in quo conceditur authoritas religionis præfata poße recipere quoscunque mulieres ad ordinem pinzochararum, et mantellatarum dicti ordinis. Bulla continetur in Mari Magno Nicholai quinti, et Sixti quinti. Hic item ascripsit cathalago sanctorum gloriosissimam sanctum Niccolaum de Tolentino.

32 Gregorius vndecimus concedit fratribus minoribus, prædicatoribus sancti Augustini hæremitis, Sancta Maria de Monte Carmeli: quod libe-

re possunt confessiones fidelium audire, confitentes absoluere, et pænitentias salutares iniungere, et incipit exhibita nobis.

33 Honorius 4. concedit quod fratres tempore generalis interdicti possunt in vigilia, et die beati Augustini apertis ianuis, exclusis excommunicatis diuina officia una cum alijs religiosis, et clericis secularibus aduenientibus celebrare. et incipit. Pro reuerentia beati Augustini confessoris etc. Bulla huius est in Herben. et Effordiæ conuentibus.

34 Innocentius primus cõfirmauit regulam: quam dederat sanctus Augustinus suis fratribus heremitis tam in Italia, quam in Africa commorãtibus. Qua incipit: Ante omnia fratres carissimi diligatur Deus & c. Hic item concessit licentiam hedificandi oratoria dictis fratribus in siluis nemoribus, & aliis locis, conuenientibus, ac etiam retinẽdi quecũque bona eis esset oblata siue mobilia, siue stabilia, & tam captis, quam capiẽdis locis et in festiuitatibus Ecclesiarũ suarum indulgentiam unius anni, & 40. dierum cõcessit.

35 Innocẽtius 3. quacũque fuerãt dicto ordini per suos predecessores cõcessa cõfirmauit, & in registro Romanæ curiæ dictum ordinem ascripsit declarãdo qualiter dictus ordo nõ obligatur ad regulas generalis Cõcilij Latranẽsis cõtra religiosos factas: quoniam dictus ordo dudum præcesserat illud cõcilium, & Regulæ illæ concilij fuerunt facta contra illos, qui noniter surrexerãt.

36 Innocẽtius quartus declarãs modum professionis faciẽda in ordine nostro et titulum ordinis nostri cõfirmat. s. Vt dicatur ordo fratrum Eremitarum sancti Augustini, et quod Prior Generalis à Sede Apostolica debet cõfirmari, et incipit. Admonet nos cura suscepti religionis et c. Nota tamen quod vltima huius priuilegij particula est abolita per Clementem 5.

37 Idem cõcedit perpetuo, et cõfirmat viuere sub regula Sancti Augustini et officium Romanæ curiæ celebrare. et incipit Pia deuotorum desideria etc.

38 Idem cõcedit quod solum teneamur ad regulam Beati Augustini cuius veri filii, ac primogeniti sumus; et confirmat quasdam nostras cõstitutiones, et incipit. Cum à nobis petitur quod iustum est etc.

39 Idem cõcedit quod uolẽtes ordini nostro congregari si sunt suspensi, interdicti, excõmunicati possunt recipi, et absolui, satisfactione prius facta, si propter delicta ligaminibus prædictis astricti fuerint, et incipit: Cum ex Apostolica cura teneamur officium, et c. consimile concedit Vrbanus quartus.

40 Innocentius 6. concedit quod Iohannita ad ordinem suum fratres nostros nullo modo recipiant sine licentia Prioris nostri Generalis petita, et

obtenta, et si recipiant non obtenta licentia, quolibet officio, et administratione ipso facto nouerint se priuatos, sique inhabiles imposterum ad quod uis officium. et incipit: inter cæteras sollicitudines.

41 Idem concedit ordini nostro, quod Prior Generalis absolutionem excommunicationē, et dispensationē, super irregularitate committere potest nō solum Prouincialibus, sed etiam Vicarius, et Visitatoribus suis, quos ipsum contingerit ad prouincias destinari, et incipit: religionis tua.

42 Iohannes 22. concedit ordini quod ante funera crucem possumus deferre processionaliterque ire cum Turibulo, et aqua benedicta legendo officium mortuorum, et defunctorum corpora Ecclesiastica tradere sepulture: et incipit. religionis vestra sinceritas promeretur etc.

43 Idem donat corpus B. Augustini, et eius perpetuam custodiam nostro ordini in cælo aureo Papiensi mandans diuinum officium simul, et semel perpetuo fieri tam per nos, quam per regulares canonicos, et ordinat modum utrique ordini quomodo ob reuerentiam Sancti Augustini viuere debeamus. et incipit. Veneranda sanctorum patrum dictorum Ecclesia uita promeruit, etc. Bulla est in Papia.

44 Idem declarat contra Iohannem de Poliaco magistrum in Theologia esse erroneum, et non catholicum quod confessi fratribus habentibus generalem licentiam audiendi confessiones, iterum teneantur eadem peccata suo proprio sacerdoti confiteri: quem proprium sacerdotem ipse magister Iohannes vocabat parochialem curatum. et incipit. Vas electionis.

45 Karolus 4. Imperator Romanorum, et Rex Boemia concedit ordini nostro habere possessiones, et alia bona mobilia, et immobilia non feudalia possidere. et confirmat Bullam domini Alex. Papa 4. de possessionibus habendis. et incipit. Si de innata nobis benignitatis clementia, etc. et est sub bulla aureo sigillo in Magdeburch. etc.

46 Martinus quintus dedit nobis corpus gloriosissima Sancta Monica, et transtulit ipsum de hostia tiberina ad Ecclesiam Sancti Augustini de Roma: et ob reuerentiam eiusdem Sancta Matris Monica multa indulta concessit in fauorem sanctarum monialium mantellatarum: pinzocharitarum: et corrigitarum Sancta Monica: nec nō in fauorem fratrū, eos, suos veros, et legitimos nepotes appellans.

47 Nicolaus Papa 5. innouauit omnia priuilegia ordinis sub forma Mari Magni: quod incipit, Sincere deuotionis affectus. Bulla plumbata est Roma. apud Generalem, et Procuratorem ordinis.

48 Sixtus 3. dedit licentiam Limbrando Regi Longobardorum transferendi corpus Beati Augustini de Sardinia in Papiam: et dedit multas indulgentias, et gratias omnibus fratribus Heremitarum Sancti Augustini per totum orbem constitutis.

49 Idem multas gratias ordini præfato concessit: primò innouauit, confirmauit: declarauit: et amplificauit omnia priuilegia ordinis tam ad indulgentias, quàm ad alias singulas gratias: tum spirituales, tum tēporales concessa, et spectantia, Voluitque quòd omnia indulta minorum, et prædicatorum ordinum, nobis ita essent communia, ac si nobis essent specialiter concessa, et hoc sub forma Maris Magni: in quo innumeræ continetur gratiæ. Bulla incipit. Dū fructus vberes, quos sacer ordo fratrum Heremitarum Sancti Augustini. Bulla plumbata est apud Reuerendissimū Generalē, & Procuratorē ord. transumpta multa sunt hinc inde per ordinem diuulgata. Hic item Pontifex concessit Ecclesiæ Beatæ Mariæ de Populo in omnibus festiuitatibus B. Virginis, & omnibus Sabbatis quadragesimæ plenariam omnium peccatorum remissionem. Item in Ecclesia Sancti Augustini de Roma concessit similem indulgentiam. s. plenariam in die Sancti Augustini, in die Sanctæ Monicæ; & in die Sancti Nicholai de Tolentino, & hæc quidem omnia concessit ad humiles supplicationes nostras. Hic item reuocauit Calistinam contra mendicantes de portione canonica, & multa alia fecit dictæ Religioni digna memoria, præsertim quia à fundamentis rehedificauit Ecclesiam Sanctæ Mariæ de Populo.

50 Vrbanus 4. prohibet prælatis ne se de electionibus, institutionibus, aut destitutionibus officialium nostri ordinis intromittantur, & ne eos compellant ad iudicia sua, & quòd possessiones, & bona nostra non molestentur. & incipit. Exhibita nobis dilectorum.

51 Vrbanus 4. approbat, & confirmat vnionem factam per Alex. 4. & absoluit fratres à votis ante huiusmodi vnionem in aliis ordinibus emissis. & incipit. Desideriis in his affectu beniuolo.

52 Idem confirmat omnes libertates, & immunitates, à præcedentibus suis Romanis Pontificibus locis nostris concessas, nec nō exemptiones à secularibus, & Principibus: vel aliis fidelibus nobis indultas. & incipit. Religiosam vitam.

53 Vrbanus quartus in priuilegio, quod dicitur Mare Magnum concedit ordinis confirmationem; plenam exemptionem omnium temporalium possessionem, et cætera de verbo ad uerbum per omnia sicut superius in priuilegio Alexandri 4. et habemus sub bulla in Magdenburch.

54 Vrbanus 5. concedit ordini nostro quod cappellani Domini Papæ ordinis nostri si à Camera Apostolica stipendia non recipiunt correctioni superiorum nostrorum debeant subiacere: et si post obitum eorum aliqua bona dimiserint ad vsum ordinis debeant conuerti, et incipit. Exhibita nobis petitio, etc.

55 ZOZIMVS confirmat quæcunque concessit Innocentius I. et innu-

meras alias gratias dicto ordini dedit, et maxime quod ubique locorum possint diuinum verbum prædicare propter inexplicabiles fructus, quos viderat de B. Augustino et suis fratribus. Ubi nota quod primi fratres qui prædicauerunt Euangelium Christi populo fuerunt fratres Heremitarum Sancti Augustini.

Hæc ex chronica prædicta. quibus priuilegiis, & indultis quedam alia à Sanctissimo Iulio secundo eidem ordini Heremitarum elargita, & à Reuer: Egidio de Viterbio eorumdem fratrum Priori Gen: impetrata, adiicere consentaneum erit.

IVLIVS ergo præfatus concedit ordini Heremitarum quod possit quæcunque loca, et domos etiam parrocchiales, ac cuiuscunque ordinis capere absque alia Sedis Apostolicæ concessione: Præterea Mare Magnum confirmat, et omnia priuilegia, quorum apud Heremitas autetica exépla seruantur: et addit comunicationē priuilegiorum quā Sixtus fecit inter Augustinienses, & cæteros omnes mendicantes: et non solum de concessiis, sed etiā de concedendis. Rursus approbat vnionem priuilegiorum factam à Sixto 4. insuper concedit facultatem omnibus Generalibus Heremitarum, sacrandi, benedicendique corporalia, uestes, et ea, quæ pro sacris vsibus sunt necessaria: et denique inhibetur ne quispiam frater ex illo ordine ad aliquem aliorum ordinum occasione arctioris regulæ transire possit, et quod nullus in ea religione siue professus, siue ad sacros ordines promotus habitum dicti ordinis nulla authoritate mutare possit, nisi missionem, literasque à General: ordinis obtinuerit: quod decretum tam de iis, quam de illis, qui in posterum exituri sunt intelligatur. hoc autem indultum incipit dilecte filii, et datum est Ro: apud S. Pet. sub anulo Pis. die 18. Iun. 1508. Pont. Iul an. quinto: cum subscriptione, Sigismundus.

## De indulgentiis, eidem ordini concessis.

INNOCENTIVS quartus concedit omnibus visitantibus Ecclesias Heremi: in festiuitatibus Domini, et Dominæ nostræ, et quorūdā aliorum sanctorum mille annos, in qualibet solemnitate: sed cum ibi fiat mentio de manibus adiutricibus, quas indulgētias reuocauit Pius quintus, ob dimittantur: idem de indulgentiis elargitii à Iulio 2. et Sixto quarto: reliqua uerò indulgētiæ paulo superius sūt obsignata: sub titulo Sixtus 4. propterea hic breuitatis gratia relinquantur.

# DE PRIVILEGIIS Sacri ordinis fratrum Beatæ Mariæ Virginis de Mõte Carmelo, ex eorum Mari Magno munimine apostolico obsignato: cuius initium est Sixtus Episcopus & cætera.

SIXTVS 4. cõfirmat, declarat, dilatat, extendit, & innouat omnia indulta, priuilegia, immunitates, libertates, indulgentias, dignitates, & omnia cõcessa à Nicholao quarto, Bonifatio octauo, Clemẽte quarto, Innocentio quarto, Ioanne vigesimosecundo, Alexandro quarto, Gregorio vndecimo, Clemente sexto, Eugenio quarto, Pio secundo, Vrbano quarto, Calisto tertio, Nicholao quinto, Benedicto tertio decimo Innocentio sexto, Vrbano sexto, Clemente quinto, Paulo secundo, & ab aliis plurimis suis prædecessoribus in genere, uel in specie quomodolibet elargita: quorum summa hæc est.

1 Pinzochera, virgines, & viduæ gaudent omnibus priuilegiis, quibus potiuntur Pinzochera cæterorum mendicantium.

2 Carmelitæ possunt tempore interdicti in quibuscunque locis honestis celebrare, & in præsentia cuiuscunque, suisque familiaribus, & procuratoribus sacramenta administrare, dummodo causa interdicti non existant.

3 Libere in locis interdictis commorari, & eleemosinas recipere.

4 Generalis, & Prouincialis possunt irregulares, & excomunicatos fratres ante ingressum religionis absoluere, & etiam post, si in irregularitatem inciderint.

5 Carmelitæ liberam habẽt imperpetuum sepulturam, & nulla petita licentia parrochias possunt processionaliter ingredi, in quibus corpora tumulanda existunt, & quando Parocchi recusauerint, etiã illis inuitis tumulare, seruata iustitia parochiali.

6 Generalis Carmel: potest constituere fratres in exequendis, quæ ad salutẽ animarum pertinent, qui habeant eãdem authoritatem, ut minores Pœnitentiarii in curia Romana.

7 Carmelitæ sibi confessis possunt cætera sacramenta ministrare, quando parochi ea illis denegare fuerint ausi.

8 Monasteria Carmel: destituta ad eos Carmel: attinent, cui cura erant commissa.

9 Decernentes cũ habitu Carmelitarũ sepelliri ad alias Ecclesias nõ possunt deferri sub pœna excomunicationis, sine licentia eorundẽ Carmel:

10 Ordinarii nullam habent superioritatem in Ecclesiis curatis Carmel: et capellani in illis constituti hisdẽ gaudent priuilegiis, ac si professores existerent eiusdem congregationis.

11 Generalis statim electus potest libere officium exercere reiecta quacunque inferiorum appellatione.

12 Qui asserunt confessos a carmelitis, & ab aliis mendicantibus non uerè confessos, & perperam eisdem mendicantibus elemosinas largiri Statim iudicio sacra Inquisitionis subiiciuntur.

13 Nullus absque Sedis Apostolica speciali licentia, & authoritate in carmelitas eorumque loca, interdicti, excomunicationisque sententias potest promulgare, nec iurisdictionem exercere.

14 Carmelita, ipsorumque omnia loca sub protectione sancti Petri, & Sedis Apostolica subiiciuntur: & à decimis soluendis liberantur.

15 Inhibẽtur Carmel: professi ne a sua cõgregatione discẽdat sine speciali licẽtia pralatorũ, qui cõtra recipiẽtes possũt regularẽ sentẽtiã promulgare.

16 Episcopus nec alius quispiam potest ad sinodos, uel conuentus forẽses Carmel: conuocare, nec ad illorũ domos causa ordinis celebrandi accedere.

17 Pro consecratione altaris, & Ecclesiarum, & pro oleo sancto, siue quolibet alio sacramento pralati non debẽt aliquid a Carmel: extorquere: sed gratis dare.

18 Pralati Carmel: possunt inferiores suos quibuscunq̃ Episcopis præsentare, Vt eos ad sacros ordines promoueant, & sine examine, vel aliqua obligatione debent promouere.

19 Nullus ordo mendicantiũ, nec non mendicantiũ cuiuscunq̃ sexus sit, põt loca recipere, nec edificare propè loca Carmelitarum infra spatium cẽtũ quadraginta cannarum, etiam infra aerem mensurandarum.

20 Orti, silue, ad suas Ecclesiarum carmelitarum pertinentes laicis venundata redimi possunt, & ab eorum manibus liberari.

21 Obeunte Generali magistro carmel: nullus potest huiusmodi dignitatem adipisci sine consensu capituli.

22 Infra clausuras carmelitarum nullus potest quamcunque uiolentiã exercere, nec capere, nec interficere, nec rapinam facere, & huiusmodi.

23 Omnes exemptiones, priuilegia, indulgentia, exactiones non soluende à pradecessoribus Sixti concessa, confirmantur.

24 Carmelita in quibuscunque Regnis, & Prouinciis mantellatas, Pinzocheras, & personas utriusque sexus possunt instituere, ad instar mantellatarum caterum ordinum mendicantium: que gaudeant omnibus immunitatibus carmelitis concessis, & in posterum concedendis.

26 *Prior Generalis per se, et Prouinciales cum diffinitoribus in capitulo prouinciali possunt instituere confessores, prædicatores idoneos, et lectores in suis monasteriis.*

27 *Carmelitæ in quibuscunque locis honestis cum altari portatili coram quibuscunque personis diuina posũt celebrare: et predicare absque Parochorum præiudicio, idest de illis, quæ à laicis solent ei loco exhiberi.*

28 *Carmel: non possunt cogi etiam à legatis à latere ad colligendam pecuniã vel aliquid huiusmodi nisi in indulto fiat de illis mentio.*

25 *Carmel. non posũt compelli ad visitanda monasteria monialium, nec ad audiendum eorum peccata: nec ad recipiẽdum commissiones causarum: vel alia contingentia causas ipsas nisi fiat specialis mentio de illis.*

30 *Carmel: à Prælatis quibuscunque non possunt compelli ad exequendum, uel denunciandum literas contra Principes, et alios potẽtatus sine Sedis Apostolica speciali præcepto.*

31 *Prior Gen: eiusque Vicarij, potest fratres extra ordinem degentes ad ordine reuocare, & eos etiam, quos Episcopi in socios assumpsissent: dummodo non habeant à sede Apostolica, vel à suis prælatis licentiam.*

32 *Prior Generalis deputatos ad prædicandam crucem, vel ad inquirendum contra Hereticam prauitatem potest reuocare, transferre, aliosque substituere.*

33 *Prior Generalis, & Prouinciales contra fratres professos discedentes sine licentia, sententiam excommunicationis potest promulgare.*

34 *Prior Gen: potest apostatas excomunicare: ligare, & capere.*

35 *Nullus potest habitum consimilem carmelitis deferre.*

36 *Qui restituere tenentur bona; quorum iuri possessores ignorantur: & assumunt deinde habitum Carmel: tũc ista bona conuerti posũt in pios usus monasteriorum.*

37 *Inhibentur carmelitæ ne peccata sua confiteantur alijs quã prælatis, et fratribus sui ordinis: nec prælati illis inuitis posũt suas confessiones audire.*

38 *De quibus sibi dimituntur Carmel: non tenetur quartam soluere.*

39 *Confirmatur regula ab Alberto Patriarcha Hyerosolimi. tradita.*

40 *Prior Gen: in ieiuniis, & esu carnium potest dispensare.*

41 *Singula immunitates, indulgentia, & libertates concessa cæteris ordinibus mendicantium iterum approbantur, & carmelitis conceduntur.*

## DE INDVLGENTIIS
### Ordini Carmelitarum elargitis, ex compendio priuilegiorum minorum.

*ALEXANDER 4. concedit emittentibus professionem inter fratres Carm. posse absolui ab excommunicationis, & interdicti pœna, & Bonif. 8. confirmat oēs indulgentias a suis prædecessoribus ordini Carmel: concessas, & Eugenius 4. dat eandem authoritatem in confessionibus, & penitentiis, ac si essent penitentiarij minores in curia Roman: Dat. Flo. 7. Cal. Maij Pont. anno quinto: Sixtus deniq. 4. omnia indulta, & indulgentias cæterorum mendicantium ad Carmel: extendit, ut supra annotatum est verūtamen ex compendio minoritarum desumitur quòd Adrianus 2. Stephanus 5. Sergius 3. Ioann. 10. Ioan. 11. Sergius 5. & Innoc. 4. tertiam partem peccatorum uisitātibus eorum Ecclesias in festiuitatibus domini nostri, & earum octauis, & Honorius 4. uisitantibus eorundem Ecclesias in die parasceue, & sāctæ Crucis 40. annos, & totidem quadragenas de iniunctis pœnitentiis extendit, et relaxat, & Nichol. quintus singula duplicauit, & in festiuitatibus B. M. s. Nat. Annunc. præsentat, & assumpt. & in earum octauis predicti easdem approbarunt. et Leo 4. 7. an. & totidem quadragenas in fest: omnium sanctorum S. Nicoh. S. Io. Bat. Pet. Pau. Fab. Sebast. Benedictus denique 10 euntibus ad Ecclesias Carmelit: fer. 2. 4. & 6. quadrag. octaginta annos, & totidem quadragenas: & bis remissionem septimæ partis peccatorum.*

## DE INDVLGENTIIS
### Quatuor ordinibus mendicantium, ac eorū tertiariis, ac familiaribus in comuni à summis Pontificibus concessis, ex eodem compendio.

*LEO decimus concessit quòd vniuersi, & singuli ordinum mendicantium fratres, & moniales, tertiique ordinis vtriusque sexus et familiares eorum dumtaxat possint gaudere omnibus, et singulis indulgentiis, et gratiis per prædecessores suos, et per ipsum domus B. Mariæ de Populo de vrbe concessis, et concedendis perinde, ac si ipsi præ-*

*dictam dominus de populo personaliter visitarent illis diebus etiam, et festiuitatibus, quibus indulgentiæ huiusmodi concessæ sunt, aut fuerint: quedmamodum optime annotatur in compendio priuilegiorum minorũ, inter illas vero indulgentias Ecclesiæ de populo elargitas, hæ precipuè sũt: V3. Sixtus 4. verè pœnitẽtibus, et cõfessis visitantibus Ecclesiam Sanctæ Mariæ de Populo vrbis Romæ in festiuitatibus præcipuis Dominæ nostræ s. cõceptionis Nat. Pur. An. Vis. & aßũptionis à primis vesperis, usq; ad secundas plenariam omnium peccatorum remißionem: & veniam: Idem Sixtus prædictam Ecclesiam visitantibus cõfessis, & cõtritis, in quolibet die sabati singularum hebdomodarum quadragesimæ omnium peccatorum suorum remißionem, & veniã. obseruãdum tamẽ, quod huiusmodi indulgẽtiis nequaquam potiri intelligũtur seculares, prædictorũ mẽdicãtium Ecclesias visitãtes, ut quidam falso existimati sũt: quod apertè declarauit idem leo post præfatam cõcessionem his verbis scilicet, Inhibemus in virtute sãctæ obediẽtiæ, & sub excommunicationis latæ sẽtẽtiæ pœna eo ipso per cõtrafaciẽtes incurrẽda omnibus, & singulis fratribus cuiuscũque ordinis, & quibuslibet aliis personis ne prædicẽt, aut publicè, vel priuatè nũtiẽt quòd indulgẽtia, & gratia huiõ B. M. de populo ad personas seculares extẽdãtur: nõ obstãtibus quibuscũque in cõtrarium faciẽtibus, quæ quo ad præmißa reuocamus, et annullamus.*

*Hæc igitur indulta sũmatim collecta quatuor ordinib. mẽdicãtiũ à Sede Apostolica de speciali gratia, sũt elargita: quæ nõ tãtum præmemoratis ordinibus distinctè sũt cõceßa: verum etiam promiscue isdem ordinibus sũt cõdonata, et ad religionẽ seruorũ B. M. semper virginis extẽsa: quod quidem, & prædicti ordinis priuilegia superius annõta insinuant, et Bulla cõfirmationis, et nouæ cõcessionis priuilegiorum eorumdem mẽdicãtium à Pio quinto edita, Satis demõstrat, quam placuit insequẽti portione inserere: cum præsertim in ea multa priuilegia ab eodem Pio quinto declarẽtur, et cõfirmentur, quæ decretis sacri tridẽtini Concilii aduersari videbãtur. verum quædam pro indulgentiis prius annotare cõsentaneũ erit videlicet.*

## DE QVIDDITATE Dispensatore, efficacia, & valore inexhauribilis Thesaurii indulgentiarum.

*IOANNES viguerius diuinarum literarum studiosißimus indagator: et sacræ doctrinæ Angelici doctoris perpetuus cultor, atque inuigilantis,*

gilantissimus obseruator post D. Archipraesulum Florentinum, et plerosque alios grauissimos Theologos, qui excitata cura, summaque pietate de indulgentiis in suis elucubrationibus loquuti sunt, perquirens in titulo de sacramento ordinis cap. 16. quod sit indulgentia, inquit distributio huius Thesauri, siue applicatio pœnalitatum supererogationis Christi, & sanctorum pro peccatis praeteritis, debitarum facta ab eo, qui uniuersali Ecclesiae praeest cum iudicio discretionis dicitur indulgentia: siue suffragium indulgentia: & non per modum meriti, quia qui eas applicat non meruit, nec substinuit illas, sicque non sunt propria eius & ita determinat vir iste indulgentiarum quidditatem, quas quidem indulgentias plenariè, & per totum mundum, (secundum Archiepis. Flor. in p. p. S. T. 10. ca. 3. & summarum compillatores in tit. indulg: et deniq; secundū. D. Th. in 4. Sēt. D. 20. art. 4. ad 3.) solus Papa potest dispensare, qui solus habet plenam potestatem iurisdictionis, super vniuersam Ecclesiam, & bona illius, & ideo solus plenarie, & vniuersaliter ad libitum suum indulgentias concedere potest (licet secundū quosdam referente Arm: in 3. §. etiam concilium generale eandem habeat facultatem) particulariter vero, & secundum quādam determinationem eis à summo Pontifice concessam, & taxatam eas ualent concedere, vt legati in locis sua legationis (quae possunt esse perpetuae. sicut perpetua sunt statuta) Archiepiscopi in sua prouincia, & Episcopi in sua dioecesi, Sacerdotes uero priores, & etiam Abbates Subditos habentes, & superiorem non nisi summum Pontificum cognoscentes nequaquam indulgentias concedere possunt: benè valent concedere participationem bonorum, quae fiunt per subditos, quam participationē receptionem ad gratiam ordinis uocant. Vtique verum est quòd si praememorati haberent iurisdictionem à summo Pontifice, uel à quoppia habēte authoritatem: quòd vtique possent, nā etiam laici ita constituti indulgentias facere possunt, cum (ut optime scribit d. Tho.) non ad clauem ordinis, sed ad clauē iurisditionis pertineat facere indulgentias, quae prosunt non Beatis, quia nullum reatum pœnae habent, sed uiatoribus; & defunctis in purgatorio existentibus, uiatoribus inquam si fuerint innocentes prosunt quo ad meritum tantum: si uerò pœnae culpae debitae astricti, quo ad meritum, & remissionem pœnae: dummodo impleant causam propter quam data sunt. Defunctis uerò prosunt, si de illis fit mentio in indulto: quia vnus pro alio indulgentias lucrari potest, siue ille alius sit uiator, uel non uiator: sed benè in gratia: hinc est quòd non immeritò scribit D. Ant. vbi supra quatuor requiri ad hoc, ut indulgētia consequantur: duo ex parte dātis, & duo ex parte recipientis, ex parte dātis quòd habeat authoritatem. si uerò sit bonus, uel malus nihil fa-

Quod sit indulgentias.

Quis possit indulgentias dispensare.

Praelati religionum indulgentias non possunt concedere, sed tantum participationem bonorum quae in Relig: fiunt.

Non sacerdotes habentes iurisdictionem possunt indulgentias dare.

Indulgentia quibus prosunt & quomodo.

Quatuor requirantur ad susceptionem indulgentiarum.

cie: alterum deinde quòd habens authoritatem concedat propter rationabilem causam, puta propter aliquod opus pium .s. propter honorem Dei & vtilitatem proximorum: ex parte autem recipientis, primum quod sit in statu merendi .i. in gratia, quia non valent indulgentiæ existentibus in peccato: secũdum executio causæ, vt .s. faciat, vel dicat, vel det, vel fieri faciat quæ indulgentia sonat, siue per concedentem mandatur. Vnde si deficiat in parte nihil lucratur: quia qui cadit à syllaba cadit à toto. Quisquis ergo executioni mandans, quod præcipitur, & in gratia existens, indulgentias consequitur .i. à pœnis debitis pro peccatis liberatur: indulgentiæ enim ualent, ut (theologi testantur) nõ ad remissionem culpæ mortalis, quia solus Deus remittit authoritatiuè: de confir: d. 4. nemo: sed ad remissionem pœnæ debitæ pro peccatis, seu solutionem, quæ fit de Thesauro Ecclesiæ: & cum dicitur indulgentia liberat à culpa, intelligatur à culpa veniali, uel à culpa delegatiuè, siue instrumentaliter, quando scilicet conceditur facultas in indulgentiis eligendi confessorem, qui ab omnibus casibus etiam reseruatis Sedi Apostolicæ possit absoluere: & sic liberari quis dicitur à culpis per indulgentias: in quarum valore est triplex causa, una ex parte Christi .s. meritum, et satisfactio. Secunda ex parte sanctorum: qui plura erogauerunt, quàm meruerunt peccata eorum: tertia ex parte Ecclesiæ .s. aliquod opus pium spirituale, uel temporale: Hæ autem indulgentiæ sic munitæ tantum valent, quantum sonant: videlicet 40. dies indulgentiæ valent quantum quadraginta dies pœnitentiæ secundum taxationem factam siue à sacerdote, siue à iure, siue à iustitia diuina, & huiusmodi anni, & dies non sunt dies, nec anni cœli, & purgatorii, sed mundi, & hinc obseruandum secundum Arch. Flor. vbi supra, quod qui lucratur indulgentiã 20. annorum sibi valent ad remissionem pœnæ pro peccatis suis, quantum ualerent illi 20. anni in pœnitentia iniuncti: secundum alios tantum lucratur, quòd in purgatorio minus punietur, ac si in illis annis cõtinuè pœnitentiam egisset: at secundũ Vig. loco citato tantum lucratur, & ad tot annos valet, ad quot, & quot secundum ordinationem diuinam pro peccatis præteritis haberet substinere in Purgatorio: si ante indulgentiæ susceptionem, uel consecutionem discessisset: & obseruandum etiam quòd si huiusmodi indulgentiæ conceduntur pœnitentibus confessis, non sufficit, ut suscipiens sit semel in anno confessus, si post cõfessionem, & ante indulgentiarum susceptionem aliquod commisit peccatum. quia tunc tenetur confiteri, sed si non commisit, non tenetur: si uero dentur indulgentiæ verè pœnitentibus, & confessis, seu propositum habentibus confitendi, tūc licet tutius esset confiteri propter incertitudinẽ contritionis, sufficit, & requiritur, si habeat peccatum actuale mor-

*Indulgentiæ ad quid valeãt.*

*Triplex causa in valore indulgentiarum.*

*Quid dies, & anni indulgentiarum.*

*Quando necessaria sit confessio sacramentalis in susceptione indulgẽtiarum.*

*tale, actualis contritio semper, quo actu implet id, quod mandatur: Dum ergo actu visitat, conteratur: ita concludit idem Doct: à qua sententia non dissentit Archi: Flor: addens quòd quando indulgentia est limitata in aliqua Ecclesia, licet quis multis uicibus ad illam iret, non propterea haberet indulgentiam nisi semel, ubi verò est perpetua toties oblineret, quoties visitaret, ut est Ecclesia Sancti Petri in Vrbe: addit quin etiam quòd indulgentiæ dicuntur plenæ, quò ad remissionem pœnæ mortalium: pleniores respectu pœnæ iniunctæ mortalium, & uenialium: plenissimæ respectu pœnitentiarum non solum iniunctarũ, sed etiã iniungendarum: uel aliter plenæ respectu mortalium, & uenialium: plenissimæ non tantũ respectu pœnæ, sed etiam culpæ uenialium, potest enim per indulgentiam inquantum habet rationem cuiusdam absolutionis remitti culpa venialis: sicut, & per confessionem generalem, & sacramentalem: sed requiritur contritio, et si semiplena adiuncta Papali absolutioni: Obseruandum denique quòd huiusmodi indulgentiæ dari solent in articulo mortis: qui articulus: secundũ eundem Archiepr: si non exprimatur in indulto uidetur intelligi de articulo præsumpto, licet non vero: si ergo quisppiam in articulo præsumpto .i. in illo articulo, in quo creditur, quod moriatur, per indulgentiam absoluatur: effectum indulgentiæ consequitur usque ad illud tempus: si uerò postea euadat, expirat indulgentia: secus autem si in forma indulgentiæ discretur, & consequatur effectum in mortis articulo, & in casu quo moriatur: si nõ moriatur gratia indulgentiæ non expirat per illam absolutionem, quæ tamen, quando non moritur non habet effectum: & de his hactenus. Siquis autem huius rei illustriorem notitiam exoptat, uideat præmemoratos doctores in locis citatis; summarum contexores in tit. indulgentia. Petrum sotum in libro de institutione Sacer: Franc: mayro: in serm: quòdcunque liga: Ambrosium Taruisinum ord: seruorum in ser: 33. sui quadrag: Ioann: Bund: in compendio concertat: & cæteros, qui his nostris temporibus contra modernos hereticos hoc sacrum thesaurum negantes, santa pietate insurrexerunt.*

**Quid sit indulgentia plena plenior, & plenissima.**

**Quando indulgentia data in articulo mortis expirant, & quando non.**

# PORTIO TERTIA

## BVLLA

## Confirmationis & nouæ concessionis priuilegiorum omnium ordinum Mendicantim, Cum certis declarationibus decretis, & Inhibitionibus S.D.N.D.Pii Papæ V. Motu proprio.

*PIVS EPISCOPVS Seruus Seruorum Dei.*

*Ad perpttuam Rei memoriam.*

*ET si Mendicantium ordines, qui sedulum in vinea Domini quotidie exibere non cessant famulatum, summo semper studio (etiã dum in minoribus essemus) amplexi sumus: ad summu tamen Apostolatus apicem (meritis licet imparibus) diuina fauente clementia assumpti, dum id mente recolimus, facere non possumus, quin eos propensiori charitate, & paterno affectu amplectamur: ac exinde pro suis sanctis studiis, honestisquè laboribus, proque salute animarum, ab Apostolica Sede (cuius continuè pacem, & dignitatem ordines ipsi fortiter tutati sunt) tàm spiritualia, quàm temporalia subsidia, ornamentaquè acceperint, & accipiãt, quibus, & sancta sua officia, ac vitam suam regularem facilius, atque expeditius exequi, et transigere possint, & cætera religiosæ personæ, ordinesque alii, exemplo ipsorum promptiores, alacrioresquè ad sua officia presoluenda reddantur. Hinc est, quòd nos attendentes, plerosque ex venerabilibus fratribus nostris Archiepiscopis, & Episcopis, qui eosdem ordines precipue tamquam fructiferos in agro domini palmites, & colere, & adiuuare deberent, non solum id exequi negligere, verum etiam Concilii Tridentini decretis in prauũ sensum retortis eos, & eorum quemlibet variis afficere incomodis, & perturbationibus, eorumque priuilegiis non modicum afferre grauamen conãtur. Quidam enim Episcopi (vt accepimus) nolunt admittere quosdam regulares ad prædicationem, etiam in suis Ecclesiis faciendam, quamuis de eorum habilitate ad huiusmodi opus exercendum, habeant bonum testimonium à suis superioribus. Alÿ verò volunt, vt nedum semel, sed etiam pluries in anno coram ipsis, vel eorum Vicariis prædicatores præsententur, ac pro licentia prædicandi (quam non nisi in scriptis dare volunt) aliquid quandoque exigunt. Aliis etiam Episcopi*

*maximam regularibus iniuriam irrogare videntur, dum præter ordinem, & veterem consuetudinem absque ulla ratione quosdam reiiciunt, & quosdam (pro eorum libito) admittunt ad prædicationem huiusmodi habendam in locis suæ diœcesis. Quorundam etiam locorum ordinarii quosdam Religiosos probos viros, & idoneos (etiam à suis superioribus approbatos) ad confessiones audiendas admittere nullo modo uolunt. Quidam ex eis volunt, non solum singulis annis, sed etiam pluries in anno, in aliquibus partibus eosdem confessores sibi præsentari. In aliquibus vero oppidis tam Episcopi, seu eorum Vicarii, quam presbyteri Curati nolunt, vt fratres mendicantes vocati ad audiendas confessiones infirmorum (maxime si infirmitas est grauis) aut etiam sanorum in priuatis illorū Domibus, uel alibi, præterquā in suis Ecclesiis, aut Monasteriis possint accedere. Nonnulli etiam audent Confessores Monialium (qui pleno iure subsunt regularibus) examinare, cum tamen id minime per concilium decernatur, sicut, & de fratribus, qui sunt audituri confessiones aliorum fratrum. Qui etiam in aliquibus partibus nituntur assererere, seu facere, ne quisquā infra annum possit sacram Eucharistiam in Ecclesiis mendicantium recipere, neque etiam moniales tertiarias nuncupatas suorum ordinum (ut aliqui aßerunt) in aliquibus partibus fieri, cum tamen solum in Paschate, quod seculares dumtaxat iuxta priuilegia summorum Pontificum prædecessorum nostrorum eisdem ordinibus concessa id obseruari debeat. Alii vero Episcopi, seu eorum Vicarii audent ad eorum libitum, dare licentiam quibuscunque, quæcunque Monasteria Monialium etiam sanctæ Claræ ingrediendi, etiam si regularium curæ subdita sint. Quidam vero sub prætextu exquirendi voluntates puellarum, ante professionem earum volunt eas extrahere à monasteriis, & per longum tempus alibi detinere, ipsasque puellas, seu nouitias de plerisque rebus interrogant, neque necessariis, neque in decreto Concilii Tridentini desuper contentis, ex quibus non modica potest oriri occasio scandali. Alii vero plerique noluerunt, quosdam regulares aliarum diœcesum sacris ordinibus initiare, ac etiam à suis ordinariis prælatis approbatos, admittere nolunt. Aliqui vero singulis dominicis diebus in suos Parrochianos ad sonum campanæ excommunicationem promulgant, vt non possint intereße missis, concionibus, & diuinis officiis, nisi in propria parrochia. Alii vero ipsis prohibent, vt omnino in aliis Ecclesiis (etiam requisiti) non celebrent. Alii vero in aliquibus partibus in eorum Ecclesiis conciones sacræ scripturæ, & sermones pro mortuis haberi nolunt, & si aliquid ipsis relictum fuerit, vt ab ipsis missæ dicuntur, uel alia officia pro mortuis celebrentur, ipsis sibi ea usurpant, dicentes, quod ipsi ea exequi non possunt, quia ipsi sunt pa-*

ctores. Alij verò sub excommunicationis latæ sententia, et exilij per dio-
cesium vel diœcesi pœna, inhibuerunt ne missæ in eorum Ecclesijs cele-
brentur, in diebus festiuis, antequàm rector Parrochialis Ecclesiæ ce-
lebrauerit. Alij etiam nolunt, vt dum prædicatio in Ecclesia Cathe-
drali habetur, alibi prædicetur. Ac insuper in quibusdam locis omnem
ordinem, & quietem perturbant, dum controuersias, iamdiu sopitas &
extinctas super præcedentia excitarunt, & vbi nulla erant, pepererunt,
dum pro arbitrio, et voluntate eorum, hos illis præferre voluerunt. Qui-
dam etiam Episcopi volunt regulares à cura animarum excludi, & il-
lam solis præsbyteris secularibus committi. Quidam verò quartam fu-
neralium extendere volunt etiam ad missas, legata, & alia quæcunque
quæ domibus regularium relinquuntur. Alij autem volunt quartam
partem omnium eorumque etiam pro ornamento ecclesiæ, palliorum, pla-
netarum, cortinarum, pannorum, & eorum etiam quæ pro victu fra-
trum relinquuntur. Alij etiam in quibusdam partibus etiam vo-
lunt, vt non solum ius sepulturæ solui consuetum, quod semper soluitur,
neque denegatur, sed etiam omne illud, quod Ecclesijs ordinum ad eorum
libitum partes dant, quando sepeliuntur ibidem defunctorum corpora,
id totum curatis etiam de nouo soluatur instanter conantur; impedien-
tes ne aliter corpora defunctorum, ad Monasteria fratrum deferantur,
vnde in hoc maxime tam partes, quam ipsos fratres grauari, contingit.
Aliqui verò etiam ex locis mendicantium, qui curam habent anima-
rum, volunt pro seminario decimas exigere, ac in casu renitentiæ etiam
pignus exigunt. Alij autem præfatos fratres, ac moniales sub eorum cu-
ra degentes subsidium regium persoluere cogunt, cum multæ earumdem
monialium vix habeant pro earum victu & vestitu necessaria vitæ.
Alij etiam in quibusdam partibus pauperes mendicantes eleemosynas
petere prohibent pro eorum dumtaxat sustentatione; & si inuenerint
eos panem, vel aliquid aliud simile amore Dei sibi collatum portantes,
quandoque ab eis auferre minantur, afficientes eos graui iniuria & con-
tumelia. Nonnulli verò Episcopi, vel capitula canonicorum pauperes
mendicantes tam fratres, quam moniales suorum ordinum, tam de red-
ditibus bonorum si qua habent, quam de possessionibus, vineis, agris, &
alijs suis bonis quibuscunque, non solum largitione fidelium sibi concessis,
sed etiam alias iustis de causis ab eis acquisitis, ac pecunijs emptis sibi de-
cimas, ac primitias alijs respectiue soluere cogunt. Alij autem ausi sunt
inquirere, & processus facere contra aliquos regulares, intra claustra
delinquentes, vel de quorum delictis aliqua erat suspitio, non expectata
aliorum superiorum censura. Alij verò Episcopi monialium monaste-
ria ingredi, & illa ingrediendi licentias suis concedere, & aduersus illas

processus formare, ipsorum ordinum superioribus irrequisitis, praesumunt. Aliqui etiam dominium temporale super moniales habere praetedunt. Nonnulli vero frequentissime regulares citant, & iurisdictioni suae subiicere tentant, ac eorum conuentum occupant, ipsos expellendo, ac in ipsos iurisdictionem vel potestatem exercent. Aliqui vero, ipsos carceribus (absque causa cognitione) mācipant, ac manibus pedibusq; laborāt, vt regulares mendicantes suae ditioni subiiciant, & vsq; adeo se intromiserunt in gubernatione conuentuum, & in correctionibus fratrum, vt Prouincialibus, et Generalibus nullus amplius videatur relictus locus, aut ulla iurisdictio. Aliqui autem, conuentuum Priores, et Guardianos rationes, & computa facere cum syndicis conuentuū huiusmodi prohibent. Fratres quoq; qui ad Episcopos huiusmodi recursum habent, a Prioribus, & Guardianis praefatis castigari, et puniri interdicuntur. Inhibent quoq; superioribus ordinum, ne faciant processus cōtra fratres, ac in ipsos imperium, & brachium seculare exercent. Alij vero, ipsos extra claustra degentes sub eorū protectione recipiunt, eosq; sic permanere permittunt, eosq; etiam inuitis suis superioribus detinent. Aliqui vero, bonorum ipsorum fratrum tanquam ad eos (si extra claustra defuncti fuerint) spectantium possessionem occupare praesumunt, & ad habitum religionis reuersis sua bona consignare nolūt. Ac etiam uniones a sede praedicta, aut alias rite factas, de beneficiis Ecclesiasticis impediūt, & sibi relaxari debere volunt; & contradictores excommunicationis gladio feriunt. Alii vero regulares campanas diebus festiuis pulsare, vel eodem tempore, quo ipsi celebrant, missas celebrare nolunt. Aliqui etiam pro licentia danda aedificandi quandam domum regularem, triginta, vel quadraginta ducatos exigere, non erubuerunt. Alii vero eos mortuorū corpora associare. Alij autem illos cū Parocho similia munera subire, non permittunt: nisi maior canonicorum pars interuenerit. Alij uero mortuorum officia in regularium Ecclesiis peragi nolunt, nisi cum ipsorum praesentia, & ipsorum moniales, vel alias personas, etiā si in earum funere Parrochus interuenire non deberet, sepelire prohibent; nisi ipsi Parrocho prius certum quid solutum fuerit; & si aliquem, ipsi sciuerint, in regularium Ecclesiis sepulturam elegisse, eum (ut dicitur) non ante ad illas deferre sinunt, quam ad Parrochi Ecclesiam delatum, inibiq; officium peractum fuerit. Postremo vero, testamenta sine praesbyterorum praesentia fieri prohibent, & si quid ipsis regularibus relictum fuerit, id afferentes contra Concilij Tridentini canones esse, reuocare omnino procurant. Nos propterea volentes, praemissis, ac aliis similibus excessibus, & grauaminibus ex nostri pastoralis officij debito prouidere, attendentes etiam, illos, qui

onus diei, & æstus tam in prædicationibus, quam in cæteris spiritualibus muneribus quotidie sustinent, nisi etiam aliquantisper subleuentur, facile fore, ut oppressi à suis officiis omnino desistant: ne imposterum eis aliquod inferatur grauamen, Concilii Tridentini huiusmodi decreta quorum falsa, seu minus vera intelligentia præmissa irrepserunt, quorumque declaratio non nisi ad nos spectat, modo, & forma infrascriptis declarandum censuimus. Nos igitur Motu proprio, non ad alicuius instantiam, sed de mera deliberatione, & ex certa scientia nostris, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, declaramus Canonem sessionis 24. cap. 4. per quem omnibus regularibus etiam in suorum ordinum Ecclesiis, contradicente Episcopo, prædicationis officium interdicitur, mendicantium ordinum fratres huiusmodi, quando à suis generalibus, uel eorum ministris prouincialibus, ad id deputati fuerint, non comprehendere, neque eos afficere posse. Imo volumus quod in suis Ecclesiis quando eis placuerit: licite, & absque ullo impedimento, vel contradictione, etiam Episcopi, nisi ipse prædicauerit, prædicare possint. Quod uero in sessione 23. cap. 15. circa confessiones à regularibus non audiendas statuitur hoc etiam dictorum ordinum fratres, à præfatis suis Generalibus, vel ministris Prouincialibus ad audiendas confessiones vtriusque sexus Christifidelium approbatos (ut præmittitur) minime comprehendat ita ut à confessionibus audiendis, tam intra eorum Ecclesias, & domos quā extra, à nemine prohibeantur super hoc literas felicis recordationis Pauli Papæ 4. etiam prædecessoris nostri, concedentes eisdem fratribus mendicantibus regularis obseruantiæ, posse confessiones secularium personarum, etiam infirmarum, etiam extra domos, & monasteria sua, & vbilibet audire, approbando, & de nouo concedendo. Statuimus etiam quod ille qui semel in una diocesi admissus per Episcopum fuerit, semper in eadem diocesi habeatur pro admisso, nec amplius examinari, uel præsentari, in dicta diocesi debeat tam quo ad prædicationes faciendas, quam quo ad cōfessiones audiēdas, nec aliquid pro prædictis exigi, vel recipi debeat. Cōfessores vero monialium, quæ degūt sub cura regularium ab ordinario examinari nolumus, quemadmodum neque etiā fratres si debeant audire cōfessiones aliorum fratrum examinari debēt. Lectores insuper eisdem fratribus, & in theologia graduati qui cum licētia suorum superiorum ad gradum admissi fuerint cum de ipsorum doctrina ambigēdum nō sit tam cōfessiones audituri, quam prædicationis munus subituri ab Episcopis minime examinētur. Cumque inhonestum sit: quemlibet in alienā messem falcem inijcere, cumque monialium monasteria nō nisi de Episcopi, vel superioris licētia, & casibus necessarijs, aliquis ingredi præsumat, in sessione 25. cano. 5. prohibetur, hoc

Declarantur aliqua decreta Concilii Tridentini.

Mendicantes in suis possunt prædicare Ecclesiis absque aliqua contradictione.

Confessiones tam intra domos quā extra audire possūt.

Admissus semel in una diocesi non tenetur amplius examinari, uel præsentari in eadem.

Confessores monialium, & fratrum, nec examinari, nec præsentari tenentur.

hoc tantum in illis monasteriis locum habere volumus, quæ ordinariis ipsis pleno iure subsunt in quibus, in casibus necessariis ipsi dare licentiam possint, & non in aliis, monasteriis. Ita vt in præfatis monasteriis quæ ordinariis ipsis pleno iure non subsunt, ipsi ordinarii illa ingredi non possint, prout in regulis earum seu de iure statuitur, & eis aliquos processus aduersus moniales ipsas, seu fratres huiusmodi, propterea seu alias ipsorum ordinum superioribus irrequisitis, quoquomodo formare, aut facere posse, omnino, prohibemus, ita, vt aliquam iurisdictionẽ, seu aliud quodcunq; dominium in moniales, & fratres huiusmodi, respectiue habere, exercere, aut exequi, nullatenus possint, aut debeant, imo illas, & illos omnes, ab eorum superioritate, dominio, & iurisdictione, & potestate eximimus, & liberamus, prout eis concessum est per sua priuilegia, a sede præfata obtenta, & ita præfatæ moniales, ac fratres sint exclusi a superioritate, & iurisdictione ordinariorũ respectiue huiusmodi, vt etiam in illarum, vel illorum sindicis, aut procuratoribus deputandis, vel in disponendis illorum facultatibus, vel alia sibi non competentia facienda, vllatenus non se intromittant. nec etiam ordinarii ipsi, regulares præfatos citare & iurisdictioni suæ subiicere, ac eorum cõuentus occupare ipsos ab eis expellendo, ac in ipsos iurisdictionem aliquã & potestatem exercere; (vt præmittitur) aut ipsos carceribus mancipare, & cõtra eos aliquid aliud facere possint vt suæ ditioni subiiciãtur, neq; etiam se intromittant vllo pacto, aut aliqua ratione in gubernatione conuentuum tam fratrum, quam monialium huiusmodi, & illorum correctionibus, sed omnia ista, & alia necessaria ad correctionem & gubernationem fratrum, aut monialium huiusmodi, & eorũ Generalibus, ac ministris, seu Prouincialibus, vel aliis eorum, aut earũ respectiue superioribus, etiam ratione computa faciendi cum sindicis cõuentuum huiusmodi, omnino relinquantur, nec vllo modo in præmissis, & aliis, fratres & moniales huiusmodi tangentibus ordinarii prædicti per se, vel alios se intromittant. Fratres quoq; si contigerit, eos ad huiusmodi Ordinarios recursũ habere, a præfatis Generalibus, ministris, seu Prouincialibus, Prioribus, Guardianis, & aliis suis superioribus, castigari & puniri posse, & debere, neque ipsos ordinarios præfatis superioribus ordinum huiusmodi ullatenus inhibere, quinimo præfatos superiores processus contra fratres suos, & moniales huiusmodi, quando opus fuerit circa delictorum inquisitionem, vel castigationem facere posse, decernimus, inuocato etiam ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachii secularis. Inhibemus etiam ipsis ordinariis, ne fratres extra claustra degentes, sub eorum protectione recipiant, eosque inuitis suis superioribus detineant. Prohibemus quoq; eisdem ordinariis, ne aliquo modo se in-

*Quid de ingressu monasteriorum monialium quoad Episcopos, et de licentia ingrediendi non danda.*

*Processus aduersus moniales, vel fratres Episcopi facere non possunt.*

*Episcopi iurisdictionem vel superioritatem in fratres, vel moniales non habent, citare non possunt, nec cõuentus occupare.*

*Episcopi non se intromittunt in gubernatione conuentuum fratrum, vel monialium.*

*Regulares habẽtes recursum ad Episcopos possunt a suis superiorib. puniri.*

*Episcopi nõ recipiant fratres extra claustra degentes sub protectione sua inuitis superioribus.*

tromittant in bonis dictorum fratrum extra claustra suorum monasteriorum pro tempore degentium siuè decedentium, & quamuis in habitu siue absq; habitu moriantur volumus quod eorum bona mobilia, & immobilia, ad ordinem quem professi sunt pertineant disponēda, iuxta

*Bona regularium decedentiū sine habitu, siue extra habitum ad ordinem quem professi sunt pertineant.*

constitutiones. seu ordinationes præfatorum ordinum, neq, illa ordinarij præfati occupare præsumant, imo huiusmodi, et ad habitum religionis reuertentium bona omnia monasterijs ipsis, cū ea quæ acquirit monachus de iure monasterio acquirantur, pertinere etiam decernimus.

*Episcopi non impediant vniones beneficiorum.*

Ac ipsis ordinarijs, ne quascunq; vniones etiam perpetuas a sede prædicta, vel alias, vt præfertur hactenus factas, & pro tempore faciendas de beneficiis Ecclesiasticis, seu illorum fructibus, quin suum sortiātur effectum, impediant, omnino etiam prohibemus, & censuras Ecclesiasticas, & alias pœnas per eos in contradictores pro tempore latas, nullius esse roboris, vel momenti, similiter decernimus, et declaramus.

*Regulares possunt exercere curam animarum.*

Insuper uolumus quod præfati regulares quibus cura animarum inest, possint per se ipsos iuxta suorum superiorum ordinationem, aut alios Vicarios seu Capellanos seculares ipsorum regularium nutu amouibiles, ab eis deputatos, & ab ordinario pro idoneis nominatos, & approbatos, præfatam curam exercere: neq; in eorum deputatione, vel amotione, neq; alicuius partis fructuum consignatione, pro præfatis Capellanis, seu Vicariis secularibus, si per tales curam exerceri cōtigerit, Epicsopi, vllo pacto se intromittant. Prohibemus insuper eisdem ordinariis, ac aliis

*Possunt campanas pulsare, missas celebrare, mortuorum corpora associare.*

quibuscunq; personis, ne impediant ipsos fratres quando eis placuerit, tam in diebus dominicis, seu festiuis, aut aliis totius anni temporibus, campanas pulsare; & etiam tempore quo ipsi celebrauerint, missas celebrare, necnon mortuorum corpora associare, & illa per fratres ipsos quando in ecclesiis suis præfatis delata fuerint, etiam absq; præsentia rectorum ecclesiarum huiusmodi sepeliri facere, ac officia mortuorum huiusmodi peragi posse, necessariamq; præsentiam rectorum, aut aliorum clericorum quin infirmi libere sua possint condere testamenta minime esse, ac ipsos regulares legata, aut quæuis alia sibi in testamentis relicta, exigere, & obtinere posse, neq; aliquod ius in contrarium esse, decernimus, & declaramus. Volumus etiam, quòd puellarum deo di-

*Quomodo nouitiæ sint examinanda ante professionem ab ordinariis.*

candarum, an scilicet coactæ, vel seductæ fuerint, examen faciendum, non nisi infra quindecim dies postquam iuxta Concilium Tridentinū. Episcopi, vel eorum Vicarij requisiti fuerint, fieri possit, quibus elapsis, amplius in hoc illis se intromittere non liceat, cuius occasione nec Episcopus nec eius Vicarius intra septa monasteriorum ingrediantur, sed stent ante crateam ferream, & interrogationes alias quam eas quæ præfatū Concilium Tridentinum iubet eis fieri omnino prohibemus, ac similiter

volumus, quod puella, seu nouitia ipsæ, ad alias interrogationes respondere minime teneantur. Sessionis vero xxiii. cap. viii. neminem nisi a proprio Episcopo ordinari posse statuens, in regularibus locum non habere omnino declaramus, ita quod fratres huiusmodi præfatos etiam sacros ordines, a quolibet Antistite gratiam, & communionem apostolicæ sedis habente: (ordinary loci minime requisita licentia) in locis, seu domibus fratrum huiusmodi, aut alibi, recipere possint. Et insuper Sessionis xxii. decretum per quod populum sæpe ad suas ecclesias, saltem dominicis, & maioribus festiuis diebus, conuenire debere monet insequendo: volumus quod fratribus mendicantibus huiusmodi, non solum prohiberi non possit, ne missas, & alia diuina officia faciant in eorum ecclesiis, verum etiam in quibuscunque aliis, vbi celebrari missas solitum est, etiam ipsis non vocatis, seu ad id requisitis celebrare valeant. Ac etiam quod conciones, & lectiones sacræ scripturæ, & sermones pro mortuis, etiam in ecclesiis suis facere; ac eleemosynas pro celebrandis huiusmodi missis, & alijs diuinis officijs peragendis, si eis illas donari seu relinqui contingat, recipere, necnon missas, & diuina officia huiusmodi, etiam in diebus dominicis, vel festiuis, etiam antequam rector Parrochialis ecclesiæ celebrauerit, celebrare, & facere; & quando eis videbitur, etiamsi tunc in ecclesia cathedrali prædicetur, prædicare, ac etiam quicunque vtriusq; sexus Christi fideles, totius anni tempore illas, & illa in ecclesiis fratrum huiusmodi, audire possint, ipsiq; Christi fideles vllatenus desuper molestari, aut impediri per locorum ordinarios, seu rectores Parrochialium ecclesiarum, aut alios quoscunq; vllo pacto, causa, vel occasione non valeant, seu debeant, sed præfati Christifideles audiendo missas, & alia diuina officia in ecclesiis fratrum huiusmodi diebus dominicis, aut festiuis, præcepto ecclesiæ de illis audiendis, satisfecisse censeantur. Ipsique Christifideles, sacramentum Eucharistiæ, (resurrectionis Dominicæ festiuitate dumtaxat excepta) sumere, eisque illud per fratres huiusmodi administrare valeat, nec ad aliud faciendum per locorum ordinarios, aut ecclesiarum rectores præfatos, seu alios quoscunq; (illorum licentia minime requisita) etiã sub censuris ecclesiasticis, et alijs pœnis, cogi, vel cõpelli possint, seu debeãt etiã decernimus, & declaramus. Et licet in sess. xxv. ca. xii. caueatur, quod censuræ, & interdicta ecclesiastica etiã a locorũ ordinarijs promulgata mãdãte Episcopo, a regularibus in eorũ ecclesiis publicari debeãt, tamẽ si tẽpore celebrationis alicuius ex festis sanctorũ ordinũ eorũdẽ, ac aliàs in alijs festiuitatibus iuxta eorũdẽ ordinũ priuilegia apostolica, interdictum huiusmodi emanauerit, illud in præfatis festiuitatibus, & earum octauis suspendimus. Controuersias autem

Regulares a quocunq; Episcopo ordinari possunt.

Quod fratres missas in festiuis diebus celebrare possunt in quibuscunque ecclesiis, etiã antequam rector Parrochialis celebret.

Celebrare possunt etiam antequam celebretur in parrochiali. Prædicare possunt etiã si in cathedrali prædicetur. In diebus festiuis omnes Christi fideles audire possunt missas in ecclesiis fratrum.

satisfaciũt præcepto ecclesiæ.

Possunt qui infra annum sacramentum Eucharistiæ a regularibus sumere.

Interdicta suspenduntur in festiuitatibus sanctorum ordinum, & in aliis ad quæ habent priuilegia.

*Controuersia de pracedentia dirimantur.*

omnes de pracedentia qua eadem sessione xxv. cap. vero xiii. per Episcopum terminari mandantur, non nisi durantes, per illum dirimi, finitas autem, nullo pacto innouari posse statuimus. Cumq; licet cap. xi. sessionis xxv. statuat, quod in domibus virorum, seu mulierum, quibus animarum personarum secularium cura imminet, nulli etiam ad nutum amouibiles, inibi deputentur, nisi de ordinarii consensu, ac preuio examine huiusmodi pracedente; ad curam huiusmodi admitti posse omnino volumus præfatos regulares. Quartam autem funeralium de qua sess. xxv. cap. xiii. nequaquam soluere teneantur monasteria, quæ a quadraginta annis citra fundata existunt, postquam Concilium ipsum loquitur tantum de monasteriis ante annos quadraginta fundatis, quæ ipsam quartam soluere consueuerunt, & vbi solui consueuit, id tantũ ceræ, & aliorum quæ in aliquibus partibus deferri contigerit, tempore quo defunctorum corpora ad sepulturam deferuntur, non autẽ de Missis, seu legatis, vel aliis fratribus ipsis, seu monialibus huiusmodi relictis aut aliàs quomodolibet donatis solui debet. Sicq; intelligi Concilii decretum, quo ad quartam huiusmodi soluendam debere decernimus. Vbi vero non est consuetudo soluendi quartã huiusmodi, de nullo suprascriptorum solui debere declaramus. Nec ad quartam seu aliam partẽ omnium eorum quæ etiam pro ornamento ecclesiæ, palliorum, planetarũ, cortinarum, pannorum, & aliorum quæ dictis ecclesiis relinqui, uel dari contingerit, etiam si pro victu fratrum, aut aliàs relinquantur, aliquid contribuere teneantur. Ac etiam ius sepulturæ solui tantum consuetum curatis, & non aliquid aliud eis solui debeat, quamuis partes ad earum libitum ecclesiis ordinum huiusmodi, seu eorum fratribus, alia quæcunq; tribuant, seu eleemosynas elargiantur quando sepeliuntur ibidem corpora mortuorum huiusmodi; nec propterea impediri debeãt, quin possint defunctorum corpora præfata ad eorum ecclesias tumulanda deferri facere. In honestum quoq; esse censentes, Mendicantium ordines ad aliquorum onerum contributionem teneri, illos, illorumque loca, etiã si curam animarum habeant, ac quæcunq, beneficia illis vnita, ad contributionem pro seminario aut decimarum aliquarum solutionem, immo illos, & eorum domos, monasteria, beneficia, & loca quæcunque, & ab illis quomodolibet dependentia, eorumque possessiones, vineas, agros, & prata: ac alia bona quæcunq;, tam ad ipsos, quam ad moniales præfatas etiam largitione fidelium, seu aliàs iustis de causis ab eis acquisita, ac pecuniis empta, vel aliàs quomodolibet pertinentia, minimè teneri: illosq; & illas, a quibuscunq; decimis, primitiis, quartis, mediis, & alijs fructuum partibus, necnon subsidijs charitatiuis etiam per nos concessis, ad quorumcunq; etiã Regum, Principum, & Domina

*Regulares ad curam animarum admitti debent.*

*Nec quartam nec partem aliquam eorumque fratribus relinquuntur tenẽtur tribuere.*

*Ius sepulturæ soluendum.*

*Mendicantes curam animarũ habentes non tenentur ad aliquam contributionem pro seminario.*

*rum temporalium instantiam, quacunque etiam vrgentissima, & de necessitate exprimenda causa, ac etiam aliis quibuscunque oneribus, tàm ordinariys, quam extraordinariis: etiam ratione fructuum, olerũ, virgultorum, lignorum, beneficiorum, & aliarum quarumcunque rerum tàm pro victu, quam vestitu, aut aliàs sibi necessariarum quomodolibet etiam auctoritate apostolica nunc, & pro tempore impositis, ita vt pœnitus, & omnino ad alicuius rei contributionem minimè teneantur, omnino eximimus, & liberamus: illosq; & illas, ad illos, & illas etiam si seculares, & aliæ personæ quęcunq; in ea exigendi possessione fuerint, menimè teneri debere volumus: nec sub cap. xii. sessionis. xxv. comprahendi posse, vel debere; decernimus. Quòd verò de vsu quæstorum eleemosynarum auferendo loquitur sessionis xxi. cap. viiii. id ad mendicantium ordines nullo modo referri posse, vel debere; etiam decernimus: quin potius cum ex eleemosynis huiusmodi viuere cogantur, eis id facere, liberum omninò esse declaramus. Quoniam vero ex nimia Episcoporum sibi arrogata auctoritate ipsi personas regulares sua iurisdictioni subiicere omnino student, ac decreto Cõcily præfati sessionis. xxv. cap. xiiii. edito, quo cauetur, quod si regularis intra clauitra existens, & extra ea ita notoriè deliquerit, vt populo scandalosus sit, termino ab Episcopo præfigendo, a suo superiore omninò puniatur, sin minus, ab ordinario delinquens puniri possit. consifi uariis indebitisquè grauaminibus regulares afficiant ordinarios præfatos aliquid cõtra regulares in claustris degentes huiusmodi quouis prætextu, occasione, uel causa innouare non posse, uel debere: nec aliquos processus contra ipsas personas regulares formare, aut facere posse uolumus: nisi propter manifestum scãdalum, & suorum ordinum superioribus prius consultis, & negligentibus: alioquin, omnia, & singula; contra præmissa facta, & gesta; ac facienda in futurum, pro nullis, & infectis habeantur. Licentias uerò pro construendis domibus regularibus, quæ 4. cap. xxv. sessionis nisi de ordinarii licentia constrni prohibentur: gratis omnino dari, & non nisi legitima subsistente causa (superioribus explicãda) illas recusari posse, necnon fratres præfatos (etiam solos) mortuorum corpora associare. Ac mandatum in die cœnæ Domini fieri solitum, in ecclesiis, seu domibus fratrum cuiuslibet ordinis prædictorum, solemniter facere, & prædicta die prædicare hora qua eis videbitur: nec per locorũ ordinarios, aut rectores ecclesiarum, seu alios quoscunq; prohiberi posse, etiam decernimus, & delaramus. Mandantes etiam vniuersis locorum ordinariis, ne mortuorum officia agere Rectores parrochialium in ecclesiis ipsorum fratrum (contra illorum voluntatem) permittant. Ac moniales dictis fratribus subditas, vel personas sepulturam in eorum ecclesiis*

*Decimas aut subsidia minime soluere tenentur.*

*Eleemosinas petere possunt.*

*Regulares delinquẽtes a suis superioribus puniantur.*

*Episcopi contra regulares processus facere non possunt.*

*Licentias pro construendis domibus, gratis dare debent.*

*Mandatum in die cænæ domini facere et prædicare possũt.*

*Portio non soluenda pro sepultura monialium, vel aliarum personarum.*

eligentes (nulla soluta Parrocho portione) sepelire; vel si fratres ad mortuorum corpora associanda vocati fuerint, illa absque fratrum huiusmodi praesentia sepeliri facere, audeant, vel praesumant. Cumque maximè deceat, liberam esse cuiusuis testantis voluntatem, prauum illum vsum, paruo adhuc tempore (vt praefertur) introductum, per quem testamenta absq; praesbyterorum praesentia fieri inter dicuntur, omninò abrogamus. Postremò quod cap. xiii. sess. xxv. cautum fuit, quod omnes scilicet tàm clerici, quam regulares quicunq; ad publicas processiones vocati, accedere compellantur: id quo ad fratres praefatos de illis tantum processionibus intelligi volumus, ad quas secundum consuetudinem antiquam locorum, soliti sunt accedere: vel quae pro bono pacis ecclesiae, vel pro victoria contra infideles indicuntur: quod etiam de illis conuentibus (qui collegia nuncupantur) minimè intelligi volumus, in quibus fratres sub arctiori clausura degunt, ita, vt nec in choro cantent, nec ad mortuos accedant: sed tantum studijs, & lectionibus vacent. Praeterea si fortè inter Episcopos, vel collegia, aut capitula, vel alias quasuis personas, & praefatos fratres, seu moniales, aut eorum aliquos, super praemissis, vel aliquo eorum, coram quocunq; seu quibuscūque iudicibus, etiam causarum palatij Apostolici Auditoribus, ac sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus tàm in Romana Curia quam extra eam, vbilibet lis, seu lites respectiue pendeant: nos litem seu lites, & causam, vel causas huiusmodi ad nos aduocamus; ac illam, et illas, quarum statum, ac nomina, & cognomina iudicum, & collitigantiū praesentibus haberi volumus pro sufficienter expressis, cassamus, & extinguimus, ac partibus ipsis perpetuum silentium desuper imponimus. Ac insuper; vt facilius praemissa omnia illibata persistant, omnia, & singula priuilegia, immunitates, indulgentias, facultates, libertates, indulta, dispensationes, fauores, & gratias, quae decretis Concilij Tridentini aliàs quam, vt superius est dictum, concessum, & declaratum, non cōtrariantur expresse, eisdem fratribus, necnon monialibus quibuscunque & sororibus tertij ordinis praedictorum ordinum respectiuè ordinibus, ac illorum ecclesijs, domibus, & personis, etiam viua vocis oraculo in genere, vel in specie tàm per. Reco. me. Eugenium 4. Sixtum 4. Leonem. x. Paulum 3. ac dictum Paulum 4. & Pium etiam 4. quàm alios quoscunque Romanos Pontifices etiam praedecessores nostros, ac nos & sedem eandem quomodolibet concessa, confirmata, & innouata: necnon nostras, & praedecessorum nostrorum, ac alias quascunq; desuper cōfectas literas, quarum omniū tenores, ac eorundem praedecessorum nostrorum nomina, & alia de necessitate exprimenda, ac si de verbo ad verbum (nihil penitus omisso) & forma in illis tradita obseruata, in-

*Abrogatur vsus faciendi testamenta absq; praesbiterorū praesentia.*

*Ad quas processiones compelli possint regulares.*

*Aduocatio, et extintio litium super aliquo praemissorum.*

*Fratres, qui sunt in collegijs ad nullas tenentur ire.*

*Confirmantur, & de nouo cōceduntur omnia priuilegia quae decretis concilij Tridentini expresse non contrariantur aliàs quàm superius est dictum concessum, & declaratum.*

serti forent; etiam præsentibus pro sufficienter expressis habere volumus, auctoritate apostolica tenore præsentium perpetuò approbamus, & confirmamus, illisquè perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis robur adjicimus: eaq; perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter obseruari debere, ac fratribus superioribus, & personis ordinum huiusmodi, necnon alijs quibuscunq; quos illa concernunt, suffragari debere, seu posse volumus. Necnon priuilegia, immunitates, facultates, libertates, indultia, dispensationes, exemptiones, fauores, & gratias tàm spirituales quàm temporales, modo, & forma quibus concessa sunt, etiam per viam communicationis, & extensionis, actiuè, & passiuè inter se, & alios quoscunque ordines respectiuè, de nouo concedimus: illaq; omnia, & singula ad domos, & loca quacunq; dictorum mendicantium ordinum, & monialium quarumcumque, ac sororum de tertio ordine nuncupatarum in congregatione viuencium dictorum ordinum, (vt præfertur) hactenus recepta, & imposterum recipienda, Necnon eorum personas, & bona, etiam si priuilegiorum, & aliarum gratiarum præfatorum auctentica originalia, propter temporis antiquitatem, vel varias Vrbis ruinas, deperdita existant (dummodo de eis alias legitimè constet) extendimus, & ampliamus. Et sic in præmissis omnibus, & singulis per quoscunq; iudices, & personas quauis auctoritate fungentes, etiam Cardinales, et Auditores præfatos, sublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere: necnon quicquid secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus. Quocirca dilectis filijs nostro prædicatorum Cardinali Protectori, & sancti Hieronymi Generali ordinum, ac curiæ causarum Cameræ apostolicæ etiam Generali Auditori, nunc, & pro tempore existentibus, per apostolica scripta motu simili mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios, præsentes literas, & in eis contenta quacunque, vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte eorumdem fratrum, aut monialium, vel alicuius eorum fuerint desuper requisiti, solemniter peblicantes, eisquè in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant (auctoritate nostra) præsentes, & in eis contenta, huiusmodi firmiter obseruari, ac singulos, quos litera ipsa concernunt, pacifice frui, & gaudere, non permittentes eos, vel aliquem eorum desuper, contra præsentium tenorem per quoscunque (etiam locorum ordinarios) quomodolibet indebite molestari, contradictores quoslibet, & rebelles, per censuras, & pœnas, ecclesiasticas, aliaquè opportuna iuris remedia (appellatione postposita) compescendo legitimisquè super his

De nouo conceduntur omnia indulta etiam oraculo viuæ vocis concessa.

Iudices assignatur.

*habendis, seruatis processibus, censuras, & pœnas ipsas (etiam iteratis vicibus) aggrauando, & interdictum ecclesiasticum apponendo, inuocato etiam ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachii secularis. Non obstantibus præmissis, & aliis apostolicis, necnon in prouincialibus, et synodalibus Conciliis editis, Generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac etiam iuramento confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegiis quoq; indultis, & literis Apostolicis eisdem Episcopis, vel quibusuis aliis personis sub quibuscunq; tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisq; efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusq; & aliis decretis in genere, vel in specie; etiam Motu simili, ac aliàs quomodolibet concessis, approbatis & innouatis. Quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumq; totis tenoribus specialis specifica; expressa, & indiuidua non autem per clausulas Generales idem importantes, mentio seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma; ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi ac si de verbo ad verbum (nihil pœnitus omisso) & forma in illis tradita obseruata, inserti forent: præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, specialiter, & expressè derogamus. Necnon omnibus illis, quæ in literis confirmationis, & innouationis priuilegiorum eorumdem, alias per eosdem Paulũ iiii, & Pium etiam quartum prædecessores nostros prædictos, ordini fratrum minorum huiusmodi concessorum, concessum est, non obstare contrariis, quibuscunque. Aut si locorum ordinariis, vel quibusuis aliis communiter vel diuisim ab Apostolica sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Et quia difficile foret, earumdem præsentium literarum notitiam ad quascunque personas peruenire, & vbique illas præsentare; etiam motu, & scientia similibus volumus, & decernimus, quod transumptis earumdem præsentium literarum, (etiam per impressionem factis) manu alicuius Notarii publici subscriptis, aut sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ sigillatis, quemadmodũ adhiberetur præsentibus literis originalibus (si præsentarentur vbique) adhibeatur tam in iuditio quam extra illud, plena, & indubitata fides. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ declarationis, prohibitionis, exemptionis liberationis, inhibitionis, suspensionis, statuti, decreti, mandati, abrogationis, reuocationis, cassationis, extinctionis, impositionis, approbationis, confirmationis, adiectionis*

con-

*cessionis, extensionis, ampliationis, voluntatis, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorũ Petri, et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo, sexagesimo septimo, decimo septimo Kl. Iulij. Pontificatus Nostri Anno Secundo.*

Cæ. Glorierius. H. Cumyn.

*Registrata apud Cæsarem Secretarium.*

*NOS Hieronymus Austriacus de Corrigio S. R. E. præsbiter Cardinalis tituli. S. Stephani in Cælio monte Viceprotector ordinis, & cõgregationis fratrum Seruorum. Omnibus, & singulis præsens literarum Apostolicarum concessionis, declarationis, confirmationis, & voluntatis S. D. Pij diuina prouidentia Papæ V. in fauorem mendicantium impressum transumptum visuris lecturis, pariter, & audituris, notum facimus; & in verbo veritatis attestamur, qualiter cum supra dictis originalibus Apostolicis literis: quas non cassas, non abolitas, nec in aliqua sui parte suspectas vidimus, & cum præmisso transumpto auscultauimus: concordat. In quorum omnium fidem, & testimonium ad instantiam R. P. F. Gaudiosi Floridi de Perusio ordinis Seruorum sacræ theologiæ magistri eiusdem ordinis procuratoris Generalis & R. P. F. Ioannis Pauli Cardelli Nouariensis sacræ theologiæ magistri, eiusdem cõgregationis Seruorum cõmissarii, ac conuentus S. Mariæ in via de Vrbe prioris, has præsentes nostras attestationis literas etiã imprimi, & nostri soliti sigilli (quo in similibus vtimur) impressione cõmuniri, & per Notariũ infrascriptũ subscribi fecimus. Actũ, & Datũ Romæ in ædibus nostris solitæ residentiæ Anno a natiuitate Domini. 1567. Indictione Nona, Die vero 24. Iulij Pontificatus eiusdem Sanctissimi D. N. Pij Papæ Quinti Anno Secundo.*

*Stephanus latinus notarius in archiuio Ro. cu. descrip. Ill.*

Ex his ergo, quæ in hac bulla apostolica continentur, non tantũ declaratio priuilegiorum ordinum mendicantium, quæ Sacro concilio Tridentino aduersari videbantur, concluditur, verum etiam eorumdem priuilegiorum innouatio, cõmunicatio, & extensio ad omnes ordines mendicantes conuincitur; quod pariter in aperte declaratur in quodam diplomate ab eodem Pio Quinto edito, super declaratione ordinum mendicantium ob eam rem hoc in loco illud typis excudere consentaneum erit.

Tenor ergo talis est.

# PIVS PAPA V.

## Ad perpetuam Rei memoriam.

*ROMANVS Pontifex, tam vniuersalis Christianæ, quam singularum eius Religionum præcipuus defensor, omnibus illarum incommodis, pro sui pastoralis officii debito libenter occurrit. & eorum indemnitati salubribus, iuxta temporum, morumq; exigentiam, declarationibus, et alijs remediis consulere solet opportunis. Sane licet dilecti filii omnium Mendicantium ordinum fratres a contributione Seminarii Clericorum in qualibet Ciuitate iuxta eiusdem Concilii formam erigendi per Tridentini Concilii decreta eximantur.*

*Nosq; inter alia eisdem Mendicantium ordinum fratribus concessa priuilegia, eos, & eorum quemlibet tam à Seminarii huiusmodi contributione, quam subsidio quomodolibet, necnon decimis quibuscunque, et certis alijs oneribus apostolica auctoritate similiter exemerimus, & liberauerimus, eosq; ad illorum omnium contributionem, nullo vnquam tempore cogi, & compelli posse decreuerimus.*

*Cum tamen, sicut non sine animi nostri molestia nuper accepimus, nonnulli locorum ordinarii, & forsan in Prouincialibus conciliis, eo forsan sub prætextu, quod ordinum Mendicantium fratres huiusmodi bona stabilia ex indulto, seu dispensatione apostolica retinere possunt, & propterea Mendicantes re vera non sint, eos ad Seminarii subsidii, Decimarum, & aliorum onerum huiusmodi contributionem cogere forsan præsumpserunt, & in dies præsumunt, in graue ipsorum ordinum grauamen, & præiudicium non modicum. Nos animo reuoluentes eos ex fructibus bonorum huiusmodi varias Reipublicæ Christianæ vtilitates afferre, cum ex ipsis varios Magistros, & Doctores manuteneant, ex quorum Doctrina ipsorum fratres Nouitii eruditi postmodum effecti, gregem Dominicum prædicationibus suis, consiliis, confessionibus, orationibus, alijsq; innumeris pietatis operibus iuuent, & pascant: eorumque domos non minus, imo magis, quam ea, quæ per Ordinarios erecta sunt Seminaria, vocari posse, & propterea Mendicantium nomen amittere nullo modo debere. Volentes idcirco omnem dubitandi materiam amputare, omnes, & singulos Men-*

*dicantium ordinum fratres huiusmodi, ac eorum singulos a quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliuq, ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes, necnon quarumcunq; litium, & causarum coram quibusuis iudicibus, & vbicunq; quomodolibet pendentium status, & merita, nominaq;, & cognomina iudicum, & collitigantium necnon quorumcunque priuilegiorum, indultorum, exemptionum, & immunitatum eorundem ordinum Mendicantium fratribus hactenus quomodolibet concessorum, tenores præsentibus pro expressis habentes, lites quoque, & causas præfatas, vt præfertur, pendentes, ad Nos harum serie auocantes, illasq; penitus extinguentes, & collitigantibus huiusmodi perpetuum super præmissis silentium imponentes. Motu proprio non ad ipsorum fratrum, vel alicuius eorum Nobis super hoc oblata petitionis instantiam, sed ex certa nostra scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, omnes, & singulos Quatuor Mendicantiū Ordinum videlicet Sancti Dominici, & Sancti Francisci, ac Eremitarum Sancti Augustini, necnon Carmelitarum, & quos etiam recenseri volumus Seruorum Beatæ Mariæ nominibus comprehensos fratres, eorumq; domus, Monasteria, & loca, etiam si in communi propria bona tam mobilia, quam immobilia, & stabilia, ac alia quæcunque possederint Mendicantium vocabulo, & omnibus, & singulis Mendicantium priuilegiis eis quomolibet concessis, vti posse, & debere, nec super præmissis vllo vnquam tẽpore molestari posse auctoritate apostolica per præsentes statuimus, & declaramus, ac tam Concilii Tridentini, quam omnia, et singula alia decreta, statuta, ordinationes, priuilegia, & iura de Mendicantibus loquentia ad omnes, & singulos ordines præfatos, eorumque domos, et loca, etiam propria bona in communi tamen retinẽtes extendimus, & ampliamus, illaque de illis loqui etiam auctoritate præfata per easdem præsentes declaramus. Ac insuper eisdem Ordinariys, & quibusuis aliis tam ecclesiasticis, quam secularibus, quauis auctoritate fungentibus, in virtute Sanctæ obedientiæ, & aliis arbitrio nostro moderandis pœnis similiter per præsentes mandamus, vt si quid per eos tam nostro, quam prædecessoris nostri temporibus, tam ratione Seminarii, subsidy, & decimarum, quam aliorum onerum huiusmodi exactum fuit, id totum eisdem fratribus, omni mora, & dilatione postpositis restituant, destrictius inhibentes eisdẽ locorũ Ordinariis, cæterisquè personis tam ecclesiasticis, quam secularibus, quauis auctoritate fungentibus, & cuiusuis dignitatis, gradus, & conditionis existen*

Tollitur occasio dubitãdi circa ordines Mend. cantium.

Auocatio, & extinctio litium & causarũ super præmissis.

Qui sint ordines Mendicãtiũ.

Declaratio, & extensio priuilegiorum, & statutorum, & aliorum omnium de mendicantibus loquentium.

Præcipit omnibus ut præfatos ordines ratione seminarii subsidii, decimarum, & aliorum onerum molestent, &

*Si quid suo, aut sui prædecessoris tempore exactum est restituant.*

tibus, ne eosdem Mendicantium ordinum fratres præfatos, bona huiusmodi retinentes quouis prætextu super Seminarij subsidij, & decimarum contributione molestare, inquietare, vel perturbare audeant, vel præsumant. Decernentes quoque, præsentes literas nullo vnquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, vitio, aut intentionis nostræ, uel quopiam alio defectu notari, vel impugnari nullatenus posse, minusue sub quibusuis similium, uel dissimilium gratiarum reuocationibus, modificationibus, limitationibus, & restrictionibus, & alijs contrarijs dispositionibus tam per Nos, quam etiam successores nostros quomolibet, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, aliisq; efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusq; decretis pro tempore factis, & faciendis, quorumcunque tenorum existant includi, sed illis non obstan. in suis robore, & efficacia persistere, & quoties illa emanabunt, toties in pristinum statum restitutas, repositas, & plenarie reintegratas, etiã sub Datum, etiam per ipsos eligenda de nouo concessas esse, & ita incommutabilis voluntatis, & intentionis nostræ esse, & ad hoc, vt perpetua firmitate subsistant vim validi, & efficacis contractus inter sedem apostolicam, & præfatorum ordinum Mendicantium huiusmodi fratres habere debere. Sicq; per quoscunque Iudices, & Commissarios quauis auctoritate fungentes, etiam causarum palatij apostolici Auditores, ac Sancta Romanæ Ecclesiæ Card. sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari debere: irritum quoque, & inane, quicquid secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca dilectis filijs Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ Generali Auditori, necnon quarumcunque tam cathedralium, quam Collegiatarum ecclesiarum Decanis, Præpositis, Archipræsbiteris, Archidiaconis, Thesaurariis, & quibusuis alijs in eisdem ecclesiis dignitates obtinentibus, vbilibet, & in quibuscunq; Regionibus, terris, & locis existentibus per præsentes Motu simili mandamus, quatenus ipsi, & eorum quilibet per se, vel alium, seu alios præsentes literas, & in eis contenta quæcunque, vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte dictorum fratrum, vel alicuius eorum fuerint requisiti solemniter publicantes, eisq; in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra eosdem fratres, & eorum singulos præmissis omnibus pacifice frui, & gaudere, non permittentes eos, vel eorum quempiam super illis quomodolibet indebite molestari. Contradictores quoslibet, & rebelles per sententias, censuras, & pœnas ecclesiasticas, aliaq; opportuna iuris, & facti remedia appellatione postposita compescendo. Et nihilominus legitimis super his habendis seruatis pro-

*Præsentes literæ de surreptione, &c. notari non possint & quod vim validi, & efficacis contractus inter sedem apostolicam, et præfatos ordines habeant.*

*Iudicum deputatio.*

*Per ipsos iudices, ne de eorum mandato potest hoc breue solemniter, & efficaciter publicari.*

cessibus, sententias, censuras, & pœnas ipsas etiam aggrauando, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Non obstantibus fe. re. Bonifacii Papæ VIII. prædecessoris nostri de vna, & Concilii Generalis de duabus dietis, dummodo vltra tres dietas quis vigore præsentium ad iudicium non extrahatur, & aliis apostolicis, necnon in Prouincialibus, & Synodalibus Conciliis editis specialibus, vel Generalibus constitution. & ordination. ac quibusuis etiam iuramento confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegiis quoque, indultis, & literis apostolicis, sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusq; & aliis decretis in genere, vel in specie, etiam motu simili, & ex certa scientia, ac apostolicæ potestatis plenitudine, ac alias quomodolibet, etiam consistorialiter concessis, approbatis, confirmatis, et sæpius innouatis. Quibus omnibus etiam si de illis, illorumq; toti, tenoribus specialis specifica, & expressa mentio, seu aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata inserti forent, præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, contrariis quibuscunque: Aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab apostolica sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, per literas apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Volumus autem quod præsentiũ transumptis manu alicuius notarii publici subscriptis, aut alicuius prælati, vel in dignitate ecclesiastica constituti, sigillo munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ eisdẽ præsentibus adhiberetur, si forent exhibita, vel ostensa. Quodque eædẽ præsentes in Valuis Cãcellariæ apostolicæ, & Basilicæ Principis Apostolorũ de Vrbe, necnõ in acie Campi Floræ per aliquem excursoribus nostris publicentur, & inter Extrauagantes constitutiones perpetuò valituras conscribantur: ac postquam publicatæ fuerint, plenam, & indubiam fidem faciant: nec non omnes, & singulos illas concernentes, perinde legent, ac si essent personaliter intimatæ.

*Huic Breui nihil vnquam obstare potest.*

*Fides adhibenda transumptis manu Notarii, aut personæ in dignitate ecclesiastica constituta, sigillo munitis.*

*Hoc Breue perpetuo valiturum, inter Extrauagãtes cõscribitur.*

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris Die Prima Octobris. M. D. LXVII. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Io. Alf. Naldi. A. Calorius.

ANNO a Natiuitate Domini Millesimo Quingentesimo sexagesimo septimo. Indictione decima, Die vero decima sexta Mensis Octobris, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris, & Domini nostri D. Pii diuina prouidentia Papa Quinti. Anno eius Secundo, Retroscripta litera in forma Breuis affixa, & publicata fuerunt in retroscriptis locis, vt moris est per me Alexandrum Astancollum prafati Sanctissimi D. N. Papa cursorem.

Idem Cursor.

Philibertus Chappius Magister Curs.

NOS Alexander Farnesius, Episcopus Cardinalis S. Rom. Eccle. Vicecancellarius, tituli Sancti Laurentij in Damaso, totiusque Religionis Seruorum protector, omnibus, & singulis prasens literarum Apostolicarum concessionis, declarationis, confirmationis, & voluntatis Sanctiss. D. PII. diuina prouidentia Papa Quinti, in fauorem Mendicantium, impressum transumptum visuris, lecturis, pariter, & audituris, notum facimus, & in verbo veritatis attestamur, qualiter cum supradictis originalibus Apostolicis literis, quas non cassas, non abolitas, nec in aliqua sui parte suspectas vidimus, & cũ pramisso transumpto auscultauimus, concordat. In quorum omnium fidem, testimonium ad instantiam. R. P. F. Gaudiosi de Perusio pradicti ordinis Seruorum Procuratoris Generalis, Sacra Theologia Magistri, has prasentes nostras attestationis literas etiam imprimi, & nostri soliti sigilli (quo in similibus vtimur) impressione communiri, & per Notarium infrascriptum subscribi fecimus.

Actum, & Datum Roma in adibus nostris Anno a natiuitate Domini 1567. Indictione decima, Die 4. Nouembris, Pontificatus eiusdem Sanctiss. D. N. PII Papa Quinti Anno Secundo.

Sulpitius Gallus no. pu. publicus de mandato R.

HIS igitur indultis Pii quinti sic annotatis conuincitur communicatio, & extensio priuilegiorum, simulùe quomodo ad ordinem Seruorum inter mendicātes coaptatum huiusmodi indulta extendantur. Sed pro illustriori huius communicationis euidentia hac non erit in vtile animaduertere, & primo pro fratribus prædicatoribus. Leo decimus motu proprio comunicauit, & de nouo concessit ordini prædicatorum omnes, & singulas gratias, concessiones, indulgentias, peccatorum remissiones, prerogatiuas, fauores, immunitates, exemptiones, facultates, priuilegia, & indulta tam spiritualia, quam temporalia qualiacunq; illa sint, quæ minorum, heremitarum Sancti Augustini, carmelitarum, & Seruorum Beatæ Mariæ: ac minimorum fratrum ordinibus, & eorum ecclesiis, & oratoryis, ac ecclesias ipsas, & oratoria visitantibus cuiuscunq; status ac sexus existant à prædecessoribus suis elargita sunt, & à successoribus concedenda coniunctim vel diuisim; in genere, vel specie.

De communicatione priuilegiorum, & primo pro fratribus prædicatoribus.

SIXTVS 4. concedit professoribus ordinis minorum, vt concessis fratribus prædicatorum, & eiusdem prædicatorum ordinis fratribus potiri, & gaudere possint, & debeant perpetuis futuris temporibus in omnibus, & per omnia prorsus, & sine vlla differentia; perinde ac si quæ cum ex ordinibus prædictis sunt concessa, vtriq; simul nominatim concessa fuissent: aut concederentur imposterum: idē etiam præfatus pontifex approbauit in bulla, quam minoretæ aureā appellant; concedens etiam singula indulta, quæ Heremitanis, Carmelitis, & Seruitis Beatæ Mariæ sunt elargita coniunctim vel diuisim: in genere, vel in comuni. Iulius similiter Secundus consimilem communicationem priuilegiorum aliorum ordinum mendicantium; præsertim familiæ de obseruantia concessit.

Pro Fratribus Franciscanis.

ALEXANDER quartus Heremitanis concedit, vt quando ad vnū corpus essent omnes reducti, omnibus priuilegiis domibus singularibus concessis possent sic reducti potiri, & gaudere: & Alexander 6. motu proprio Isdem patribus impartitur, vt omnium, & singulorum Religiosorum cuiuscunq; obseruantiæ fuerint, & domorum, locorum, personarumq; in illis degentium, quibus, vt priuilegiis dicti ordinis Augustinensium, vti possent per eamdem Sedem concessum est: possint, & valeant huiusmodi Augustinienses ipsorum locorum, & domorum, & personarum in illis habitantium, priuilegyis indultis, immunitatibus, concessionibus, exemptionibus, indulgentiis, et libertatibus eis in genere quacunque apostolica authoritate concessis,

Pro Fratribus Heremitanis.

(quorum tenores voluit haberi pro expressis, & specificatis) uti, potiri, & gaudere perpetuis futuris temporibus liberè, & licitè. Iulius verò secundus statuit, & decreuit comunicationem priuilegiorum aliorũ ordinum mendicantium factam fratribus augustiniensibus ad ea etiam extendi, quæ viuæ vocis oraculo ab eis impetrata, aut eis in genere donata sunt: & voluit, ut quicquid alicui eorumdem hoc modo aut quouis alio concessum est hactenus, aut in posterum concedetur siue conuentualibus, siue obseruantibus nuncupatis id omne motu proprio, & ex certa scientia eisdem Augustiniensibus sit concessum: Idem Iulius in alio breui prædictis Heremitanis directo posuit sequentem clausulam: communicationem quoq; priuilegiorum cum alijs ordinibus omnibus firmamus, & roboramus; volentes priuilegia nostra omnia integrè, & ad verbum, ut sonant plenissimè atq; inuiolabiliter vbiq; gentium obseruari: & demq; idem Iulius confirmat comunicationem priuilegiorum quã Sixtus quartus fecerat inter fratres Augustinienses, & alios mendicantes: & insuper decreuit, ac voluit, ut quicquid vsq; tunc ordini prædicatorum, aut minorum, aut Carmelitarum, aut Seruorum B. Mariæ concessum esset ab apostolica Sede: & quicquid in futurum concedetur eisdem fratribus concessum sit.

Pro fratribus Carmelitanis.

SIXTUS quartus concessit Fratribus ordinis Carmelitarum, ut gaudere, & potiri possint, & debeant, priuilegijs, indulgentiis, gratijs, & fauoribus, ac indultis tam spiritualibus, quam tẽporalibus concessis fratribus Prædicatoribus, Minoribus, ac Heremitanis: velut si prædicto ordini Carmelitarum nominatim cõcessa fuissent, aut concederentur in futurum.

Pro fratribus Seruorum B. M. Virginis.

BONIFACIUS octauus fratribus Seruorum comunicat omnes libertates, immunitates, Priuilegia, ac indulgentias, venerandis domibus ordinis fratrum Heremitarum Sancti Augustini a Sede apostolica concessa; ut in eorumdem Mari Magno annotatum est: Sed Innocentius octauus, ut in eodem Mari Magno exprimitur, huiusmodi comunicationem plenius elargitus est his verbis, cæterum attenta meditatione pensantes quantum vtilitatis ad exaltationem Christianæ fidei, & euangelicæ veritatis dicti fratres Seruorum hactenus attulerint; & adiuuante domino afferre valeant in futurũ, propterea volentes, ut tenemur, illos consimilibus Prædicatorum, minorum, Heremitarum Sancti Augustini, ac Beatæ Mariæ de monte Carmelo; quatuor ordinum mendicantium professoribus concessis similes in prærogatiuis: & paulo inferius: dem Innocentius 8. ut quos per labores,

pariaq;

*pariaq; merita coniungunt, paria contangant priuilegia, et fauores; eisdem fratribus Seruorum professoribus, ut cōcessis dictis Fratribus Prædicatoribus, Minoribus; Heremitarum Sancti Augustini, & Beatæ Mariæ de monte Carmeli, priuilegijs, indulgentiis, gratijs, & fauoribus, & indultis, tam Spiritualibus, quam temporalibus à prædictis, & alijs Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, aut alijs authoritatē habentibus, quæ omnia, ac si nominati m exprimerentur hic haberi volumus pro expressis, approbamus, & nostra approbationis munimine solidamus, ac decernimus robur perpetuæ firmitatis obtinere potiri, et gaudere possint, & debeant perpetuis futuris tēporibus in omnibus, & per omnia prorsus: & sine vlla differentia perinde, ac si quæ eisdem prædictis ordinibus sunt concessa præfato ordini nominatim concessa fuissent: aut concedentur in futurum. Concludatur ergo ex his, inter mendicantes priuilegiorum omnium comum catio: & eorumdem ad prædictos mendicantes Generalis extensio.*

# PORTIO QVARTA.

## De priuilegiis, & indultis Religioni Seruorū à summis Pōtificibus concessis, quæ in eorū Mari Magno desiderabātur.

*Fratres Seruorum pro necessitatibus venerabilis Monasterii Diuæ Annūciatæ de Flor. ex illicitè acquisitis possunt recipere vsq; ad summam ducentarum librarum Pisanorum: & hoc indultum munimine plumbeo obsignatū habetur Florentia in eodem monasterio.*

4 *INNOCENTIVS Episcopus seruus Seruorum Dei. Dilectis filijs Priori, & fratribus domus Seruorum Sāctæ Mariæ Florētini: ordinis S. Augustini salutem, & appostolicam benedictionem. Compatientes paupertati vestræ, quam voluntariè pro Domino elegistis, & in ea vobis subueniri volentes vestris precibus inclinati, ut ab illis qui de ciuitate, & dioce. Florentin. extorserunt vsuras, & alias aquisierunt illicitè, ac inueniri non potest cui sit prædictorum restitutio facienda pro vestris & domus vestræ necessitatibus vsq; ad summam ducentarum librarum pisanarum paruarum recipere valeatis; authoritate vobis præsentium indulgemus si super similium receptione non estis à nobis huiusmodi gratiā consecuti: ita quod illi, qui promissa vobis contulerint ad eorum restitutionem aliam faciendam minimè teneātur, sed ad restituēdum residuum acquisitorū totaliter si quod fuerit; remaneant nihilominus obligati. Nulli ergo omnino liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autē hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei,*

& Beatorum Petri, & Pauli appostolorum eius se nouerit incursurum.
Datum Anagne XV. Cal. Septembris Pontificatus nostri Anno duodecimo.

4
Fratres Seruorum in propriis locis habere possunt oratoriũ domos necessarias: & cimiterium: et hoc indultum plumbeo signo munitum Florentiæ habetur.

ALEXANDER Episcopus seruus Seruorum Dei Dilectis filiis Priori & fratribus Beatæ Mariæ de monte Senaia Floren. seruis Sanctæ Mariæ vulgariter nuncupatis ordinis S. Augustini salutem, & appostolicam benedictionem. Vestræ deuotionis precibus benignum impartientes assensum, vt in omnibus locis propriis domos necessarios, oratoria, & cimiterium ad opus vestrum dumtaxat habere possitis, authoritate vobis præsentium indulgemus, sine iuris præiuditio alieni. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli eius se nouerit incursurum.
Datum Neapoli 7. Cal. Iunij Pont. nostri Anno primo

4
Fratres Seruorum possunt cõfessiones audire, & penitentias iniungere bulla plumbea habetur Florentiæ.

ALEXANDER Episcopus seruus Seruorum Dei Dilectis filijs, & Priori, & fratribus seruis Beatæ Mariæ de Cafaggio iuxta Florentiam ordinis S. Augustini salutem, & appostolicam benedictionem. Decens, & debitum arbitramur vt in omnibus quæ profectum respiciunt animarum simus assiduè liberales hinc est quod nos vestris supplicationibus inclinati, vt fratres vestri presbiteri, possint de licentia diocesanorum, & rectorum ecclesiarum, parrochianorum suorum confessiones audire & eis penitentiam iniungere salutarem, nisi talia commiserint propter quæ esset sedes appostolica consulenda authoritate vobis præsentium indulgemus. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ cõcessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli appostolorum eius se nouerit incursurum Datum Anagniæ Pontificatus nostri Anno Secundo.

4
Fratres Seruorum ex suo ordine Priorem Generalem possunt eligere, quod Priuilegium pariter confirmauit Nicholaus tertius, et incipit Nicholaus &c. inducũt nos opera pietatis bulla munimine plumbeo obsignata habetur

VRBANVS Episcopus seruus Seruorum Dei vniuersis Prioribus, & fratribus Seruorum Sanctæ Mariæ ordinis Sãcti Augustini salutem, & apostolicã benedictionem. Inducunt nos opera pietatis, quibus in vestro ordine cum omni diligentia deseruitur, ut quæ ad profectum redundare ipsius ordinis prospicimus affectu beniuolo concedamus. Hinc est quod nos vestris deuotis supplicationibus inclinati, vt calebrare Generale capitulum dicti ordinis, ac eligere in eo

*dem capitulo Generalem Priorem eiusdē ordinis possitis; qui si in loco distante à curia Romana ultra quinque dietas, ab ipsius loci Diocesano; si vero in loco in fra dictas dietas consistente electus fuerit à nobis, & successoribus nostris electionis suæ confirmationem accipiat: cui pendente confirmatione huiusmodi liceat vnum, vel plures Vicarios discretos sui ordinis habere; vobis authoritate præsentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominū liceat hanc paginam nostræ cōcessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationē omnipotentis Dei, & beatorū Petri, & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. apud Vrbem Veterem octauo cal. Augusti Pontificatus nostri anno Secundo.*

Florētia cum simile priuilegiū habetur à Clemente 4: & bulla plumbea apud eumdem locum asseruatur. Dat. Peru. an. primo sui pontifi.

4 NICHOLAVS Episcopus seruus Seruorum Dei. Dilectis filijs Priori, & fratribus ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Cafag gio extra portam balle Florentine ordinis Sancti Augustini salutem, & apostolicam benedictionem. Iustis petentium desideriis dignum est nos facile præbere consensum, & vota, quæ à rationis tramite non discordant effectu prosequente complere. Ea propter dilecti in Domino filij vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu personas vestras, & locum, in quo diuino estis obsequio mancippati cū omnibus bonis, quæ in præsentiarum rationabiliter possidet, aut in futurum iustis modis postulante Domino poterit adipisci sub beati Petri, et nostra protectione suscipimus. Specialiter autem domos, terras, vineas, nemora, siluas, parta, piscarias, possessiones, & alia bona vestra sicut ea omnia iuste, ac pacificè possidetis vobis, & per vos, eidem ecclesiæ authoritate apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ protectionis, & confirmationis infringere, vel ei ausu temerario cōtraire si quis autem hoc attemptare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei & Beatorum Petri, & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Reate id. Augusti Pontificatus nostri an. Pr.

Fratres Seruorum sub protectione sedis apostolicæ suscipiuntur: & diploma plumbeo munimine obsignatum asseruatur Florentiæ.

6 VRBANVS Episcopus seruus Seruorum Dei venerabilibus fratribus Florentiæ, & fauentin: ac dilecto filio Abbati monastery Sancti Felicis Bononien: salutem, & apostolicam benedictionem. Militanti ecclesiæ licet immeriti disponente Domino præsidētes circa curam ordinum, & locorum ecclesiasticorum omniū solertia reddimur indifesa soliciti. vt iusta debitum pastoralis officii eorum occurramus dispendijs, & profectibus, diuinā cooperante clementia salubriter intendamus. Sanè dilectorum filiorum Prioris Generalis,

Conseruatores constituuntur contra molestantes, & diripientes bona Religionis Seruorū quod priuilegium commoratur Flor apud mon. Diuæ Annunc. plumbeo signo munitum consimile ib eodem loco. & eodem pacto obsignatum, etiā habetur, à Bonifacio nono cōcessum. datum Rom. ann. 9.

-sui Pont. quod pariter approbauit authoritate Leonis decimi Reuerend. Iulius Cardinalis tit. S. Laurentii in damaso postea Clemens septimus. et diploma Florẽtiæ habetur authoritate Sui sigilli comprobatum: in quo pari modo, & eadem authoritate singula indulta confirmãt Monast. D. Ann. & vniuersæ Religioni elargita.

& fratrum Seruorum sanctæ Mariæ ordinis sancti Augustini cõquestione percepimus quod nonnulli Archiepiscopi, Episcopi, aliiq; ecclesiarum Prælati, & Clerici, ac ecclesiasticæ personæ tam religiosæ, quàm seculares, necnon Duces, Marchiones, Comites, Barones, Nobiles, Milites, & laici, Communia ciuitatum, Vniuersitates Oppidorum. Castrorum, Villarum, Terrarum, & aliorum locorum, ac aliæ singulares personæ ciuitatum, & Dioce: & aliarum partium diuersarum occuparunt, & occupare fecerunt villas, & alia loca, terras, domos, possessiones, iura, & iurisditiones, necnon fructus, census, redditus, & prouentus, & nonnulla alia bona mobilia, & immobilia spiritualia, & temporalia ad Priorem, & fratres prædictos spectãtia, & ea detinent indebitè occupata, seu ea detinentibus præstant auxilium, consilium, vel fauorem; nonnulli etiam ciuitatum, & dioc. ac partium prædictarũ, qui nomen dominii inuanum recipere non formidant eisdem Priori & fratribus super prædictis villis, locis, terris, domibus, possessionibus, iuribus, & iurisdictionibus: necnon fructibus, censibus, redditibus, & prouentibus eorumdem, & quibuscunque aliis bonis mobilibus, & immobilibus spiritualibus, ac temporalibus, & aliis rebus ad Priorem, et fratres prædictos spectantibus multiplices molestias, & iniurias inferunt, & iacturas. Quare Prior, & fratres prædicti nobis humiliter supplicãtur, vt cum valde difficile reddatur eisdem pro singulis querelis ad apostolicam sedem habere recursum, prouidere eis super hoc paterna diligentia curaremus. Nos igitur aduersus occupatores, detentores, præsumptores, molestatores, ac iniuriatores, huiusmodi, illo volentes ipsis Priori, & fratribus remedio subuenire; per quod ipsorum conpescatur, te meritas, & aliis aditus cõmittendi similia præcludatur. Discretioni vestræ per apostolica scripta mãdamus quatenus uos, vel duo, aut unus vestrum per vos, vel alium, seu alios etiam si sint extra loca, in quibus deputati estis conseruatores, & Iudices Priori, & fratribus supra dictis efficacis defensionis præsidio assistentes non permittatis eosdem super iis, & quibuslibet aliis bonis, & iuribus ad ipsos Priorem, et Fratres spectantibus ab eisdem, vel quibuscunque aliis, indebite molestari, vel eis grauamina, seu damna, vel iniurias inrrogari facturi eisdem Priori, & fratribus cum ab eis, vel eorum aliquo, seu procuratore, vel procuratoribus eorumdem fueritis requisiti de prædictis, et aliis personis quibuslibet super restitutione huiusmodi Villarum, terrarum, & aliorum locorum iurisdictionum, iurium, & bonorum mobilium; & immobiliũ redditũum quoque, & prouentum, & aliorum quorumcũque bonorũ, necnon de quibuslibet iniuriis, & molestiis, atq; damnis præsentibus, et futuris in illis videlicet quæ iudicialem requirunt indiginem summa-

*riæ, & de plano sine strepitu, & figura iudicij, in alijs vero prout qualitas ipsorum exegerit iustitiæ complementum. Occupatores seu detentores, molestatores, præsumptores, & iniuriatores huiusmodi necnon contradictores quoslibet, & rebelles, cuiuscunq; dignitatis, status, ordinis, vel conditionis extiterint quandocunq; & quotiescunq; expedierit authoritate nostra per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Inuocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis. Non obstantibus tam Fælicis recordationis Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri. inquibus cauetur ne alijs extra suam ciuitatem, & dioc. nisi in certis exceptis casibus, & in illis vltra vnam dietam à fine sua dioc. ad iudicium euocetur, seu ne Iudices, & Conseruatores a sede deputati prædicta extra Ciuitatē, et dioc. inquibus deputati fuerint cōtra quoscunq; procedere, siue alij, uel aliis uices suas cōmittere, aut aliquos ultra bonā dictā à fine dioc. eorūdem trahere præsumant; dummodo vltra duas dictas aliquis authoritate præsentium non trahatur, seu quod de alijs quam de manifestis iniurijs, & violentijs, & aliis quæ indicialē indignationem exigunt pænis, in eo si secus egerint, & in id procurantes àdictis Conseruatores, se nullatenus intromittant, quam aliis quibuscunq; constitutionibus à prædecessoribus nostris Romanis pontificibus, tam de iudicibus delegatis, & conseruationibus quam personis vltra certum numerum ad iudicium non vocandis aut aliis edictis, quæ vestræ possunt in hac parte iurisditioni, aut potestati eiusq; libero exercitio quomodolibet obuiare, seu si aliquibus communiter, vel diuisim à prædicta sede indultū quod interdici suspēdi, vel excomunicari, seu extra. vel vltra certa loca ad iudicium euocari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo, ad verbum de indulto huiusmodi, & eorum personis, locis, ordinibus, & nominibus propriis mentionem, & qualibet alia dicta sedis indulgentia Generali, vel speciali cuiuscunq; tenoris existat per quam præsentibus non expressam, uel totaliter nō insertam, nostra iurisdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet, impediri, & de qua cuiuscunq; toto tenore de verbo, ad uerbum in nostris litteris habenda sit mentio specialis, caterū volumus, & apostolica authoritate decernimus quod quilibet nostrum prosequi valeat articulum etiā per alium inchoatim quamuis idem inchoans nullo fuerit impedimento canonico perpeditus quodq; addant præsentium sit vobis, & vnicuiq; nostrū impremissis omnibus, & eorum singulis ceptis, & nō ceptis, præsentibus, & futuris, perpetuata potestas & iurisdictio attributa, vt eo vigore eaq; firmitate possitis impræmissis omnibus cæptis, & non ceptis præsentibus, & futuris, & pro prædictis*

*procedere, ac si prædicta omnia, & singula coram nobis cepta fuissent, et iurisdictio vestra, & cuilibet vestrum, in prædictis omnibus, & singulis per citationẽ, uel modum alium perpetuata legitimũ extitissent. Constitustione prædicta super Conseruatoribus, & alia qualibet in contrarium edita non obstante præsentibus post quinquennium minime valituris Dat. Romæ apud Sanctum Petrum decimo cal. Octobris, Pontificatus nostri Anno Quinto.* P. de Amalfia.

NOS Petrus Paulus Parisius, Electus Nuscanus. I. V. Doctor Causarum Cameræ apostolicæ Gener. auditor, ac Sanctissimi Domini nostri Vtriusq; signaturæ Referendarius. Vniuersis & singulis præsentes Inspecturis, pariter, & audituris fidem facimus, & attestamur, qualiter die infrascripta nomine Reuerẽdissimi patris Fratris Dionisij Laurerii totius ordinis fratrum Seruorum beatæ Mariæ Sub Regula Sancti Augustini Prior Generalis, præsentatæ fuerunt nobis quædam literæ In forma breuis, non vitiata, non Cancellata, nõ abolita, neq; in aliqua sui parte suspecta, sed omni prorsus vitio, & suspectione Carentes; Quarum quidem literarũ tenor de verbo ad verbum talis est, videlicet. *Paulus Papa Tertius.*

*Dilecte fili salutem, & apostolicam benedictionem, Aliàs a fe. Re. Leone Papa. X. prædecessore nostro Emanarunt literæ tu c Priori Generali ordinis fratrum Seruorum beatæ Mariæ sub Regula Sancti Augustini directæ tenoris subsequentis a tergo videlicet; Dilecto filio Generali ordinis fratrum Seruorum Beatæ Mariæ sub regula Sancti Augustini; Intus vero Leo Papa x. Dilecte fili salutem, & apostolicam benedictionem. Insupernæ dignitatis specula meritis licet insufficiẽtibus Constituti inter curas multiplices, quibus rerum, negotiorumq; varietatibus obruimur; illa potissimum nos sollicitant, per quæ suaue iugum regularis vitæ, subquo dilecti filij fratres ordinis Seruorum beatæ Mariæ sub regula sancti Augustini degunt; Indies magis prosperè de bono in melius dirigantur, & sublatis quibusuis obstaculis, ac vagandi habitu amputato præfulgeat, id salubriter statuimus, & ordinamus, prout in domino conspicimus, rationabiliter expedire; Accepimus siquidẽ quod licet tã secundũ Canonicas sanctiones, quã tui ordinis regularia instituta dicti ordinis fratres quacunq; causa: etiam studij, seu alia occasione, vel recedere, vel absq; licentia superiorum suorum, vel post eiusdem licentiæ reuocationem extra domos dicti ordinis morari non possint. Nihilominus nonnulli, ex dictis ordinis fratribus ægritudines, ac corporum, & animarum passiones simulantes. Alii subueniẽdi parentum Inopiæ colore quæsito. Alii verò ad studiorum vniuersitates absq;*

*Breue Leonis decimi contra apostatas insertum in hoc diplomate à Paulo tertio cuius transumptum hinc inde habetur: & in monasterio D. A. à seruatur.*

*licentiâ superiorum huiusmodi, seu eadem licentia reuocata, accedere, & inibi morari, & quod deterius est, priuilegiis Vniuersitatibus huiusmodi, illarumq́ scolaribus cōcessis, Vt liberius in sua dannata præsumptione permanere posint, se tueri, alii Verò propriæ salutis obliti, apostolicas in quibus se professionem aut numquam, aut infra pubertatis annos, seu per Vim, & metum fecisse asserunt, literas impetrare, ac habitu abiecto, per habitacula secularium personarum, & loca inhonesta discurrendo. Cum laicis conuersari non Verentur. Alii Verò sub prætestu habilitatis, seu dispensationis ad obtinēdum ecclesiasticum, siue Ecclesiastica, beneficium, seu beneficia per clericos seculares obtineri solitum, Vel solita per literas apostolicas sibi concessas. Nonnulli alicuius ex San. Rom. Ecclesiæ Cardinalibus familiaritatis literas exibentes obedientiæ regularis laxatis habenis, extra ordinem, et obedientiam suorum prælatorum; In parentum, Vel consanguineorum suorum domibus morari, et permanere, ac benefitiis Ecclesiasticis deseruire, et per seculum Vagare præsumunt. Quidam sacrarum literarum non consulti, sine tuo scitu atq́ licentia apostolicis literis surreptitiè fauore amicorum obtentis ad magisterii, et doctoratus gradum indigne promoueri procurant. Quæ sine animarum suarū pernitie, Religionis Vituperio, Dei contemptu, et populorū scandalo fieri nequaquā possent. Quare pro parte tua nobis fuit humiliter supplicatum, ut de Cetero perpetuis futuris temporibus ne fratres dicti ordinis extra ordinem huiusmodi quacunq́ occasione, Vel causa etiam infirmitatis, Vel passionis, aut parentibus subueniendi prætextu, literarum per ipsos a maiori Penitetiario nostro super hoc Impetraturum, aut respectu etiam studii in quouis loco particulari, aut quacūq́ Generali Vniuersitate, siue Vigore cuiusuis dispensationis apostolicæ, et habilitatis ad obtinendum quodcunq́ Ecclesiasticum benefitium per clericos seculares obteneri solitū, nisi actu in titulū illud obtineant, ac Vigore familiaritatis alicuius ex dictis Cardi. cōtinui cōmensales fuerint; absq́ licentia suorum superiorum huiusmodi, et illa durante etiam de licentia sedis apostolicæ, et prætextu quarumcumq́ facultatum, indultorum, et literarum apostolicarum, dictis Vniuersitatibus pro tempore concessarum morari, et permanere posint, statuere, et ordinare. Alii autem qui professionem se numquam aut infra pubertatis annos, Vel per Vim, et metum, Vt præmittetur, fecisse asserunt, literis apostolicis, et processibus desuper habitis ab ipsis ablatis, ad religionem statim reuocari, et habitum sacrilegè relictum reasumere, compelli mandare, aliasq́ sibi super his oportuna prouidere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur attendentes, quam gratus deo sit, et acceptus obedientiæ fructus, quodq́ inter alia religionis merita abnegatio propriarum Volunta*

*tum præcipuum est, et quo ad literarum studia quod prælati ipsi præsumuntur optime scire. Qui fratres literarum studio, et quanto tempore, et qui alijs Religionis occupationibus vacare debent, omniumq; religiosarum personarum tranquillitatem, ac illis euagandi materiam omnino præcludi, eorumq; excessibus obuiari supremis exoptantes affectibus, huiusmodi supplicationibus inclinati, quod de cetero perpetuis futuris temporibus fratres prædicti agritudinis, aut subueniendi parentum inopiæ, siue quauis alia occasione, vel causa, respectu etiam studij, aut dispensationis ad obtinẽdũ beneficium, huiusmodi nostra, seu quauis alia authoritate, sibi concessa, nisi beneficium ipsum fuerint canonicè actu assecuti; siue familiaritatis alicuius ex dictis Cardinalibus, præterquam si actu continui commensales fuerint extra prædictum ordinem tuum, præter, vel absq; licentia tua, & successorum tuorum, & illa durante etiam apostolica prædicta, etiam prætextu quarumcumq; facultatum, indultorum, & aliarum apostolicarum literarum quibusuis vniuersitatibus concessorum sine consensu tuo, commorari non possint. Quos tamen omnes dum extra domos eos viuere, & esse contigerit, differente a Claustrali habitu volumus vt. Quodq; vbiq; locorum dum, & quotiens opus fuerit, fratres extra ordinem prædictum, siue quauis occasione, alio modo commorantes, ad ordinem huiusmodi redire cogere, & cõpellere possis, apostolica authoritate tenore præsentium statuimus, & ordinamus. In alijs rursus professionem se numquã, aut infra pubertatis annos, vel per vim, aut metum emisisse asserentibus. Res tam impiæ, occurrere cupientes, cum concessiones illæ falso sint impetratæ, ac etiam si bene, & rite impetratæ fuissent, in foro conscientiæ dumtaxat, non in foro contentioso, ne contra religionis iura consuetudinem, aut voluntatem valerent. Tibi in virtute sanctæ obedientiæ mandamus, ut fratres ordinis tui cuiuscumq; conditionis sint, qui ab obedientia exierint, aut habitum reliquerint hactenus, aut in posterum exituri, relicturiue sint, quacumq; authoritate, id fecerint, nisi ad artiorem regularũ, vbi actu obseruanter viuant, transierint, vigore nostrarum, & aliarum apostolicarum literarum super supplicationibus a Romano Pontifice pro tempore existente, aut præsente, aut mandante, signatis quibus præsentibus non derogaretur, ad ordinem atq; ordinis loca reuoces; bullas auferas, habitum sacrilegè relictum reassumere, insania pœnitere, diuino cultui, & propriæ saluti vacare cogas, accito etiam si opus fuerit brachio secularis auxilio. Decernentes motu proprio, & ex certa scientia, vt fratres qui ab ordine recesserint, aut in posterum quecumq; modo exierint, aut habitum reliquerint, relicturiq; sint, nisi post mandatum tuum, infra otto dies mandato proximos ad obedientiam redierint, habitumq;*

perpe-

*perpetuo gestandum reassumpserit, excomunicationis latæ sententia pœnam incurrant, a qua absolui nisi per summum Pontificẽ, aut morte interueniente non possint. Volumus, & decernimus pœnam eandem subijre omnes eos, qui his auxilium consilium, vel fauorem præstiterint. Cæterum eandem authoritatem, & scientia similibus statuimus, & ordinamus, quod in quibuscunq; literis ad ipsorum fratrum instantiam siue sub annulo piscatoris, aut sub plumbo, vel penitentiaria super præmissorum aliquo, etiam si id magisterij, & in sacra Theologia doctoratus gradum ante, & successoribus tuis prius licentia non obtenta, quomodocunq; quis promoueri curabit; in obedientia regularis derogationẽ etiam super quibusuis supplicationibus, nobis aut Rom. pontifice pro tẽpore existente, aut præsente etiam mandante, simpliciter, & absolute signatis, impetratis hactenus, et in posterum impetrandi semper, & indifferenter, sub intelligatur clausula huiusmodi, & de licentia superioris, & ea durante; Decernentes literas prædicta clausula carentes, nullas nulliusq; roboris, vel momenti fore: in illisq; indifferenter dictã clausulam, etiam si non fuerit apposita, semper tacite sub intelligi nostra intentionis fore, inhibentes districtius locorum ordinariis sub interdicti ingressus Ecclesiæ, & suspensionis a regimine, et administratione suarum ecclesiarum, ac omnium aliorum benificiorũ conseruatoribus Parrochialium Ecclesiarum rectoribus, & alijs quibuscunq; sub excomunicationis latæ sententiæ, & priuationis omnium aliorum beneficiorum, ecclesiasticorum quæ obtinent, necnõ inhabilitationibus ad illa, & alia in posterum obtinenda, pœnis eo ipso quod contrafecerint incurrendis: ne te quominus fratres dicti tui ordinis sub indultorum, exemptionum, gratiarum, ac literarum apostolicarum prædictarum specie extra domos, et obedientiam tuam vagantes, capere, & apprehendere, etiam violenter illosq; ad domos, & loca, vnde recesserint reducere, et carceribus mãcipare volentem, & mandantem quouis modo per se, vel per alium, seu alios directæ, vel indirectæ impedire præsumant. Non obstantibus præmissis, ac apostolicis necnon in prouincialibus, & Sinodalibus conciliis editis Generalibus, vel specialibus constitutionibus, suspensionibus, reuocationibus, restitutionibus, bullis, literisq; præfatis fratribus concessis, aut in posterum conceden. indultis priuilegiis, facultatibus, literis apostolicis cum quibusuis clausulis etiam derogatoriarum, derogatoriis, ac fortioribus, & insolitis, quibus omnibus illa etiam si de eis, eorumq; totus tenoribus, & datis, non per huiusmodi Generales clausulas, etiam specialem mentionem importan. Sed specifica, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, seu quauis alia mentio habenda esset, præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris specialiter, et expres-*

*Recedentes ab ordine Seruorum, & sine habitu degentes excomunicantur. à qua censura nõ possunt absolui nisi à summo pontifice: in quã censuram incidunt etiam eorum fautores.*

*Licentiæ à sede apostolica obtentæ nullius valoris existũt nisi confirmentur à Generali quas etiã quotiensctiq; sibi libuerit valet reuocare.*

*ca, derogamus, ceterisq́; contrariis quibuscunq́; Volentes & decernen: quod huius modi statuto, & voluntati nostræ nullatenus derogari possit, præterquã præsentes de verbo ad verbum inserta fuerint. Ne igitur tanta pestis, morbus vnquam in ecclesia pullulet; hoc nostrum decretum fecimus præsentibus, ac perpetuis futuris temporibus duraturum. Harum autem literarum transumptis manu notarij publici, & curiæ causarum cameræ apostolicæ Auditoris sigillo munitis, non minorem volumus adhiberi fidem, quam si præsentes essent exhibetæ, vel ostensæ. Datum Flor. sub annulo piscatoris Die xxiiij Ianuar. M.D.XVI.*
*Pontificatus nostri anno tertio. Iacobus Sadoletus.*

*Vt autẽ præmissa eo firmiora sint, cũ fuerĩt maiori patrocinio munita, literas prædictas, & singula in eis scripta, authoritate apostolica tenore præsentiũ confirmamus, & approbamus; ac præsentis scripti patrocinio communimus, easq́; inuiolabiliter obseruari, & iuxta earũ tenorẽ per quoscunq́; iudices, & cõmissarios quacunq́; authoritate fungẽtes Sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpetrandi facultate, iudicari, & diffiniri debere decernimus. Non obstãtibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac omnibus illis quæ dictus Leo. in eisdem literis suis voluit non obstare; Cæterisq́; contrarijs quibuscunq́;. Datum in Domo Sanctæ Crucis extra Muros Niciern. sub annulo piscatoris. Die iiij, Iunii. M.D XXXVIII. Pontificatus nostri Anno Quarto.*

Fabius Vigil.

# PAVLVS PAPA III.

**Fratres Seruorum in solutione decimarum quomodo sint immunes.**

*DILECTI filij salutem, & apostolicã benedition. Cum nuper pro sedis apostolicæ vrgentibus necessitatibus duas Decimas omnium, et singulorum, fructuum, redditũum, et prouentuum secundum communem valorem quorumlibet, Monasteriorũ seu Domorum Fratrum quorumuis ordinũ, etiã Mendicantium ex priuilegio apostolico, vel alios certos redditus habentium imposuerimus. Nos, vt liberius diuinis beneplacitis vacare possitis, rerum vestrarum statu paternè prospicere, et necessitatibus vestris, de quibus plenè informati sumus quantum cum Deo possumus, dilecti præsertim filij Dionysij Laurerij Generalis vestri qui apud nos super hoc institit, in hac parte supplicationibus inclinati. Vobis quod ratione quorumcunq́; Monasteriorum, seu Domorũ ve-*

*stri ordinis, tam impositas prædictas, quã in futurum imponendas Decimas non nisi pro illis fructibus qui deductis septẽ Ducatis auri pro quolibet fratre in eisdem domibus existentibus superfuerint soluere teneamini, & ad alios soluendum minime compelli, nec propterea aliquibus censuris innodari possitis authoritate apostolica tenore præsentium concedimus, & indulgemus. Inhibentes sub indignationis nostræ pœna omnibus, & singulis dictarum Decimarum commissarijs, collectoribus, et subcollectoribus nunc, et pro tempore deputatis, ne vos, aut vestrum aliquem ad aliquam solutionem, seu contributionem huiusmodi contra tenorem præsentium quomodolibet cogere, aut vos desuper molestare præsumant. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac quibusuis literis super Decimarum huiusmodi impositionibus emanatis, et pro tempore emanandis, necnon per illas eisdem Commissariis, & collectoribus pro tempore concessis facultatibus, quæ aduersus uos cõtra tenore præsentium nullatenus suffragari volumus. cæterisq; contrarijs quibuscunq;. Volumus autem quod præsentium transumptis manu notarii publici subscriptis, et Sigillo alicuius Curiæ ecclesiasticæ, seu personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ originalibus adhiberetur si forẽt exhibitæ, vel ostensæ.*

*Datum Romæ apud Sanctum Marcum sub annulo Piscatoris. Die. XVI. Iulij. M. D. XXXVIIII. Pontificatus nostri Anno Quinto*

*Blosius.*

*VNIVERSIS, & singulis præsens transumptum inspecturis: Nos Aschanius Parisanus Episcopus Ariment. S. D. N. Papæ Generalis Thesaurarius. Vniuersitati vestræ notum facimus, & attestamur, quatenus literas originales S. in Cristo Patris, & Do. N. D. Pauli Papæ. III. in forma Breuis, sub annulo Piscatoris, præ impressi tenoris, Pro parte Reuerendi Patris fratris Dionysij Laurerii ordinis Seruorum Generalis nobis exhibitas, sanas, integras, autenticas, nen vitiatas,, omniq; prorsus vitio, & suspitione carentes: vidimus, & diligenter inspeximus, ac coram nobis per Notariũ infrascriptum collationari, & auscultari audiuimus. Cũ præimpresso exemplo, Quod cum per omnia ipsis originalibus concordari reperiretur, ad eius vbiq; fidem facien: per modum autentici transumpti. Authoritatem nostram pariter, & decretũ interposuimus, ac sigillo nostro muniri mandauimus. Actũ, & datũ Romæ in domo nostra solita resideñtia. Die. XVIII. Iulij. M. D. XXXVIIII. Pontificatus eiusdem Sanctissimi D. N. Anno Quinto.*

*Aug. Bonni: curie causarum Cam. Apo. not.*

Confirmantur omnes immunitates, et libertates monast. d Annũt. elargitæ: et ab exactionibus principum idem monast. liberatur: archetipon munimine plumbeo obsignatum habetur in eodẽ monast.

CLEMENS Episcopus seruus seruorũ Dei dilectis filiis Priori, & fratribus domus Beatæ Mariæ Annuntiæ Seruorum de Florentia ordinis eiusdem Beatæ Mariæ Seruorum salutem & apostolicam benedictionem. Cũ à nobis petitur quod iustum est, & honestum tàm vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, vt id per solicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in Domino filii vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu omnes libertates, & immunitates a prædecessoribus nostris Romanis pontificibus sivè per priuilegia, concessiones, & alia indulta, vobis, & domus vestræ, ac illius annexis, etiam ad instar Prædicatorum, Minorum, Heremitarum sancti Augustini, & Beatæ Mariæ de monte Carmelo ordinum concessa: necnon libertates, et esemptiones secularium exactionum à regibus, & principibus, ac aliis Christi fidelibus vobis, & domui vestræ, ac annex huiusmodi rationabiliter indultas sicuti ea omnia iuste, & pacifice possidetis vobis, & per vos domui vestre, ac illius annexis authoritate apostolica confirmamus, ac præsenti scritto communimus Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, & communitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno incarnationis dominicæ M.15.¦25 sesto id. Decẽbris Pont. nostri An. Tertio.

B. de miranda.

DILECTIS FILIIS AUGUSTINO de Aretio Priori Generali ordinis Seruorum beatæ Mariæ sub regula Sancti Augustini, & Philippo Castello Vicario Generali congregationis de obseruantia nuncupatæ eiusdem Ordinis.

Iulius Papa III.

DILECTI Filij salutem, & apostolicam benedictionem. Exponi nobis nuper fecistis, quòd licet diuersi Romani Pont. prædecessores nostri diuersa priuilegia sub uarijs formis ordini, & congregationi vestræ: illorumq; fratribus hactenus concesserint, nihilominus

vos

*vos pro serenitate mentium vestrarum desideratis illa Apostolico munimine roborari, ac approbari, & confirmari. Quare nobis humiliter supplicari fecistis; vt omnibus, & singulis priuilegijs, libertatibus, exemptionibus, et immunitatibus Ordini, & Congregationi prædictis, & illorum fratribus concessis pro illorum subsistentia firmiori robur Apostolicæ confirmationis adjicere, illaq́; iuxta formas eorum obseruari mandare, ac aliàs super ijs opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur attendentes fructus salutares, quos ordo vester in ecclesia dei hactenus produxit, et producit in dies, ac sperantes quòd de bono in melius perseueret, huiusmodi supplicationibus inclinati omnia, & singula priuilegia exemptiones, indulta, immunitates, & libertates tā per fe. re. Inno viij. eius litteris sub data Rom. Mille. Quadrig. Octuag. Septimo. VI. K. Iunij Pont. sui Anno iij. quæ incipiunt Apostolica Sedis, & Mare Magnum Fratrum vestri ordinis nuncupatum. Necnon Iulium ij. & Clem. vij. ac Paulum iij. quam quoscunque alios. Rom. Pont. Prædecessores nostros hactenus quomodolibet, & sub quibuscunq́; tenoribus, & formis in genere concessa, & innouata, quorum omnium tenores, ac si de verbo ad verbum præsentibus insererentur pro sufficienter expressis, & insertis habere volumus. Autoritate Apostolica, & ex certa nostra scientia tenore præsentium approbamus, innouamus, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere, & inuiolabiliter obseruari debere decernimus. Et pro potiori cautela, illa cum illorum extensionibus, ampliationibus, communicationibus etiam de nouo concedimus. Vosq́; & pro tempore existentes Priores, & Vicarios Generales, ac Fratres, & Personas ordinis congregationis vestrorum huiusmodi. Nec non domos, ecclesias, & loca vestra omnibus, & singulis priuilegijs, exemptionibus, indultis, & gratijs quibus vis dicti, & aliorum etiam mendicantium, etiam de obseruantia nuncupatorum, etiam prædicatorum, Eremitarū Sancti Augustini, Minorum, Carmelitarum, & Minimorum, & aliorum quorumcunq́; Ordinum fratribus, et personis, ac Congregationis, illorumq́; ecclesiis, Oratorijs, domibus; & alijs pijs locis, illorumq́; Prioribus, fratribus, etiam conuersis, & oblatis, corrigiatis, Mantellatis, & de pœnitentia nuncupatis, & alijs personis per eosdem prædecessores; ac forsan etiam nos, & sedem prædictam hactenus quomodolibet, etiam viuæ vocis oraculo in genere concessis; & præsertim piæ me. Clem. iiij. etiam prædecessoris nostri inter alia disponentis quòd nulli ex mendicantium ordinum professoribus ecclesias, oratoria, loca, vel domos fratrum Minorum, et Prædicatorum ordinum prædictorum per trecentas cannas per aera construere, vel ædificare, aut construi, vel ædificari facere possent, vti, frui, & gaudere posse, & debere in omnibus,*

*Mare Magnum Seruorum cōfirmatur. & omnes imunitates. a prædecessoribus Iulii Tertii approbantur.*

*Communicatio priuil. omnium mendicantium.*

& per omnia perinde, ac si vobis, & congregationi vestris, & ordini, necnon domibus, ecclesiis, ac locis vestris concessa fuissent scientia, autoritate: & tenore prædictis decernimus: illorumq; transumpta vobis, dictoq; Ordini, et Congregationi vestris, illorumq; personis, locis, & bonis in iudicio, & extra illud vbicunq; per vos, vel alias dicti vestri ordinis, seu cōgregationis personas, seu illorum nomine fuerint exhibita, vel ostensa, suffragentur, ac si in eis ordo, & congregatio vestri huiusmodi, illorumq; prælati, personæ, & loca nominatim fuissent, essent expressa. Non obstantibus quibuscunque Apostolicis suspensionibus, reuocationibus, & restrictionibus, ac Prouintialibus, et Synodalibus concilijs, editis generalibus; & specialibus constitutionibus, necnon quorūcunq; locorum Generalium studiorum vniuersitatibus, & quibuscumq; ordinarijs Prælatis, & personis concessis litteris, & priuilegijs, etiam si ad illorum derogationem de illis, eorumq; totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas Generales idem importantes mentio seu quæuis alia expræssio habenda, aut aliqua alia exquisita forma seruanda esset. Illarum tenores præsentibus pro sufficienter expræssis, & insertis habentes. Illi aliàs in suo robore permāsuris, hac vice duntaxat, quo ad præmissa, specialiter, & expresse derogamus. Et illa nemini in praiudicium præmissorum suffragare posse, aut debere etiam decernimus. Necnon omnibus illis, quæ præfati prædecessores in suis litteris huiusmodi uoluerunt non obstare, cæterisq; contrarijs quibuscunq;. Volumus autem quòd transumptis præsentium etiam impressis manu alicuius publici notarij subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constituta mu nitis eadem prorsus fides vbicumq; adhibeatur tam in iudicio, quam extra illud, quæ ipsis originalibus litteris adhiberetur, si illæ essent exhibita, vel ostensa.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo piscatoris die. X. Aprilis. M.D.LI: Pont. nostri Anno. ij.

Ro. Amasæus.

Iulius

# INDEX MARIS MAGNI.


A

APostatis seruorum inhibetur sacramentorum administratio 62. 150. Contra Apost. breue Leonis decimi. 150. Apostasarū bona ad suos ordines spectant. 150.

B

Bulla Pii Quinti super confirmat. & declarat priuilegiorū Mendic 124.
Breue eiusdem Pii super declarat. quatuor ordinum Mendicant. 118.
Breue Leonis decimi cōtra Apost. 150.

C

Capitulum Generale de triennio in triennium celebrandum. 11.
Capit prouinciale quolibet anno ibi.
Comunicatio priuilegiorū ad omnes mendicantes. 143. 124 138.
Confessio 17 57 128. 134. 146.
Conseruatores contra molestātes Fra. Seruorum. 147.

D

Diffinitores Gener. in cap. proui. eligendi. 13.
Decimarum exemptio & solutio. 155.

E

Epilogus Priuilegiorū, & indulgen. Ordi S. Dom a car. 89 vsq; ad. 100.
Epil Priuil. & indul. ord S. Franc à car. 100. vsq; ad 109.
Epil Priuil & indul ord. S. Augu. à car. 109 vsq; ad 115
Epil. Priu. & indul. Carmel 115. vsq: ad 119.
Epilog. cominicat. Priuil & Indulg. quatuor ordinum Mendicā. 119.
Episcopi nō habent iurisditionem in Mendicantes 129. 131. non possunt impedire vnionem beneficiorum. 130. tenentur licentias gratis dare pro construendis domibus. 133. Nouitias examinare 130 Monialiū monasteria non debent ingredi ibid.
Eleemosina. 33. 58 72 133.

F

Fratres Seruorum possunt mortuorū corpora sepellire, nec vllo pacto impediri. 7 50 51: 55. 56. 76 130 132 134. 139. Eligere Generalem ex suo ordine. 8. 146 Eandem authoritatem habent in audiēdis confessionibus, vt alii mendican. 17 57 128. 134 & 146. Non possunt transire ad arctiorem Religionē. nec dignitates, aut Prælaturas habere sine licentia Gen 19. 23. 62 73. . 129. Gaudent omnibus Priuilegiis cōcessis eremitanis. cæterisq; Mendicantibus. 20. 46. 66. 72. 74. 157 Nō possunt citari etiam à legatis, nisi de illis habeatur specialis mētio. 70. Sunt immunes à charitatiuis subsidiis. 26. 29. 132. 133. In quibus vis Regnis domos construere. 28. 146. Subiecti immediate Sedi Apostolicæ 31: 129. 147. Vbiq; mendicare, & eleemosinas recipere etiā ab excomunicatis. 33 58. 72 133. Semel in vita & semel in morte cōfessorem eligere à quo absolutionem plenariam possunt recipere. 65 Habere altare portabile 65. Tempore interdicti diuina celebrare. 66 131. Possunt in capella apostolica orare 72 Si refugiant ad Episcopos debent puniri 129. Inter mendicantes connumerantur 139. Possunt recipere de malè ablatis vsq; ad summam ducentarum librarum pisanarum. 145. Recedentes ab ordine excomunicantur, à qua excomunicatione non possunt absolui nisi, à Pont. 151.
Fides irrita habēda Mari Magno Seruorum. 76 77.

G

Generalis Seruorū potest suos subditos corrigere. 6. 52 53. In quolibet cap gener. debet renunciare officium 12. Duos magistros in theol. creare. 21 64. Ab omnibus delictis quibusdam paucis exceptis suos subditos absoluere. 53 In quibusdam grauissimis erroribus dispensare. 54. . Ritè electus liberè suū officiū exercere. 56. Contra Apostat. ubiq; insurgere 62. Monasteria reformare. 70. In quibusdam ieiuniis dispēsare 73. Vsum rerum temporalium suis fratribus permittere. 73.

H

Habitum Seruorum nullus consimilem potest deferre. 63.

I

Indulgentiæ quid. 121. quis possit eas dispensare ibid. quibus prosint 121. quot requirātur ad susceptionē 122 ad quid valent. 122 causa triplex in earum valore. ibid quid significēt anni, & dies indulg 123. quomodo expirent in articulo mortis. & quomodo non. 123.
Indulgentia. 20. 46. 65. 66. 67. 98. 102. 104 106 109 115 119. 131.

L

Layci se intromittētes in reformationibus ord excomunicantur 70.
Licentiæ datæ à sede Apost. durant ad beneplacitū Generalis Seruorū 73.

M

Monasteria Monialium destinata ad Fratres pertinent. 54.
Mantellatæ possunt in propriis Domi


X ii

bus sacramenta recipere: & vti omnibus priuilegiis ordinis. 59.
Molestantes fratres Seruorum excommunicantur 75.
Mari Magno Seruorum fides adhibenda. 76 77.
Mendicantes possunt in suis ecclesiis prædicare sine Epise. licentia. 128. confessiones tam intra, quam extra domus audire. ibid Semel admissi in vna dioces habentur pro semper admissi in eadem. 128. eximontur ae Episcopis. 129. exercere possunt curam animarum. 130 132. campanas pulsare, & mortoorum corpora asso ciare 130. à quoeunq; Episcopo ordinari 131 in quibusuis Ecclesiis missas celebrare. 131. tempore interdicti 131. Non tenentur ad quartam. 134. non ad contributionem pro semina rio 132. 133 134. in die cæne prædicare & mandatum celebrare 133.
Mendicantes qui dicãtur. 139. Comunicant in priuilegiis. 134.
Monasteriũ D Annũtiatæ de Flor. 156.

O

Officiales debent resignare Off. 15 in rare fidem Sedi Apost. 15.
Oblati vtriusq; sexus omnibus priuilegiis gaudent. 40.
Ordo nullus potest ecclesias cõstruere propè ecclesias Seruorum. 68.

P

Prouincialis Serue quomodo eligẽdus, & confirmandus. 13. 36.
Prior conuentualis quomodo elig & conf 14. 56.
Prælati munera nõ debẽt recipere 15.
Processus contra frat. Seruorum irritantur 51
Parrochus potest à frat. cõstitui. 55.
Prælati cuiuscumq; gradus teneatur Fr Ser. defendere. 77.
Priuil Ord S. Dom. 59.
Priuil Ord S Fra. 100.
Priuil Ord. S. Aug. 109.
Priuil. Carm. 119.
Pri. quid. 84 à quo possit concedi 85. quotuplex ibid: à quo possit interpretari 86 quot modis euacuetur. 87.

R

Religio Seruorum ex ore infantissimo minatur. 2. subiecta imediatẽ sedi Aposto. 31 51 129 Gaudet omnibus priuil. Mendi. 74. 157 locum habet orandi in capella 72 imunis à decimis, & charitatiuis subsidiis. 115.
Regula fratrum, & sororum de cõsortio. à car. 36. vsq; ad 46.

S

Sepultura 7 50. 51 55 59 76 130 134 119.
Sindicorum authoritas. 76.
Subsidiũ. 26. 29 58 132. 133 139. 155.

Z

Zacharias Generalis Seruorum. 82.

F I N I S.

Nomina Maxx. Pontt. Qui indulgentias, & Priuil. Mendicã. concesserunt.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Alexan quar. | Clem. Quar. | Hono Quar. | Nich. Quar. | Sixt. Quar. |
| Alexan. quin. | Clem. Quin. | Inno. Quar. | Nich. Quin. | Vrba. Quar. |
| Alexan. Sext. | Clem. Sex. | Ioa Vig. Sec. | Paul. Sec. | Vrb. Quin. |
| Bened Vnde. | Clem. Septi. | Ioa Vig. Ter. | Pau. Ter. | Vrb Sextus. |
| Boni. Octa. | Eug Quar. | Iul. Secund. | Pau. Quar. | Inno. Oct. |
| Boni. Nonu | Greg. Nonu | Iul. Tertius. | Pius. Sec. | |
| Calix. Ter. | Greg Vnd. | Leo. Decim. | Pius Quar. | |
| Clem. Ter. | Hono. Ter. | Mar. quin. | Pius Quin. | |

ERRATA.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Vicaris. | 14 10. | Vicarius. | cuntingerit | 69 | 8. | contigerit |
| Collestores. | 24 23. | Collectores. | decernibus | 73 | 4. | decernimus |
| Prædistorũ. | 24. 27 | Prædictorum | luminaribus | 95. | 2. | luminaribus. |
| Sanctam | 28 27. | Sancta | Seraphei | 100. | 11 | Seraphyci |
| persistando | 29 9 | persistendo | Pontificium | 100 | 12. | Pontificum |
| singulorũm. | 29 241 | singulorum | verbuus | 113. | 18. | verbum |
| alba. | 37. 27. | albæ. | fuerit | 109. | 14 | fuerint. |
| ieiunet. | 41. 6. | ieiunent | oblinuerit | 115. | 23 | obtinuerit |
| mense. | 44. 16. | meniæ. | fuxus | 117. | 8. | sexus |
| continentis | 45. 25. | continentiis. | lociis | 125 | 4 | locis |
| fraribus. | 58. 8. | fratribus | diebu | 125. | 33. | diebus |
| subsidis | 58. 23. | subdii. | poo | 125. | 39. | pre |
| discendent | 62 16. | discedent | peperunt. | 126 | 6. | pepererunt |
| ordiriorum | 62. 15. | ordinarium | plipuerit | 128 | 15 | placuerit. |
| Vltramontũ. | 64. 13 | Vltramõtanũ | quomolibet. | 139. | 24. | quomodolibet |

CONSTI-

# CONSTITVTIONES FRATRVM SER. B. M. V.

*A Pio V. Pont. Max. decretæ.*

*Ab Illust. Car. Farnesio eiusdem ordinis Protectore propositæ,*

*Et à Reuer. Zacharia Floren. Gen. Ser. promulgatæ.*

M. F. S.

*Benedicam Dominum in omni tempore.*

# FRATER ZACHARIAS DE FLORENTIA

*Totius ord. Seruorum B. M. Prior Generalis Dilectis in Christo Patribus, Fratribus, ac Filijs eiusdem ordinis sal. & fœlicitatem in Domino sempiternam.*

*CUM illud, quod à Deo optimo maximo diutius exoptaueram, atq; etiam uotis quàm sæpißimè fueram precatus: tandem aliquando euenit, ut. s. hisce oculis antequam uita sim functus, Religionem hanc nostram, cuius salute nihil unquā in hac uita carius fuit, uideam ad sāctiores, & antiquiores leges redigi, à quibus (nescio quo pacto) lōgo interuallo disiuncta erat, licere nunc mihi per humanitatē uestrā existimo, illud uos animaduertere, omnia, quæ gesta sunt ita nobis, Religioniq; nostræ necessaria fuisse ut quisq; prudētißimus facilè iudicare poßit non cuiusuis hominis prudētiā, sed Deū hoc tempore subuenisse, atq; (ut aiunt) medicinā fecisse. Id autem latißimè apparebit, si modo uobis in mentem ueniāt, quemadmodum mihi, terq; quaterq; uenerunt fœlicißima illa tempora Aug. bonuccij præfecti Generalis: cuius recordatio & suauis, & amara mihi sēper uisa est. Suauis quidē tū quod sua singulari doctrina totā Religionē cohonestauit; cuius rei Tridentina Synodus optimū dicit testimoniū. tū etiā quod, eo gubernāte nullū naufragiū factū est; sed prosperū sēper cursū tenuimus: Amara uerò quoniā illius morte unusquisq; uestrū uelit, nolit, fateatur necesse est, diminutam esse Religionis nostræ dignitatē, atq; in*

*de tot incōmoda, tot mala, secuta fuisse, ut de cōmuni utilitate fuerit omnino quasi desperandū. Primū siquidem cum ille è uita cessit, emersit statim, nescio qua de causa, trium annorum Magistratus, cuius culpa adeò deformata fuit Religionis maiestas, ut boni uiri persæpe lugerent animo, cum aut uiderent, aut audirēt authoritatē neglectā, Magistratū derisū, et alia huiusce generis plurima, quæ nec digna putaui, vt à me litteris mādarētur. Prodierūt deinde post tāti viri obitū nouæ illæ cōstitutiones, quæ nō solū, et nostro, & illustrissimorū Cardinaliū cōsilio indicatæ sunt decretis sacrosāti, et Oeucumenici Cōcilij repugnātes. Qua quidē re nihil magis impiū, Uerū et illud detrimēti importarūt, quod permiserūt imperitā multitudinē, cui deest cōsiliū, et rerū gerendarū prudētia ad eligēdū præfectū Generalē cōuenire. Quis igitur nō cēseat huic tāto malo medicinā adhiberi debuisse? Qua propter plurimū uiderūt dū Bononiæ duobus iā elapsis annis, maiora haberētur comitia; Prouinciales oēs, Uisitatores, ac Diffinitores, qui diuino afflati numine in iuuādū Religionē ob huiusmodi cōstitutiones lāguentē, oēs ingenij sui neruos intēdētes, in eā demū sententiā uno omniū cōsensu delapsi fuere, ut omnis hac in re adhiberetur cura, ne leges nostræ à Tridentina Synodo, uel minimū discreparent, Idq; insuper illis cura fuit, ut Præfectus Generalis sexsennio gubernaret, ac ingens eorū numerus tolleretur, in quorū authoritate eius electio reponēda erat. Ut aūt omnia fœliciter illis, et exanimo euenirēt hanc mihi curā demādarunt; Ut à sācta sede Apostolica omnia hæc, quæ ad cōmunē utilitatē spectabāt, impetrarē. Tūc nihil ego antiquius habui, quā uolūtati eorū satis facere, et cadēti Religioni opem ferre. Insudaui, plurimum studij, et operæ in hoc potissimū cōsumpsi; Ut ad uetustiora præcepta à maioribus nostris tradita has cōstitutiones dedu*

*cere͂, et qualia, et qua͂ta ſim paſſus, Deus ſcit oculis cuius nu da, & aperta ſu͂t omnia, neq; ulla ta͂ta fuit animi perturbatio, quæ ab hoc honeſto ſtudio deterrere poſſet; Sed Deo Duce, Auſpiceuè benignitate Sanctiſſ. Domini noſtri Pii V. adiuuante et Illuſt. Alexa͂dro Farneſio noſtri ord. Protectore, quod et mihi, et uobis omnibus erat in optatis, magna ex parte ſu͂ co͂ſequutus: ſin aute͂ quæ præſertim de elige͂do Generali, aut de ſuffragioru͂ numero optimi quiq; ſperaba͂t aſſequi penitus no͂ potui, Scitote neminem eas uires habere, ut cu͂ diuina uoluntate, cuius imperio cuncta guberna͂tur, co͂tendere ualeat. Itaq; co͂ſtitutiones ita Apoſtolicis litteris approbatas, et roboratas, ea qua fieri potuit diligentia imprimendas curaui, in quibus cu͂ aliqua dubia eſſent, ex quibus no͂ facilè Germanus ſenſus elici potuiſſet, nec littera͂ quidem paſſus ſum immutari, ſed effeci, ut in extremitatibus ad maiorem explicationem a͂notationes quæda͂ apponere͂tur. et in gratia͂ quoq; ſtudioſorum, ac Regulæ Diui P. Auguſtini Profeſſorum aliqua ad eandem Regulam intellige͂da͂ perutilia adiicenda mandaui. His omnibus unum acceſſit (quod ſingulis putaui non iniocundum fore) Mare inquam Magnum, iunctis etia͂ quibusda͂ aliis indultis, (ex quibus pauciſſima impreſſa reperieba͂tur) nec no͂, et uniuerſis priuilegiis quatuor ordinibus Mendica͂tiu͂ elargitis. Quæ ſingula dilectiſſimus in Chriſto filius Michael Flor. diuinaru͂ literarum ſtudioſus summo ſtudio, ſummis uigiliis, ſu͂maq; pietate in ordine͂ redigit, adiecit; prænotauit, et typis excude͂da curauit. Hæc igitur omnia ſic elaborata, & has conſtitutiones à Sanctiſſ. Pio. V. decretas, & ab Illuſtriſſ. Farneſio Protectore noſtro propoſitas libenti animo iuxta formam litterarum Apoſtolicarum accipiatis uelim. Quæ ut uobis dies, noctesq; cordi ſint Deum Clementiſſimum diligentiſſimis præcibus exoro. Val. Flor. ex ædibus noſtris D. An. idibus. Auguſti.*

# PIVS PAPA V.

*AD perpetuam rei memoriam. Romanus Pontifex ex commißi sui pastoralis officij debito sacri concilij Tridentini decretis fauorabiliter inherens, ac quarumlibet religionum prospero statui, directioni, & reformationi intendens illa, quæ propterea ab aliis prouidè facta, maturèq; discussa fuisse noscuntur, vt firmius subsistant, apostolico munimine roborari consueuit contraria illis, si quæ sint reuocãdo. Sane cum alias venerabilis frater noster Alexander Episcopus Tusculanus Cardinalis Farnesius nuncupatus ordinis Fratrum Seruorum beatæ Mariæ sub regula Sancti Augustini Protector prouidè considerãs certa statuta, à dilectis filiis fratribus dicti ordinis in Capitulo generali de anno Domini.* 1554. *Veronæ celebrato ædita tanquàm apertè dicti concilij Tridentini decretis contraria reformatione indigere, sæpius hac de re tũ verbis, tum scriptis dilectũ filium Zachariam Faldoßium modernum ipsius ordinis Generalem admonuisset, vt in alio Capitulo generali de anno eiusdem Domini* 1567. *Bononiæ tunc celebrando prædicta statuta à dictis Ordinis superioribus reformari faceret. Præfatiq; Generalis & superiores non minus accuratè, quam diligenter eadem statuta reformassent, & alia de nouo ædidissent. Nos dicto Alexandro Cardinali viuæ vocis oraculo dedimus in mandatis, vt vna cum dilecto filio nostro Sipione tituli sancti Angeli Præsbitero Cardinali de Pisa nuncupato, aliisq; viris ea in*

*re peritis prædicta vltima statuta diligenter inspicerēt, & quæ probanda essent, probarent, & deniq; supremam illis manū imponerent, Cùm autem sicuti accepimus, postrema illa statuta exactissimè, ab Alexandro Episcopo, & Scipione Cardinalibus, aliisq; viris prædictis visa, perpensa, matureq; discussa, & honesta, ac vtilia reperta fuerint, prosperumq; dicti ordinis statum concernant. Nos qui cunctarum Religionum vtilitatem, & salubrem illarum directionem synceris exoptamus affectibus, Generalem, & Congregationem, illorumq; singulos à quibusuis excommunicationis, suspensionis & indirecti, aliisq; ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à Iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existūt ad effectum præsentium, duntaxat consequendum harum serie absoluentes & absolutos fore censentes. Nec non omnium, & singulorum statutorum prædictorum, & indesecutorum quorumcunq; tenores præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, Ac priora statuta prædicta, videlicet de anno Domini 1554. ædita et indesecuta quæcunq; harum serie reuocantes, cassantes, irritantes, & annullantes, ac nullius momēti & roboris esse volentes, Ac ad eorundem Generalis & Congregationis super hoc nobis oblatæ petitionis instantiam, postrema statuta prædicta, sic vt præfertur reuisa, ac prout illa concernunt, omnia & singula in illis contenta, & indesecuta quæcunq; licita tamen, & honesta, ac sacris canonibus non contraria tenore præsentium approbamus, & confirmamus, ac illis perpetuæ & inuiolabilis firmitatis robur adiicimus, omnesq;*

*& singulos tam Iuris quàm facti defectus, si qui forsan interuenerint in eisdem, nec non quamcunq; solennitatem forsan requisitam, & prætermissam supplemus, Decernentes illa per Generalem & Congregationem, illorumq́ singulos prædictos inuiolabiliter obseruari debere, Nec non eosdem Generalem, et Congregationem, eorumq; singulos nullo vnquam tempore ab illis resilirē posse, sed ad illorum perpetuam obseruationem teneri, ac efficaciter obligatos fore, & ad id per sententias censuras, & pœnas ecclesiasticas, aliaq́ opportuna iuris, & facti remedia. ipsius Generalis arbitrio imponenda, moderanda, applicanda, & ab illis absoluenda cogi, et compelli posse, Nec non reuocationem, cassationem, irritationem, annullationem, voluntatem, approbationē, confirmationem, adiectionē, suppletionem, præsentesq́ literas de surreptionis vel obreptionis, aut nullitatis, seu alio vitio, aut intentionis nostræ defectu notari, argui, & impugnari non posse, sed illas semper perpetuo validas, & efficaces fore, suosq́ plenarios & integros effectus sortiri, Sicq; per quoscunq; Iudices, & commissarios, quauis auctoritate fungentes, etiam causarum palatij apostolici Auditores & sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinales sublata eis & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate iudicari, & diffiniri debere, Ac irritum & inane si secus super his à quoq́ quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quo circa Venerabilibus fratribus Marco Antonio Archiepiscopo Theatinēsi, & Baldo Episcopo Amerinēsi, ac dilecto filio causarum curiæ cameræ apostolicæ generali Auditori, per apostolica scri-*

*pta mandamus, quatenus ipsi vel duo, aut vnus eorum, per se vel alium, seu alios præsentes literas, & in eis cõtenta quæcunq; vbi & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Generalis, et Congregationis prædictorum, et eorum cuiuslibet fuerint requisiti, solenniter publicantes, ac eis & eorum cuilibet in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant auctoritate nostra Generalem, & Congregationem, eorumq; singulos prædictos reuocatione, cassatione, irritatione, annullatione, voluntate, approbatione, confirmatione, adiectione, supletione, & decreto, aliisq; præmissis iuxta præsentium continentiam, & tenorem pacifice frui, & gaudere. Non permittentes eosdem Generalem, & Congregationem, illorumq; singulos desuper per quoscunq; quomodolibet indebite molestari, perturbari, aut inquietari, contradictores quoslibet, & rebelles, ac præmissis non parentes per sententias censuras, & pœnas prædictas, aliaq; opportuna Iuris remedia appellatione postposita compescendo, nec non legitimis super his habendis seruatis processibus illos sententias censuras & pœnas prædictas incurrisse declarando, necnon eas etiam iteratis vicibus aggrauando, Inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis, Non obstantibus præmissis, ac fe: re: Bonifacij Papæ.* VIII. *prædecessoris nostri de vna, & concilij generalis de duabus dietis, dummodo vltra tres dietas aliquis vigore præsentium ad Iudicium nõ trahatur, ac Congregationis, & Ordinis prædictorum etiam Iuramento confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegiis quoq; indultis, & literis apostolicis*

*dictis ordini & congregationi: illorumq; superioribus, et personis, sub quibuscunq; tenoribus & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisq; efficacioribus et insolitis clausulis, irritantibusq; et aliis decretis in genere vel in specie, ac alias quomodolibet etiam pluries concessis, & confirmatis, Quibus omnibus etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumq; totis tenoribus, specialis, specifica, expressa et indiuidua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quauis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, illorum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur, præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris hac vice duntaxat motu, scientia, & potestatis plenitudine specialiter, & expresse derogamus contrariis quibuscunq;. Aut si aliquibus communiter vel diuisim ab apostolica sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuscemodi mentionem.*

*Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die 25. Aprilis 1569. Pontificatus nostri anno quarto.*

Cæ: Glorierius.

# CONSTITVTIONES FRATRVM ORDINIS SERVORVM BEATAE MARIAE.

## De reuerentiis Beatæ Mariæ. CAP. I.

Harum Constitutionum non immerito prima à reuerentiis, et laudibus Deiparæ Virgini exhibendis sumit exordiũ professores namq; Fratrũ Seruorum. ( vt pleriq; testãtur Pontifices, & Innocentius octauus, in fronte maris magni ) a primaua sui ordinis constitutione domino disponente : & quasi diuinitus ex ore infantium Serui B. Mariæ Virginis vocati fuere.



QVALIBET die sabati fiat officium de Domina nostra, sicut in semiduplici festo hoc modo scilicet quòd in sexta feria cantentur vesperi Beatæ Mariæ, nisi occurrat festum solemne, quod prætermitti non possit, nec deceat, & demum obseruetur Cõstitutio antiqua in Capitulo generali calebrato Pistorij 1300. die 5. mensis Augusti. Simili modo fiat in matutinis, & cantetur missa conuentualis de Domina ad altare eiusdem, cum Gloria in excelsis Deo, & Credo in vnũ Deum, sicut in duplici festo, nisi ea die sabati occurrat festum solemne. Item qualibet quarta feria cantetur missa de Domina votiua, in qua fiant precationes pro Reuerendissimo ac Illustrissimo Protectore nostri ordinis, cui vix alio modo dignas possumus gratias rependere. Vigilia de Domina qualibet vespera dicatur cum

Huius autem constitutionis ita sonant verba, quolibet die Sabati cantetur Officium B. M. V. hoc modo. s. quod in omni sexta feria cantetur vespere B. M. & vespere dicti dicatur legendos atq; cantetur officium supradictum nisi ipsa die sabati occurrat duplex. vel semiduplex. tunc enim fiat officium secundum consuetudinem Romanæ curiæ.

Hæc eadem constitutio de vigilia domina. indictam est à

*tribus lectionibus & duobus reſponſoriis, et poſt tertiam lectionem, Salue Regina. Sed die veneris cantetur, ſicut in duplici feſto, & accendantur duo luminaria. Hebdomarius ad matutini, & primæ principium dicto ſecreto Pater noſter, & Credo, ſtatim dicat Aue Maria gratia plena Dominus tecum, in voce, qua dicturus eſt Deus in adiutorium meum intende, & Chorus reſpondeat. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui Ieſus. in reliquis verò horis eundem ordinem ſeruet, pretermiſſo tamen credo. Sacerdos quoq; miſſam incohaturus illam à Salutatione Angelica auſpicetur, miniſtro vt ſupra reſpondente. Lector etiam antequam lectionem incipiat dicat Aue Maria vſq; ad Ieſus, incluſiuè, præterquam in lectione Completorij, & capitulo Precioſa in conſpectu Domini, & in triduo Paraſceues, tūc enim Romanæ eccleſiæ modum ſeruare debemus, cui quantum poſſumus, cōformes nos fieri opus eſt in publicis eccleſiæ præcationibus. In Hymno Memento ſalutis, interponatur verſus Maria mater gratiæ. In fine miſſæ ac cuiuslibet horæ Canonicæ, & poſt refectionem (exceptis diebus Paraſceues) dicatur Salue Regina cum verſ. reſponſ. & oration. Quæ tamen Antiphona quolibet ſero poſt cōpletorium multa cum deuotione, & abſq; verborum repetitione cantetur, Sed diebus feſtis poſt veſperas, cantetur ob deuotionem populi, Ad quam omnes fratres qui ſunt in loco, tam prouinciales, quam alij officiales omnibus dimiſſis negotiis quotidie conueniant, atq; vt nullam excuſationem habeant pulſetur Campana ad ſalutationem virginis. Fundetur Capella Beatæ Virgi-*

primis ordinis inſtitutoribus 1258. ex voto ſuſcepto, ob reuocationes. ſ. decreti innocētii ab Alexandro quarto, Religionem namq; Seruorum in Cōcilio Lugdunenſi caſſandā decreuerat.

Hæc conſtitutio de ſalutatione angelica dicenda alta voce in initio cuiuslibet horæ à primis parentibus inſtituta. in comitiis tandem generalibus Taruiſii celebratis 1461. fuit innouata ſimulq; additum vt in poſterum à choro tam legendo quam canendo. adderetur Ieſus.

Intelligatur de lectione, quæ incipit fratres ſobrii: in reliquis enim tribus. incoandum eſt à ſalutatione angelica.

Hæc conſtitutio de Salue Regina. in initio Religionis a primis parentibus aprobata. iterum in comitiis generalibus Taruiſii celebratis. 1461. interpellata eſt.

*nis fiat in Miſſa veſpere, & laudibus Matutinis, ſecundum morem Romanæ Curiæ. Horæ de Domina dicantur in Choro ſecundum rubricam Breuiarij Romani, ſed cum ibidem illas ommitendas legimus dicantur ſeorſum deuote à fratribus Binis, aut pluribus pro illorum commoditate. In feſto duplici dicantur horæ de Domina in Capitulo ante ingreſſum Chori. &c.*

* *appendix. Hac conſtitutio de celebrando diuino officio dominæ noſtræ in ſemiduplicibus ſeorſum à binis vel pluribus fratribus, reliquos nequaquam abſoluit: omnes etenim ſub illius vexillo militantes etiam eum quolibet die de iure dicere tenentur.*

## De Officio Eccleſiæ. Cap. II.

MISSA *& alia diuina officia ſecundum ritum Romanæ Curiæ celebrentur additis ſemper reuerẽtiis de Beata Maria Virgine ſupradictis. Fiant suis Temporibus commemorationes de beatis Apoſtolis Petro, & Paulo: beato Auguſtino, beato Philippo, nec non de ſanctis Protectoribus locorum & patriæ, Idq; in oratione A cunctis in Miſſa. In veſperis autem, & matutino pluribus orationibus pro satiſfactione patrum. Officium duplex fiat in feſtis Sanctorum Annæ, Auguſtini, Philipi, Ioſephi, et in omnibus feſtiuitatibus beatæ Mariæ. Item in feſto ſancti Benedicti, Dominici, Franciſci, Petri martiris, & eorum deniq; omnium qui fuerunt alicuius ordinis inſtitutores, seu inſtauratores, in reliquis ſequamur ordinẽ Romanæ curiæ, & Cathedralis locorum. Campana pulsetur ad miſſam et ad horas pro locorum consuetudine, luminaria quoq; ſimiliter accendantur de more eccleſiarum. Miſſa Conuentualis quotidie dicatur, vel cantando, vel legendo pro locorum & deuotionis ratione, cui interſint omnes familiares & clerici, & laici, & ſi qui*

*Hac conſtitutio de duplici officio celebrando in ſolemnitate S. Ioſephi a patribus inſtituta eſt in comm. gen. apud vrbem veterẽ indictis 1324. conſt. 3.*

*qui intereſſe non poſſent, vel celebrent, vel priuatã miſſam audiant. Anniuersaria fiant secundum obligationes semel in mense, iuxta* Breuiarum *Romanũ. Horis Canonicis diurnis, atq; nocturnis omnes clerici interſint, niſi qui fuerint publicis negotiis ex rationabili cauſa impediti; Idq; nemini liceat niſi de licentia ſui Prælati. Sciant nihilominus omnes quòd ſacris ordinibus, & profeſſioni regulari annexà eſt obligatio ſepties in die orandi. Ideo curabunt omnes nequaquam prætermittere diuini officij celebrationem. Si qui verò (quòd abſit) publicè notati fuerint, vel de frequenti diuini offitij ommiſſione; vel rara miſſarum celebratione, vel Breuiaria pro Romanæ curiæ inſtituto non habere, & admoniti à locorum Rectoribus ſe emendare neglexerint, voce actiua & paſſiua perpetuo careant, & ſi quopiam fungantur officio, eodem ſuſpendantur. Nec publica negotia conuentuum adminiſtratores excuſabunt. Qui cum Choro intereſſe nequiuerint, priuatim ſoluant. Layci verò, & neſcientes legere quotidie interſint miſſæ, & bis coronam (vt vulgo dicitur) loco omnium horarum dicãt, quò negotia domui, foriſq; cõmodius exercere poſſint. Quilibet Sacerdos in Canone miſſæ, ſub nomine Antiſtis noſtri etiam Reuerendiſſ. ac Illũſtriſſ. ordinis noſtri Protectoris, & Prioris generalis mentionem faciat, illoſq; Deo commendet. Diuina officia vel legẽdo, vel cantando breuiter, & ſuccinctè, ac voce intelligibili proferantur cum pauſis, & punctis debitis, vt percipiatur ſenſus ab Auditoribus, neq; nimiũ producantur, aut intendantur voces legentium aut can-*

*Hæc conſtitutio eſt Diui patris noſtri Auguſtini in ſua regula dicentis, orationibus inſtate horis & temporibus cõſtitutis, quæ tempora ſunt ſeptem horæ canonicæ, in quarũ ſolutione nullus debet nec, poteſt diſpẽſari à ſuo prelato, niſi ſit nouitius, vel legere neſciat. orationes tamen loco officii dicere tenetur.*

* *appendix.*

*A locorum rectoribus, intelligatur, de rectoribus monaſteriorum ordinis ad quos admonitio fratrum ſpectat.*

*Layci in corporalibus negotiis mõnaſterii ita ſunt aſtricti, vt nec etiam propter particulares deuotiones, eã dimittere poſſint quemadmodum habent dominicana decreta, in de officio eccleſiæ.*

*tantium, nè illa immodica prolixitate, aut cacbophonia obtundantur aures audientium. hoc tamen magis, & minus pro tempore obseruetur, sed vbiq; in precationibus publicis studeamus efficere, vt & noster, & audientium animus excitetur in Deum. Cõfeßio in Prima, & Completorio fiat ab hebdomadario, qui & cætera compleat, & dum cantatur Salue, omnes fratres aspergat aqua benedicta, & in fine completorij facta commemoratione defunctorum cũ psalmo De profundis vers. respon. & oration. omnes genua flectant versus Prælatum, & dicant Iube Domine benedicere, & tunc ipsi det illis paternam benedictionẽ, dicens* Dominus *det nobis suam benedictionẽ, & pacem. Sacerdotes autem omnes missam secundum formã integram sanctæ Romanæ Eclesiæ deuote, & grauiter celebrent, non nimia celeritate aut tarditate, sed sub honesta mediocritate finiẽtes eas cum in principio, & Salue Regina, & populum benedicãt, secundũ morem religionis consuetum, & secundũ morẽ Romanæ Ecclesiæ. Osculũ pacis in missa datur tantũmodo in duplicibus, & semiduplicibus festis atq; in diebus Dominicis Missali, Breuiario, indumẽtis ad sacra facienda cæterisq; cæremoniis vtamur secundũ ritũ, et modũ Romanæ Ecclesiæ. Cum verò fratres ad ecclesiã conueniunt, diuina offitia celebraturi, die, no ctuq; integro habitu accedãt induti, Id enim plurimũ cõfert deuotioni adaugendæ, et vt tollatur omnis occasio, nè scandalum aliquod ecclesia patiatur, Nemo tẽpore, quo* Diuina *officia persoluuntur per ecclesiã vel ante fores ecclesiæ, vel conuentus deambulet, nec stet*

Constitutio hæc vetustißima de dicendo antiphona Salue Regina. in fine cuiuslibet missæ. iterum interpellata fuit. 1461. in comitiis generalibus Taruisii celebratis.

• appendix.
Constitutio hæc de deferendo integro habitu ad celebrãda diuina officia intelligatur de tunicha. habitu & scapulari: pallium namq; tantummodo deferendum est in diebus festiuis a festo s. omniũ sanctorum. vsq; ad diem resurrectionis domini inclusiuè & in quolibet sabbato eiusdẽ

*pro ianuis Sachriſtiæ aut extra Chorũ ſuper ſcamno aliquo, vel ſubſellio cõſideat, neq́ dum eſt aperta per eam exire vel intrare audeat ſub pœna non exeundi extra ſepta monaſterij per duos menſes.*

temporis ad completorium quam sanction in [illegible] etiam priſci Patres in congen. ceneb. apud caſſianũ plebis 1,06. conſt. 2.

## De Confeſsione, & Cõmunione. Cap. III.

*Confeſſio ſolemnis, et cõmunio Cleris, et familiaribus noſtris fiat in prima* Dominica de Aduẽtu, *in* Die *Natiuitatis* Domini, *in* Die *Epiphaniæ, in die Purificationis beatæ* Mariæ Vir. *in prima* Dominica *quadrageſimæ*, in Annũciatione *B. Mariæ* Virg. *in cœna Domini, in die reſurrectionis* Domini, *in Aſcenſione* Domini, *in die ſancta Pentecoſtes; in feſto ſacratiſsimi Corporis, & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Christi. in feſto* Apoſtolorum *Petri & Pauli, in viſitatione, in aſſumptione, Natiuitate, & præſentatione beatæ Mariæ ſemper* Virginis; *in feſto omnium ſanctorum, et ſingulis menſibus iuxta Conciliũ. Sacerdotes verò frequentius celebraturi debent meminiſſe comminationis beati Pauli, quòd qui manducat, & bibit indignè iudicium ſibi mãducat, et bibit. Idcirco moneant eos Priores locorum ad abluendam crebro cõfeſsionis euangelico ſacramento cõſcientiam, vt ſaltim ſemel in ſingulis hebdomadibus id faciant* Dominicis *diebus & feſtis: & ſi qui inuenti fuerint qui peccata ſua in diebus ſaliẽ per annũ ſolemnibus nõ fuerint confeſsi pro ſuſpectis habeantur.* Atq́ *vt cõmodius purgare poſsint animũ ſuũ, quilibet ſacerdos habeat facultatẽ abſoluẽdi quemcũq́ aliũ noſtri ordinis ab omnibus peccatis præterquã à reſeruatis à Iure, vel ſũmo* Põtifice, *vel ſede* Apoſt. *vel ordinario loci.*

Concilii autem decretum in ſeſsione 25. & cap. 10. annotatum ita ſe habet: vt ſaltem ſemel ſingulis menſibus confeſsionem peccatorum faciant, & ſacro ſanctam euchariſtiam ſuſcipiant, vt eo ſe ſalutari præſidio muniant ad omnes oppugnationes dæmonis fortiter ſuperandas.

* appendix.

Hac conſtitutio in qua dicitur vel ab ordinario loci, si intelligatur de epiſcopo gloſatur, de mandato ſummi pontificis: habetur enim in quarto indulto maris magni quod Generalis eorum fratres ſuos a quibuſq; delictis, preterquã à reſeruatis a Sede poteſt abſoluere, & eamdem ſacultatem prioribus prouincialibus comunicare, conceditur quin etiam in indulto 21. eiuſdem maris magni quod ſemel in vita & ſemel in morte poſſunt patrem eligere. a quo plenariã peccatorum remiſsionem recipiant, sed potius huius conſtitutionis ſenſus eſſe videtur. de priore conuentus, qui pro vnione & pace ſui monaſterii poteſt & debet inhibere ne in quibuſdam caſibus abſolutio fiat.

## De inclinationibus. Cap. IIII.

INGREDIENTES *fratres in ecclesiã ad celebranda diuina, honestè atq; ordinate bini incedant prius in Capitulo congregati, & antequam ingrediantur aqua benedicta se aspergant, & facta primum profunda reuerentia, inclinent se, & genuflectant coram sanctißimo Sacramento coram Altari, deinde singuli ad loca sua progrediantur compositè, & facto signo à Priore, inclinati profunde, vel genuflexi, pro temporis exigentia, dicant secreto Pater noster, & iterum facto signo, assurgant, & Hebdomadarius incipiat officium & versi ad altare ad versiculum Deus in adiutorium meum intende, muniant se signo crucis. Inclinatio profunda fiat Choro ad Chorum verso quoties dicitur Gloria patri, & filio, & spiritui Sancto, & vltimus versus hymnorum, atq; ad penultimũ versum Cantici trium puerorum; Benedicamus patrem, & filium, cum sancto spiritu, & ad versum, Sit nomen Domini benedictum, & quoties nominatur venerabile nomen Iesu & beatæ Mariæ. In Missa pariter in principio Cantici Angelorum Gloria in excelsis Deo, Ad versum, suscipe deprecationem nostram, Ad primam collectam de Domina, tã ante epistolam quam post communionem, & in præfatione dum dicitur Gratias agamus Domino Deo nostro. In singulis horis ad orationem Diei, & de Domina nostra. Ad primam quando dicitur oratio Sãcta Maria, & omnes sancti. Lector quoq; postquã dixerit Iube Domine benedicere, inclineat se profun-*

* appendix.
Addendũ videtur & reliqua vt habetur in breuiario Romano.

* appendix.
Huic decreto de inclinationibus addatur quod quotiescũq; cantor, vel quippiam frater psalmum, & Antiphonã inchoauerit debet etiam reuerẽter caput inclinare, similiter quando quis iuxta prelatum vel superiores suos trãsierit omni humilitate eos capitis obseruãtia prosequatur iuxtà sapientis preceptũ. & diui Pauli mandatum.

*de. Quandocumq; paternoster dicitur Secreto, vel Credo ad primam, & Completorium, & quousq; praeces compleantur.*

## De Genuflexionibus. Cap. V.

GENVA *flectimus in ferialibus diebus, & quã do fit officium de feria ad Pater noster in principio horarum. Ad praeces vsq; ad orationem quam Hebdomadarius stans dicit, aliis tamen genuflexis. Ad primam collectam de Die, & ad illam de Domina nostra, & ad Salue regina totum, quando legendo dicitur, quando verò cantatur, vsq; ad secundum Salue. Ad Himnum Aue maris stella in principio. Ad missam genua flectimus ad primam collectam de feria, & ad collectam de Domina ante Epistolam & post communionem. Singulis autem diebus, quando dicitur offertorium post, Orate fratres, vsq; ad prefationem. In eleuatione sanctißimi Corporis, & sanguinis Domini, vsq; ad Pater nnster, quod dum cantatur, omnes stant versi ad altare, sunt enim Euãgelij verba. Attamen in missa de feria, & pro defunctis, non assurgimus, quando cantatur Pater noster, Dehinc à finito pater noster, vsq; ad Agnus Dei. Rursum genua flectimus in choro ad versiculum, Veni creator spiritus. ò crux aue spes unica, ò salutaris hostia. Tantum ergo sacramentum. Quos precioso sanguine redemisti, & homo factus est. Adoramus te. Adiuua nos Deus salutaris noster. Veni sancte spiritus. Salue sancta parens. & verbum caro factum*

*appendix.*

*Et ad psalmum miserere, qui dicitur in fine cuiuslibet horæ quando officium de feria celebratur, ad psalmos pænitentiales nuccupatos, ad letanias quoticunscunq; dicuntur preter quã in sabato sancto. & in vigilia pentecostes, cũ id nobis vetent canones, in paranesce, in missa ante adorationem crucis quando celebrans incipit antiphonam ecce lignum crucis, in quolibet die veneris quando fratres in capitulo conuenientes misericordiã peccatorum imprecantur cum psal. Deus misereatur. insuper in die cœne domini. quãdo in sacrario ante missæ incoationẽ suas ipsorũ culpas dicũt, et prius veniã postilãt pro iniuriis ad inuicẽ illatis, vt deinde non tantum sacramentum sed virtutem sacramenti recipere valeãt. Rursus quando fratres monasterium exeunt & reuertuntur, ad prelati pedes prostrati benedictionem recipere debẽt, quando triclinium post benedictionem factam ingrediuntur, vel ante gratiarum actionem egrediuntur, in medio loci genua flectere tenentur: nec inde surgere donec à prelato fiat signũ quod etiã seruari debet cum post diuini officij inchoationem chorum accedunt. similiter si quispiã in choro vel in triclinio. &*

*oratorio aut legendo aut canendo, siue aliquid aliud agẽdo offenderit statim humiliter se prosternat: nec inde surgere audeat nisi ad prælati libitum, & postremo quando aliquis orationem publicè est habiturus. prostratus dicat Iube donne. item quando nouitii & professi à mẽsa surgunt, et denique quando à prælatis aliquid imponitur.*

*est. & in passione* Domini *cum dicitur. emisit spiritũ tuum. emissa voce magna expirauit. Hæc dicens expirauit. & inclinato capite tradidit spiritum. & in fine missæ ad benedictionem Sacerdotis.*

## De modo standi, & sedendi in Choro. Cap. VI.

PSALMI *dũ cãtantur, alter chorus stat, alter sedet alternatim, choro ad chorũ, cũ vero leguntur sedet vterq; chorus. Stant omnes ad Venite exultemus* Domino. *Ad Tedeum laudamus. Ad psalmum laudate dominum de cælis in laudibus. Laudate dominum omnes gentes, & Quicumq; vult saluus esse, Ad Hymnos; ad canticum Benedictus, Magnificat, Nuncdimittis totum, in missa, seruatis inclinationibus, & genuflexionibus suprascriptis versi ad Altare stamus. Sed cum Prophetia, vel epistola legitur aut cantatur, omnes sedent. Cum cantatur graduale, vel tractus à Cantoribus, cæteri sedẽt. Totum officium de* Domina, *absoluatur stando. Extra nostra loca, conformes simus in omnibus illorum cærimoniis, ad quos diuertimus, ne illos ipsos spernere videamur.*

## De Mortuorum Suffragiis. Cap. VII.

*Vt autem constitutio hæc pro suffragiis fratrum defunctorum cõmodius locum habeat.*

PRO *anima cuiuslibet fratris nostri defuncti in quolibet conuentu quamprimum dicantur ve-*

*spere. matuti. laudesq; defunctorum, & missa Conuentualis. qua finita, cantetur responsorium, cui omnes clerici, & layci intersint, & quilibet Sacerdos dicat tres missas. Clerici officium mortuorũ, nescientes legere, quinquaginta Pater noster, & totidem Aue maria, sed pro sũmo Pontifice decãtentur Vigiliæ, & missa pro defunctis solemniter cũ respons. Quilibet Sacerdos dicat tres missas, cũ ei de obitu suo cõstabit. Clerici psalterium, Layci nescientis legere, quinquaginta Paternoster, & totidem Aue maria, & pro Reuerendiss. Protectore pro* Priore generali, *Procuratore ordinis in Romana curia, pro* Priore *Prouinciali, & Conuentuali stant eadem suffragia. Anniuersaria fratrum nostrorum fiant quater in annis singulis videlicet quarta februarij, vigesimatertia Iunij. vigesima tertia Augusti. & tertia Nouembris, si iis diebus commode fieri possit. Alias in diem alium transferantur. Anniuersarium parentum nostrorũ fiat quartadecima die Ianuarij. Anniuersarium benefactorum ordinis nostri fiat sextadecima septembris, Modus vero eiusmodi suffragiorum talis erit, vt conuentualiter cantetur missa cum respons. pro defunctis. Quilibet Sacerdos dicat vnam missam pro defunctis, Clerici totũ officiũ mortuorũ, Nescientes legere, coronam (vt dicitur) semel deuotè dicant, commendantes* Domino *deo illorum animas. Quæ Anniuersaria, ne ommittantur aliqua negligentia aut obliuione, conscribantur in Tabula Sacristiæ.*

Prior illius conuentus in quo frater defunctus est, denunciet obitum singulis prouincialibus ordinis, qui deinde suis monasteriis hoc decretũ exequendum imponant.

Pro maiori illustratione huius septimi capitis. in quo de suffragiis mortuorum sea anĩmaduertere non erit inutile quæ sacra Tridẽtina synodus præcipit in sess. 25. titulo de reformatione. capite 4. quo in loco de legatis ad pios vsus relictis pertractatur.

## De Silentio. Cap. VIII.

*Appendix.*
*In monasteriis collegiatis. hora träsacta post cœnã à priore conuentus, vel à quopiã authoritatem habente fiat silentii signum, quod fratres vsq; ad horam prima inuiolabiliter obseruare teneantur, quod quidẽ decretũ adhuc sã serunt patres antiqui Religionis, in comitiis gen. celebratis apud sacrum montem senarium. 1256.*

SILENTIVM *teneant fratres nostri in* Dor*mitorio, nè volentes studere, orare, & quiescere impediantur. In choro, quando non celebrantur* Diuina. *Vbiq; vero sciant immoderatos clamores, esse prohibitos & damnatos. Neq; cum Silentium præcipitur, arbitrentur ita superstitiose prohiberi vt omnia prorsus sibi sint colloquia vetita. Sed loco, & tempore silentij, raro, & submisse loquantur, quibus omnino loqui opus fuerit, Nè aliorum quies interrumpatur, & quod dicitur de silentio, intelligatur de quacumq; strepitus vacatione. Non est enim putandum quod vbi sermo prohibetur, admittatur strepitus, & fragor immodicus. In mensa, cum legitur ab aliis, seruetur silentium. Cum vero fuerit à lectione dispensatum, sint sermones modesti, morales, atq; religiosis viris congruentes. In Capitulo nemo loquatur, nisi de licentia* Prioris, *& quantum fieri potest immoderati strepitus auferantur. Scholæ secularium puerorum in Conuentibus nullo pacto habeantur, nulloq; vmquã tempore comediæ fiant præsentibus præsertim secularibus; neq; fratres indumenta Laycorum mutuata induant, caueantq; nè inter recreationes, quæ more religiosorum quandoq; fieri solent seculares introducãt, euiteturq; (vbi cõmodè fieri potest) nimia familiaritas secularium præsertim minus grauium, nè ab eis contemplationis fructus impediantur, & ne si qua infirma sunt in fratribus, cum scandalo extra propalentur. Ob id ne cuilibet pateat aditus ingrediendi, & egrediendi*

*Hoc preceptũ de silentio habendo in mensa est diui Augustini in regula dicentis, cum acceditis ad mensam donec inde surgatis quod vobis secundum consuetudinem legitur sine tumultu, & contentionibus audiatur.*

*egrediē di. Strictè præcipitur debita monaſteriorum clauſura vbi aderit facultas. & Priores qui eam non ſeruari curauerint, ab officio ſuſpendantur. & fratres, qui contra præcepta fecerint ſedundum Prapoſiti arbitrium puniantur.*

## De Ieiuniis. Cap. IX.

IEIVNIA *ab eccleſia Romana ſtatuta, & per longam bonorum conſuetudinem ſeruata accuratiſſimè ſeruentur in ciborum delectu, tempore, & refectionis modo. Ita tamen vt ieiunium quadrageſimale incipiat à Quinquageſima, Regularia vero, & quæ non ab eccleſia Romana ſtatuta ſunt pariter ſeruentur. Uerum in ipſis fieri poſſit diſpenſatio à Prælato, pro locorum, temporum, ac perſonarum rationibus, ſeruata potius mediocritate temperātiæ, quàm ſuperſtitioſa commeſtione. omni in loco, ac omni in tempore fugiatnr luxus, & frugalitas ſeruetur. In die ieiunij (vt adſit apta oratio) hora prandij dicatur nona in choro, & miſſa de vigilia, cui omnes interſint qui poſſunt commodè. Qua finita eant ad prandium. Reliquum verò eius diei orationibus, & lectionibus ſpiritualibus tranſigatur.*

*Hoc idem decretum de ieiuniis habet canon diui Auguſtini in cap. de modo viuendi. cum dicitur carnem veſtram domate ieiuniis & abſtinentia eſcæ: quod ſimiliter confirmant conſtitutiones aditæ in comitiis generalibus apud ſacrum montem Seaarium indictis 1256.*

* *Appendix.*
*His ieiuniis addatur ieiuniū ſexta feriæ, preſertim a menſe Septembris vſq; ad ſeptuageſimam. in his tamen & cæteris ieiuniis itinerantes diſpēſentur ſed cibo quadrageſimali ſint contenti immunitas de diſpenſatione ieiuniorum. & abſtinentiarum. habetur etiam in indulto 33. maris magni.*

## De Cibo. Cap. X.

HORA *competenti ante prandium, vel cænam pulſetur Campana ad manus abluendas, & ablutis manibus, pulſatoq; altero ſigno Prior*

*fratres ad mensam introducat, quibus congregatis, ac dato signo ab eo, fiat benedictio de more, institutoq; Romanæ curiæ, qua finita assideant omnes suis in locis. & qui fuerit ad legendum deputatus, legat vel de veteri, vel nouo Testamento, vel ex regula beati Augustini, vel ex constitutionibus. Prælatus tamen poterit cum sibi videbitur in parte, vel in totum pro fratrum honesta recreatione dispensare. sed si quem tumultuosè vel minus honestè se habere deprehenderit, statim signo admoneat, & coerceat, & si opus fuerit durè arguat, & pœnas imponat. Cum à mensa surrexerint, agantur gratiæ Deo secundum morem Romanæ curiæ. Nullus frater remaneat ad secundam mensam, exceptis ministris qui seruierint in prima, aut qui aliàs legitimè impediti non potuerint interesse primæ, Ita sanè, vt non sit opus tertia mensa. Prælatus, Magistri, & quotquot fuerint Conuentuales, commedant in communi omnium refectionis loco nisi honesta aliqua Causa fuerit dispensatum. Sint omnes contenti cibarijs conuentus, & seruetur æqualitas in Cibo, & potu quantum fieri poterit, vt tollatur occasio murmorandi, Indecorum quippe est, & nimis turpè in eadem religiosorum fratrum mensa alios saturos probè fieri, alios autem esurire. Habeatur ratio infirmorum, senum, complexionum, quorum omnium non potest dari certa lex, Prudentia Prælati charitate (quæ non agit perperam) comite erit regula certissima.*

*constitutio hæc ex canone Diui Augustini desumitur. ait enim, et distribuatur vnicuiq; vestrum à proposito vestro victus, & tegumentum non æqualiter omnibus, quia non æqualiter valetis omnes: sed potius cuiq; prout cuiq; opus fuerit, & Paulò inferius. adiecit. qui infirmi sunt ex pristina consuetudine si aliter tractentur in victu nō debet aliis molestum esse.*

## De Refectione. Cap. XI.

*TEMPORE Ieiuniorum, hora competenti pulſato ſigno conueniant fratres ad refectionẽ in refectorio, & facto ſigno à Priore dicat lector. Iube donne benedicere, & Prior. Noctẽ quietã & finem, &c. & lector; Fratres ſobrij eſtote, & in fine dicto Benedicite, ſubiungat Prior, Largitor omniũ bonorũ, & tunc bibant qui voluerint, & dato ſigno à Priore, dicat lector. Tu autẽ Domine miſerere nobis, & Prior Adiutoriũ noſtrũ, &c. proſequẽdo.*

* Appendix. Poſtquam Prior benedictionẽ abſoluerit. lector immediate dicat ſecundũ antiquã, et laudabilem conſuetudinem Aue maria vſq; ad Yeſum incluſiuè. & ſi Prelatis libuerit, addatur, Deus charitas eſt, vſq; & deus in eo.

## De cura Infirmorum. Cap. XII.

*CIRCA infirmos caueat Prælatus, nè ſit negligens, ſic enim tractandi ſunt infirmi vt cito releuentur, ſicut dicit Pater noſter Auguſtinus, & donec conualeſcant in cibo, potu, & medicaminibus, & cæteris, quæ morbum vel facere poſſunt leuiorem, vel pænitus propulſare; ſunt humanè tractandi, & benignè reficiendi. Quæ omnia vna Charitas docebit, locus deniq; pro infirmis in quolibet monaſterio prouideatur, cũ omnibus neceſſariis ſuppellectilibus prout illius facultas patietur. Miniſter quoq; vnus, aut plures ſecundũ multitudinẽ infirmantiũ, aut exigẽtiã infirmitatũ deputentur qui eis die, noctuq; neceſſaria, cũ omni Charitate miniſtrent, & vt omnia rectè agantur, habeatur liber, in quo ſcribantur quæ pro infirmis ab aromatario recipiuntur, nullusq; ab eo aliquid recipere poßit, niſi ſit verè infirmus.*

Idem præcipit d. Aug. cũ ſcribit in regula Qui infirmi sũt ex priſtina conſuetudine, &c. quod ſimilliter approbat in calce eiuſdem regulæ. Prælato precipiens. hec corripiat inquietos. conſoletur puſillanimes: Suſcipiat infirmos etc. quomodo autem infirmi ſint curandi. Satis expreſſè ſanxerunt patres in comitiis gen. apud ſacrum montem Senarum celebratis. 1256.

*Nec aliquis ſibi ſanguinem minuat, aut ſolemnem medicinã ſuſcipiat, aut colore licitæ opportunitatis queſito ad Balnea ſe conferat, absq; conſilio medici et licentia Prioris, qui ſæpe viſitet infirmos, ad patientiã hortetur, illosq; ad confitendum, ac ſanctiſsimum corpus Domini noſtri Ieſu Christi ſummendũ admoneat. Ita fratres eos viſitent, ac dulciter verbis, et obſequiis adiuuent, ac quotidianæ orationis ſuffragio ſubleuẽt. Prior vero, qui in cura infirmorum defeciſſe re vera inuentus fuerit, officio priuetur.*

## De modo Iacendi. Cap. XIII.

*Quomodo antiquitus conſtitutio de modo iacendi adimplenda eſſet, comitia generalia 1256. apud montem Senariũ celebrata demoſtrant.*

IN Dormitorio ſit vnicuiq; ſua cella deputata, cũ lectiſternis, ſedili, Capſa, & Tabella ad ſtudẽdũ in qua ſolus iaceat (vbi commodè fieri poſsit) vt ſuis temporibus orationi, & lectioni vacare poſsit. Sed quemadmodum honeſta commoditas eſt quærenda, ita fugienda eſt ſecularis vanitas. & ne aduentu hoſpitum fiat aliis fratribus inquietudo, & perturbatio, extra Dormitorium ſit locus, pro hoſpitibus cum duobus, pluribusuè cubilibus aptè inſtructis, cumq; loco ad ignem, & omnibus, ſecundum quòd facultas domus permiſerit. vbi charitatiue, et hilariter ſeruiatur.

## De Veſtitu. Cap. XIIII.

*Hanc conſtitutionem breuiſsimis verbis comprehendit diuus Auguſtinus in ſua regula inquiẽs: Nõ ſit notabilis habitus veſter; nec affectetis veſtibus placere, ſed moribus.*

TVNICA, Scapulare, Patientia, Cappa ſint nigri coloris de lana, ita tamen vt ſeruetur decus ordinis, & omnis vanitas in valore,

*& ornatu penitus fugiatur, quæ tanto magis honeſta ti, & conditioni noſtræ congruũt, quanto magis fuerint humiliores, cum Dominus dicat, ecce qui mollibus veſtiuntur in Domibus Regum ſunt. Tunica, cuius manicæ ſint totaliter ſutæ, non ſit aperta, ſed clauſa à pectore ad talos, & cingatur Zona de corio nigro cum fibula pariter de oſſo nigro ſeu ferro, abſquè ornatu, in qua nihil pendeat, quod Religioſis leuitatem, aut curioſitatem oſtendat. longitudo Tunicæ, Pacientiæ, & Cappæ, quæ ſaltim quatuor digitis ſumatur in pectore, attingat dorſum pedis, & non excedat, ita vt puluerem verrat, ſed quæ virum deceat religioſum. Neq; ſint nimium diuites, et abundantes, ſed aptentur Corpori cum mediocritate. Quæ vero interius deferuntur indumenta ſint aut albi, aut nigri coloris, ſed vilioris pro locorum rationibus. Fiant potius ad propulſandum frigus, quam ad luxum. Camiſias laneas, alio nomine Tunichinos nũcupatos deferant omnes; Poſſit tamen ſuperior diſpenſare in locis, in quibus ob religionis paupertatẽ expedire ſibi viſum fuit. In his tamen luxus omnis euitetur, & vana compoſitio, et diligentia adhibeatur. nè videri poſſint. Caligæ nihilominus tantum albæ ſint, nec quiſpiam alterius quàm albi coloris eas portare audeat, Calcei vero honeſti ſint, & nigri. Crepidæ quoq; ſiue planelle ex corio nigro, ſimiliter, & honeſtæ. Cothurni, ſeu (vt dicitur) Borzacchini albi, et pallia alba omnino euitentur, etiam equitando, ſed ſint nigri coloris. Pallia quoq;, & Mantellinæ ſint abſq; bauaris. In itinere nullus arma ſecum deferre*

Quomodo vero in primordio Religionis hoc decretum de veſtitu perſolueretur. habet constitutio prima indicta in comitiis gen. apud ſacrũ montem Senariũ celebratis 1256. Conſtitutio ſecũda præpoſita apud montem Politanum in iiſdem com. 1316. Singuli tamen fratres eorum verborũ recordentur, quæ ſibi præſes dicit cum togam Seruitanæ familiæ ſuſcipiunt. videlicet accipe talarem tunicham in ſignum grauitatis, & modeſtiæ, ad memoriam inſuper reuocet benedictiones ſuper indumenta à prælatis im precatas. d eum obſecramus immenſa largitatis tuæ abundantiam, vt hoc genus veſtimentorum, quod ſancti patres ad innocentiæ, & humilitatis, indicium nos ferre ſanxerunt. &c.

*præſumat. Deniq; cũ diuerſitate habituũ offendãtur oculi ſpectantium, vt plerumq; ſcandalum accipiant, veſtimenta, & indumenta omnia ſint vniformia, religioſa, & ſecundum noſtrarum legum formam, nihilq; cum ſecularibus commune habeant. Sed Chriſtianã tantum præſeferant humilitatem, Sanctus enim Auguſtinus inquit in regula, quam profitemur; Nõ ſit notabilis habitus veſter, nempe ad innocentiæ, & humilitatis inditium hoc tegimur habitu. Super quibus omnibus inuigilent Prælati, & ſi in ſuis ſcrutinijs, & viſitationibus, irreligioſos habitus repererint, vendantur, & pecunia in aliorum fratrum vtilitatem conuertatur.*

## De Raſura. Cap. XV.

RASVRA *ſit ſuperius non modica more ſecularium clericorum; ſed ampla prout mos eſt regularibus geſtare. Capilli infra raſurã non excedant latitudinem duorum digitorum, et ſit omnibus equalis. Conuerſi verò non toto detonſo, & raſo Capite, ſed in modum circuli raſi incedant & fiat bis in menſe.*

## De Recipiendis ad Ordinem. Cap. XVI.

*Hanc eamdem conſtitutionẽ de recipiendis ad ordinem ſãxerunt primi Religionis patres in com gen. indictu apud*

NVLLVS *recipiatur ad ordinem noſtrum niſi completo* XV. *anno, nec ſupra quadrageſimum. Neq; recipiantur illegitime nati, de-*

*formes, ſiue monſtruoſi, coniugati, Bigami, ſerui, infames, ære alieno obſtricti, incurabili infirmitate laborantes, excommunicati, irregulares, aut aliis pœnis grauati, alterius ordinis profeſſi, homicidæ, ſeu pro ſuis delictis iuſtitiam ſæculi fugientes, vel exulantes. Super quibus omnibus, & ſingulis fiat diligens inquiſitio à* Priore, *& patribus. Quod ſi ſuper aliquo dictorum fuerit quis conuictus mendacij, abiiciatur ab ordine etiam ſi fuerit receptus. &* Prior *qui talem ſcienter propoſuerit, indignus habeatur, vt permaneat in officio. Verùm priusquam recipiatur ad ordinem per* Priorem, *aut alium patrem, exponatur ei authoritas ordinis, abdicatio propriæ voluntatis, vilitas ciborum, vigiliæ nocturnæ, atq; his ſimilia, & rogentur* Patres *per tria Capitula diſtinctis temporibus. & quod maiori parti vltra medietatem integri Capituli placuerit, per ſecreta ſuffragia illud ratum habeatur, & firmum; Requiratur pariter conſenſus liber Capituli illius loci, vnde recipiendus originem ducit. ſi tamen in eo loco fuerit monaſterium noſtri ordinis. Tunc indutus tradatur Magiſtro nouitiorum, inſtruendus.*

*ſacrū montem Senariū 1256. conſtitutione 17. & in com. gen. habitis apud vrbem vet. 1324. conſt. prima. quisquis tamen religionem Seruorum ingreditur vt in eā proficiat, audiat diuum patrem Auguſtinum in ſua Regula dicentem: qui aliquid habebant in ſeculo, quando ingreſſi ſunt monaſterium libenter velint illud eſſe commune. qui autem non habebant, non quærant in monaſterio quæ nec foris habere potuerunt. & cæt. quæ ſequuntur.*

* *Appendix.*
*Decretum de non recipiendis alterius ordinis profeſſis. videtur corrigendum quando: ſ. huiſm: fratres accedunt ſine licentia ſuorum ſuperiorū, vel ſine ſummi Pontificis priuilegio.*

## De Nouitiis. Cap. XVII.

NOVITIIS *probus, & vitæ integræ, & ordinis præcipuus Zelator præficiatur Magiſter, qui eos ante omnia timorem Domini, Doctrinam Chriſtianam, & Cathechiſmum doceat, ac purè, & frequenter, ac diſcretè*

*Hoc magiſtri nouitiorum manus in puerorum optima educatione ſatis ſuperq; edocet. Sacrum Tridentinum concilium in ſeſſione 23. titulo de*

*reformatione cap. 18 & idē ad longum decreuerūt nostri antiqui patres in comitiis generalibus Florentiæ habitis, 1260. const. prima et in com. gen. Senis pronuntiatis 1328. const. 3.*

*confiteri. De regula, de constitutionibus, de ceremoniis, de officio, de moribus, & aliis obseruantiis religionis erudiat. In ecclesia excitet, & vbicumq; negligenter se habuerint, verbis, et signis quantum poterit studeat emendare. Doceat eos humilitatem cordis, et operis habere, iuxta illud. Discite à me, quia mitis sū, et humilis corde. Sine proprio viuere. Propriam volūtatem deserere. Prælati obedientiam in omnibus voluntariam obseruare. instruat quomodo, vbiq;, & in omnibus se habere debeant. Quomodo fratribus se inclinent. Quomodo designatum sibi locum teneant. Quomodo, & quid orent, & quam silenter, vt rugitum aliis non faciant, vt oculos sublimes non habeāt, cum nemine contendant; illatam sibi iniuriam patienter ferant, locis, & temporibus interdictis non loquantur. In processionibus socium sibi collateralem attendant. Quibus sit locus seorsum à Dormitorio fratrū. Nec nisi in ecclesia & refectorio coutantur aliis fratribus. Inter se & cum Præceptore suo degant. Nec de moribus tantum, sed de bonis etiam literis, & de musica illis prouideatur. Propterea pro locorum, & Nouitiorum ratione aduocentur earum artium periti, vel religiosi, vel seculares, bonæ tamen famæ & vitæ inculpatæ. Neque passim admittantur Nouitij per omnia ordinis loca qui nec etiā vilissimis implicentur negotiis. Quare in qualibet Prouincia deputetur vnus, aut plures Nouitiatus, ad quos mittantur, quot quot fuerint in illa Nouitij. Quibus tamen prouideatur ab iis, qui illos eò miserint, secundum quod per Priorem generalem cum duobus Visitatoribus fuerit decretum.*

*decretum. Nouitij non mittantur ad partes longinquas, niſi ob neceſſariam cauſam. Nec occupentur aliquò exercitio, ſed toti ſint moribus ordinis & bonis literis intenti. Non ordinentur ante profeſſionem ad aliquem eccleſiæ ordinem. Suo præſertim Magiſtro ſubijciantur, qui ſolus de Nouitiis errantibus pœnas ſummat, ſaluo tamen mandato Prioris, cui neminem anteponere debent, & vt magis orationibus, & deuotionibus aſſueſcant, quotidie coronam Beatæ Virginis ad altare eiuſdem cum omni humilitate dicāt pro conſeruatione ſanctæ Rom: Eccleſiæ, pro ſummo Pōtifice, & Prælatis omnibus, & Benefactoribus ordinis.*

## De Profeſsis. Cap. XVIII.

ADVENIENTE *profeſſionis tēpore, quod non erit niſi tranſacto integro probationis anno, & ſextus decimus ætatis annus completus Prior aduocet Nouitium in Capitulum, exponat illi tempus ſuæ probationis completū eſſe, proponatq; An velit in ordine profiteri, aut diſcedere, & abire in viam ſuam. Oſtendat illi difficultates omnes & ordinis, & ſæculi, commoda rurſus vtriuſq; ad illius captum, ipſumq; per dies aliquot dimittat in manu conſilij ſui. Quod ſi voluerit, dimiſſo habitu nouitiorum, ad ſeculum redire, concedatur ſibi, Si vero liberè & volens ſæculo renunciare, & ſe ipſum ordini noſtro offerre, & addicere decreuerit, benigne recipiatur.*

*Hoc idem decernit ſacra Tridētina ſynodus in ſeſſione 25. tit. de regularibus & monialibus. cap. 15 ſcribens in quacumq; religione tam virorū quam mulierum profeſſio nō fiat ante decimum ſextū annum expletum. & in cap. 16. finito tempore nouitiatus, ſuperiores, nouitios, quos habiles inuenerint ad profitendum admittant, aut è monaſterio eos eiiciant: ſimiliter idem deſtinarunt antiqui patres in capitulo gen. Floren. celeb. 1260. conſt. 6. & in pluribus aliis comitiis.*

*Proponatur autem toti Capitulo habita prius à Magiſtro Nouitiorum relatione morum, indolis, & qualitatum eius, & ſi fuerit à maiori parte Capituli per ſecreta ſuffragia admiſſus, recipiatur ad profeſſionē. At verò ſi quis poſt annum probationis noluerit profiteri, ſtatim ad ſuos redeat depoſito nouitiorum habitu. Et vt ſeruetur ordo, & tollatur confuſio, ſtatuitur quòd Nouitij in aliquo conuentu recepti, nullo modo debeant in alio ad profeſſionem admitti, niſi de voluntate & conſenſu illorum Conuentuum pro quibus ſunt recepti.*

## De modo profitendi. Cap. XIX.

M*ODVS profitendi hic erit. Aduocato Notario publico & Teſtibus coram Priore genuflexus, patribus omnibus ſedentibus, facta prius profeſſione fidei ſecundum formam traditam à Concilio Tridentino dicat.* Ego N. filius. N. in ſæculo vocatus. N. in ordine vero frater. N. Qui detuli habitum nouitiorum in ordine fratrum Seruorum Beatæ Mariæ per annum integrum, annum iam natus. N. non vi, nec mætu, ſed ſponte, & liberè facio profeſſionem, & promitto Deo omnipotenti & beatæ Mariæ ſemper Virgini, & tibi patri fratri. N. Priori generali fratrum Seruorum Sanctæ Mariæ, & ſucceſſoribus tuis obedientiā Caſtitatē, & viuere ſine proprio, ſecūdū regulā B. Auguſtini, & con

** Appendix.*
Coram Priore. *addendum videtur,* Generali, vel Prouinciali, vel conuentuali, vel Vicario *coram iis omnibus profeſſio poteſt emitti, ſecundū antiquiſſimas conſtitutiones Religionis.*
*Pro profeſsione fidei Vide concilium ſacrum Tridentinum ſeſſ. 24. titul. de reformatione cap. 12. id tamen illuſtrius annotatum eſt. in Bulla Pij 4 data Romæ 1564. idus nouemb. anno 5. ſui pontificatus.*

*In hac enim bulla inhibetur. Oībus tā laycis, quā clericis ne aliquam ſcientiam, nec etiam gramaticā docere audeāt ſine huiuſm. profeſsione quapp(ro)pter magiſtro artiū, et Theologi oēs eā tenētur profiteri. quod pariter āno elapſo. ſ. 1568. ſingulis monaſteriis collegiatis demādavit Re Zach. Gen. et de aut. ſum. Pont. inobſeruatores abſoluit.*

ſtitutiones ordinis fratrũ Seruorũ B. Mariæ toto tempore vitæ meæ & ſecũdum decreta Concilii Tridentini. *Si verò Prior generalis nõ fuerit præſens, fiat Priori prouinciali, vel Priori loci, eo modo quo ſupra, excepto quòd vbi dicitur Tibi patri fratri. N. Priori generali fratrum Seruorum Sanctæ Mariæ & omnibus ſucceſſoribus tuis, dicatur tibi fratri. N. Priori Prouinciali, vel Priori talis loci nomine, & vice Prioris generalis fratrum Seruorum ſanctæ Mariæ, & omnibus ſucceſſoribus eius obedientiam &c. Dehinc benedicantur veſtes hoc modo videlicet. Prior dicat verſ.* Oſtende nobis Domine &c. *Patribus reſpondentibus,* Et ſalutare tuum &c. *Verſ.* Domine exaudi &c. *Reſp.* Et clamor. &c. *Verſ.* Dominus vobiſcum &c. *Reſp.* Et cũ Spiritu tuo. Oremus. Domine Ieſu Chriſte qui tegmen noſtræ mortalitatis induere dignatus es: obſecramus immenſæ largitatis tuæ abundantiam, vt hoc genus veſtimentorum, quod ſancti patres ad innocentiæ & humilitatis indiciũ nos ferre ſanxerunt, ita benedicere digneris vt qui illis indutus fuerit corpore, pariter mente, ac animo induat Dominum noſtrũ. *Reſp.* Amen. *Expleta benedictione conſequenter induatur iuuenis tunica, & prior dicat:* Accipe talarem tunicam in ſignum grauitatis & modeſtiæ. *Ad cingulum,* Accipe cingulum lumborum in ſignum caſtitatis perpetuæ. *Ad Pacientiam.* Accipe Amictum anteriorem,

*Benedictio veſtimentorum, et quo ordine, quibuſq; verbis à prælatis debeant ipſis profeſſis irrogari huiuſmodi indumenta.*

poſteriorēmq; partes corporis tangentem, apertamq; ſuperius, ac ex vtroq; latere, quo ſignificatur te vtriuſq; fortunæ motus æquo animo paſſurum, ſimodo ſuperuenerit tibi diuina gratia. *Ad Scapulare.* Accipe coopecrimentum Capitis ac ceruicis, in ſignum humilitatis; *Ad pallium,* Accipe pallium & ſub protectione beatæ Virginis ſis perpetuò, illiuſq; patrocinio totus inhæreas. *Item.* per pacis oſculum, in ſingulorum tranſeat familiarem amicitiam, atq; cōſuetudinem. *Tunc prælatus eum paternè hortetur, vt intente per ſoluat Deo quod vouit, pure, & caſtè viuendo, mente, & corpore, nihil poſsidendo propij actu vel voluntate, obediendo ſuperiori ſine repugnantia, & vitam religioſam quam perdidicit dum eſſet Nouitius, non negligat profeſſus obſeruare atq; in literis proficere. Et fiat huiuſcæ profeſsionis publicum inſtrumentum, & ſingula quæq; monaſteria librum habeant, in quo diſcribatur recipiendorum omnium nomen, & ætas diligenter prius à progenitoribus requiſita, atq; ſacer item actus profeſsionis expreſſè vel tacitæ, cum eam emiſerint, ne poſtea prætextu ommiſſæ profeſsionis poſſint aliquid in dedecus Religionis per falſas ſupplicationes moliri. Hic etiam poſeſsionis modus ſeruetur in profeſsione illorum, quos vocamus conuerſos, quibus integer habitus impoſitus fuerit. Hoc tamen prætermiſſo, quod coronam (quod eſt clericorum initium) non deferant.*

*Vt hæc monita ſalutaria, cōmodius condocefacere valeat prælatus profeſsionem emittentes ea videat in concilio Tridentino. Seſſ. 24. tit. de Regularibus & monialibus, ſed exactiſsimè ea deſummere valebit ex regula D. Patris Auguſtini. Pœna autem debita iis qui hæc vota diſcinderint in eodem titulo ſacri concilii aſsignatur. & in conſtitutionibus æditis in com. gen. Florentiæ indictis 1295.*

## De Itinerantibus. Cap. XX.

*CVM frater noster aliquo per obedientiam, vel alia quauis Causa mittitur, habeat secum literas Testimonij à suo Prelato in quibus redeundi terminus præfigatur, quo elapso possit arbitrio illius puniri, habeatq; sufficiens viaticum secundum suam conditionem, habeat & Breuiarium, & si conuersus fuerit Coronam. Antequam vero à monasterio exeat, humilis benedictionem petat à suo prælato, si non sit eadem die reuersurus, coràm altare vel imaginem beatæ Mariæ Virginis ad reuerentiam concurrat genibus flexis, eandemq; cum redierit repetens. Porrò cum peruenerit ad aliquod monasterium, ex itinere, statim adeat illius loci Priorem cui suam dimissoriam ostendet. Quod si sine dimissoria inuentus fuerit, non suscipiatur in monasterio tamquam suspectus de fuga, & relinquatur ordinario puniendus iuxta Concilium Tridentinum. Nisi fore eius conditionis extiterit vt nullo pacto sit de eius fuga timendum. Si vero sine Breuiario, & sine corona, si conuersus fuerit carceri mancipetur. Nullus autem Romam petere audeat, absq; literis sui principalis causam profectionis explicantibus quas si non habuerit per quindecim dies includatur in custodias. Qui vero superioris Testimonio Romam accesserit, statim se se Reuerendissimo Patri Generali presente exhibeat, vel Procuratori ordinis à quo Chirographum eundi per vrbem accipiat, & superiores Romam proficisci volentibus,*

Hæc constitutio & si ex plurimis antiquissimis constitutionibus exhauriatur, potissimum tamen ex sacro Concilio Tridentino Sess. 24. tit. de regularibus et Monialibus. capit. 4. quo in loco hec habentur verba. nec liceat regularibus à suis conuentibus recedere etiam pretextu ad superiores suos accedendi, nisi ab eiisdem missi aut vocati fuerint: qui vero sine predicto mandato in scriptis obtento, ab ordinariis locorum. tamquam desertor sui instituti puniatur: vide similiter primam const. cap. gen. Pistorii celeb. 1296.

* Appendix.
Cum dicitur habeat sufficiẽt viaticum. videtur addendum de mandato sui prelati a Reuerend. depositario, cuius fidei patrum alemosina credita sunt.

*iusta, vrgenteq́ causa testimoniales literas concedere non postponant, vt possint Reuerendissimum patrē Generalem, aut ordinis procuratorem, pro suis negotiis consulere. Et qui ad aliquem locum ordinis ierit vllo pacto præsummat ad domos personarum tam secularium quam religiosarum accedere, vel commedere, vel pernoctari, vel per vrbem vagari sed recto tramite ad locum se conferat. Huiusmodi itinerantes qui deliquerint Prior Prouincialis, vel Conuentualis seu eorum Vicarij liberam habeant corrigendi, & castigandi potestatem. Et qui literas, aut sigillum Prioris generalis, aut Prouincialis, seu conuentualis ausus fuerit falsificare, eius criminis conuictus, pœna falsi puniatur.*

*Vide eamdem constitutionem editam in com. gen Pistorii celebratis 1310. constit. 2. & decimam in congregatione Bononiæ celebrata 14. Octobris 1473.*

## De promouendis ad sacros ordines. Cap. XXI.

*IN promouendis ad sacros ordines summa diligentia est adhibenda, vt non nisi ætatis idonei, ac bonis moribus imbuti admittantur, quiq́ sciant rectè cantum (quem vocant firmum) canere, atq́ instructi sint literis, & iis quæ pertinent ad sacros ordines exercendos. ætas autem, quæ describitur à sacrosancta Tridentina Synodo, est vt ad subdiaconatum promouendus agat annum vigesimum secundū. Ad diaconatum vigesimum tertium. Ad sacerdotiū vigesimumquintum. Quod volumus inuiolabiliter obseruari. Probatio morum, ætatis, ac sufficientiæ fiat diligēter per Visitatores suis in locis, vt promotio solū*

*Pro maiori persolutione huius constitutionis vetustissimæ, inspectandum est concilium Tridentinū in sess. 23 titulo de reformatione. cap. 11. 12. & 13. quibus in locis traduntur decreta de initiandis ad sacros ordines tùm minores. tùm maiores.*

*ad perſonas idoneas extendatur, atq; omnino decretis concilij conueniat. Et nemo audeat ſuſcipere ordinē ſacrum, niſi habuerit dimiſſoriam, & teſtimonium patris generalis in ſcriptis, cum ſubſcriptione etiam patrum viſitatorum. Et qui ſuſceperit ordinem, deferat ſecum Teſtimoniales literas Epiſcopi, quas ſtatim cum redierit* Priori *Conuentus eius, in quo permanet, oſtendat, aliter eum ad exequutionem ordinis admittere non audeat. Si quis verò per ſaltum, vel fraudem eiuſmodi ordinem fuerit adeptus vltra pœnas Canonicas, triduo carceri mancipetur in pane, et aqua ieiunaturus illud triduum. & ab exequutione illius ordinis tamdiu ſuſpenſus exiſtat; quouſq; ſecum fuerit diſpenſatum per Capitulum generale.*

*Qua pœna plectendus ſit qui ſacros ordines per ſaltum vel fraudem adipiſcitur.*

De Confeſſoribus. Cap. XXII.

EADEM *propè diligentia, eſt adhibenda in deputandis cōfeſſoribus ſecularium, vt nulli admittantur ad ſecularium, & ſacerdotum confeſſiones audiendas, niſi qui trigeſimum annū attigerint, fuerintq; inſigni modeſtia, & probitate ornati, atq; in caſibus conſcientiæ probè docti & eruditi, & ideo etiam ſtatuimus vt in quolibet cōuentu in quo fuerint duodecim profeſſi caſus conſcientiæ per magiſtrū ſeu alium idoneum ad hoc deputandum edoceri debeant cuius lectioni omnes ad diſcēdum apti intereſſe teneātur.* Prior *igitur generalis in ſuis viſitationibus, illos quos nouerit idoneos in Tabella deſcribat, cui ambo Viſitatores ſubſcribant, & ſignum offitij addatur*

* Appendix.
*Cōſtitutio hæc quod nullus admittatur ad audiendas confeſſiones ſecularium & Sacerdotum &c. niſi qui trigeſimum annum attigerit. videtur intelligenda. vbi commode id fieri poteſt, continget namq; quandoq; vt vbi duo tanctum maneant fratres, quod alter illorū huiuſm. annum non agat; ne igitur extra religionem propria piacula fratres confiteri cogantur gloſetur conſtitutio vt dictum eſt, requiratur tamen* Reuerendiſſ. Generalis. *vel prouincialis licentia.*
*Pro maiori tamen huius conſtitutionis illuſtratione conſētaneum erit perlegere bullā confirmationis, & noua conceſſionis priuilegiorum omnium ordinum mēdicantium. editam a* Pio V. 1567. *in eo preſertim loco in quo declaratur canon ſeſſionis 23. cap. 25. circha confeſſiones a regularibus non audiendas.*

## De Studentibus. Cap. XXIII.

*Hæc eadem conſtitutio de ſtudentibus plaries in gen. comitiis interpellata eſt: videlicet 1316. apud Bon. in mon. S. Ioſeph. 1350, conſtitut. 5. apud montē Polisianū conſt. pri. 1322. apud Bon conſt. 4. 1401. Florentiæ conſtit. 10. Taruiſi 1461. conſt. 5. Flor. 1470. conſt. 4. & tandem, Veronæ 1554. & Bon. 1566.*

IUNIORIBVS *vſq; ad iuſtam ætatem ſacerdotij poſtquam profeſſionem emiſerint conſulendū eſt, vt in humanioribus literis erudiantur. Propterea non sunt ſeruilibus negotiis occupandi, ſed veluti liberi & ingenui omnibus modis ad bonas literas animandi, loco, præceptore, aliiſq; commodis fouendi, futuri namq; ſunt patres, ac ordinis columnæ. Neq; sunt ſuo ipſorum arbitrio dimittendi, sed ſub Magiſtri ferula Coercendi, & tenendi in offitio. Quod vt quiſq; magis incendatur ſtudiorum cupiditate, ordinatur vt nullus ſtudentium numero aſcribatur, niſi in Capitulo Prouinciali vbi Diffinitores, ſocius, & Prouincialis periculum faciant, an latine intelligat, ita vt nouerit lectionem ex humanioribus literis interpretari, & caueant Patres ad communem Religionis vtilitatem, ne aliquem, niſi hoc facto periculo, & ſine hac prauia lectione recipiant. Qui ſic receptus teneatur infra biennium vel triennium in Capitulo* Prouinciali *oſtendere coram* Patribus, *quantū profecerit vt notum ſit, an idonei ſint ad ſtudia qui admiſſi fuerint. Quòd ſi inepti reperiantur, priuentur numero, & priuilegiis ſtudentium. Vt verò qui altioribus diſciplinis aptiores fuerint inuenti poſſint proficere, in qualibet prouincia ſit ad minus vnus locus pro ſtudentibus in artibus, Vbi ſit lector cum diſcipulis ſibi per Capitulum generale vel prouinciale deſignatis. Quibus legat quotidie duas lectiones, continuando materias cum examinationibus & diſputationibus*

*• Appendix.*
*Priuentr numero, & priuilegiis ſtudentium, addendum videtur in eodem capitulo prouinciali, idq; vt omnibus innoteſcat. publicè ſynodo prouinciali diuulgetur, & eorū nomina qui fuerint admiſſi recenſeantur.*

*Hoc idem voluit intellexiſſe ſanctiſſ. Pater Auguſtinus in Regula cum d. codices certa*

*tionibus more Dialectico. Hoc scilicet ordine seruato Incipiat ab elementis Dialecticæ, & totam Aristotelis dialecticam, quæ & organum dicitur absoluat legendo, & conferendo cum suis discipulis. Dehinc eodem ordine singulos naturalis Philosophiæ libros perlegat. Id quod triennio perficietur aptissime, nisi fiant illæ prolixiores & morosæ vacationes. Postremo legantur quatuor libri sententiarum magistri, cum quæstionibus, & dubitationibus ad libitum lectoris, quos non audiant, nisi & Dialecticæ, & Philosophiæ libros audierint Atq; (si fieri potest) sub vno eodemq; præceptore. & Dialecticam, & naturalem Philosophiam, & sententias Theologicas audiant ijdem discipuli successiuis temporibus, id enim plurimum confert vt cum fructu laborent audiendo. His expletis, qui speculationi fuerint aptiores poterũt exponere audiendo grauiores lectores in aliqua vniuersitate in conuentibus tantum habitantes, & post modum per circulum legere, & alios docendo quæ nouerint firmare. Ea enim videtur optima & fructuosissima studendi ratio, Et quoniam à Domino Deo omnia nobis bona fluunt, & emanant, monentur Regentes omnes & lectores, vt studentes suos primum doceant timorem* Domini, *qui est initium sapientiæ, hortentur ad diuinum cultum, ad obedientiam Priori exhibendam, ad pacem seruandam, Ad studia deniq; eos excitent, nè illi ipsi operam, & oleum perdant, ac aliis locum occupent.*

*&c.*

*Hora singulis diebus petantur, vt optime insinuat eiusdem canonis dilucidatio.*

*Eadem præcipit optimus Pater Augustinus in fronte suæ Regulæ: Scribens ante omnia fratres carissimi diligatur Deus.*

## De Graduandis. Cap. XXIIII.

*Conſtitutiones de graduandis editæ habētur a priſcis patribus. primo 1470. in co. gen. indictis Florentiæ, conſt. 5. et 7. Rurſus in congregatione Bononiæ in monaſt. Seruorū celebrata 1473. conſt. 4 præterea in comitiis indictis Veronæ 1554. in cap. 23. de graduandis.*

NULLUS *promoueatur ad Baccalaureatū in ſacra Theologia, qui non audierit artes & ſẽtentiarū libros, cuius rei requiratur à Prio re generali vehemens, & valida probatio, Nec niſi in Capitulo Prouinciali publicentur, & per decreta Diffinitorum ſecreto ſcrutinio, & per aſſenſum maioris partis. Nullus porrò promoueatur ad Magiſterium, niſi qui fuerit Baccalaureus formatus. Nec niſi in Capitulo generali dentur eiuſmodi licentiæ per Patres Diffinitores, illis dumtaxat, qui à maiori parte Diffinitorum, per ſecreta ſcrutinia fuerint admiſſi. Prior generalis poßit duos ex admiſsis magiſtros pronunciare, iuxta Bullam Innocentij octaui. Cæteris admiſsis per litteras patentes impertietur facultatas vt poßint in aliqua dumtaxat approbata vniuerſitate Magiſterij inſignia ſuſcipere. Qui igitur alia via quam vt dictum eſt eiuſmodi gradus ſibi vendicare præſumpſerit, ſit à gradu ſuſpenſus perpetuo, & actiua, paßiuaq́ voce priuatus per Triennium.*

** Appendix. Et per decreta diffinitorum. addendum videtur. & Rev. Patris Gen. Socij & prouincialis, quorū iudicio in numero ſtudentium eſt aſcriptus. vt in anteriori capite habetur.*

## De Predicatoribus. Cap. XXV.

*Conſtitutio hæc robur habet ex decreto Concilii Tridentini Seſſ 24. titulo de regularibus & monialibus cap. 4. cuius decreti ita iacēt verba. Prohibet ſancta ſynodus ne quis regularis ſine ſui ſuperioris licentia predicationis, vel lectionis, aut cuiuſuis Pij ope*

NULLUS *ad diuinum verbum prædicandū accedat qui non fuerit miſſus à Priore generali, cuiuſq́ rei deferat licentiam manu & ſigillo eiuſdem obſignatam. Nullus item mittatur ad prædicandum, qui non ſit Baccalaureus formatus, aut doctor in ſacra Theologia, aut qui non rei litera*

*riæ, bonisq́ diſciplinis, & ſcientijs actu incumbat & ſaltem per quinquennium iam incubuerit, aut aptæ eruditionis ad id muneris obeundum, cuius rei proba tio fiat in Capitulo Prouinciali cuiq́ non ſit ab hæreti cæ prauitatis Inquiſitoribus inhibita facultas prædicandi. Qui vbiq́, tamquam viri, qui ſuam, & aliorum ſalutem procurare deſiderant, religioſè, & honeſtè ſe habeant ſicut viri euangelici, ſui ſequentes veſti gia Saluatoris, cum Deo vel de Deo ſecum vel cum proximis vtiliter loquendo. Vitabunt ſuſpicioſi comi tatus familiaritatem. Cauebuntq́ nè inter concionandum mendacia, aut hæretica dogmata populo denunciens, ſed ſincerè verbum Dei prædicent, Catholicam veritatem, ſanctamq́ Romanam eccleſiam extollant. Doctores Catholicos, & ſacra Concilia imitentur. Inter alia ab illis dicenda hæc pauca adnotantur, vt ſcilicet De confeſſione prædicent, & Theologos imitati, eam de Iure diuino eſſe oſtendant. De purgatorio quoq́, De indulgentiis, De authoritate ſummi Pontificis, De ſuffragiis defunctorum, De inuocatione Sanctorum. Deq́ veneratione imaginum apertè, & nudè verba faciant. De peccatò autem originali, De Iuſtificatione, & præparationis ad Iuſtificationem neceſſitate, modo, & fructu, & bonorum operum merito. De ammiſſione gratiæ per peccatum, De reparatione poſt lapſum. De perſeuerantiæ munere. De libero arbitrio, & legis obſeruatione, neceſſitate, & poſſibilitate, eiuſdemq́ & naturæ ad iuſtificandos homines imbecillitate, iuxta Tridentini Concilij expoſitionem, & decreta Catholicè tractent. Impios*

*ris pretextu ſubiiciat ſe obſequio alicuius Pralati principis &c.*

** Appendix.*

*Cuius rei probatio fiat in cap. prouinciali addendum videtur a patribus diſinitoribus. Socio, & Prouinciali. & qui ſemel fuerit probatus. habeatur pro ſemper admiſſus in huiuſcemodi approbatione.*

*Coram vero illis patribus pro mulget confeſſionem indiſtã à Pio 4. in ſuo diplomate Romæ dato 1564. idibus nouembris.*

*Pro huiuſm. conſt. vide bullam Pii V, aditam 1567. pro mendicantibus in declaratione canonis Seſſ. 23. cap 3 ibi namq; dicitur. volumus quod in ſuis eccleſiis. quando eis placuerit licitè, & abſq; vllo impedimento. vel contradictione etiam epiſcopi (niſi ipſe prædicauerit) prædicare poſſint.*

*Quæ potiſſimum à concionatoribus Euangelicis populo denunciando ſint.*

*per fidem originaliter, & per Charitatem formaliter, & gratis iuſtificari doceant, ſimulq; inanem hæreticorum fiduciam ſecundũ eiuſdem ſancti Oecumenici Concilij expoſitionem deteſtentur, & de ſtatu eccleſiaſtico, & religioſo ſumma cum modeſtia, & veneratione loquantur, & in omnibus, de quibus haberi ſermo contigerit in ſuis Concionibus, ſic ſanctè purè, & premeditatè dicant ad populum vt verè & firmiter ſentire oſtendant, quod ſancta Romana Eccleſia ſentit, docet, prædicat, & obſeruat, ſi quis autem eo dementiæ peruenerit, vt minus ſanam doctrinam, et à ſancta matre eccleſia non approbatam vel hæreſes aliquas doceat, ſciat ſe mox eſſe præſentandum, & conſignandum officio ſacræ Inquiſitionis debitas pœnas recepturus. Non ommittent verò ſe Reuerendiſsimis locorum ordinariis præſentare, cum literis teſtimonialibus ſui ſuperioris, & ſi contigerit eos in parrochialibus prasbiterorum eccleſiis prædicare, non modo ab eis benedictionem accipiant, verum etiã prædicandi licentiam in ſcriptis habeant. Quod ſi quis eò ambitionis deuenerit, vt ſine Prioris Generalis conceſsione prædicare præſumpſerit, gradu quolibet, ac prædicandi officio perpetuo priuatus intelligatur. Prouideat etiam Prior Generalis in ſuis viſitationibus vt ſingulæ Eccleſie parrocchiales habeant Magiſtros vel alios idoneos qui ſaltem ſingulis diebus feſtiuis ſermonem habeant ad populum & ſacra eloquia docẽda exponant.*

## De Iudiciis. Cap. XXVI.

*QVAMDIV in Carne viuimus contingit vt ſecundum carnem quandoq́ viuamus. Opera vero carnis vix cohiberi poſſunt niſi pœna adhibita quare neceſſaria eſſe dignoſcitur Iuſtitia punitiua. Vt ergò ritè in iudicijs procedatur, ſtatutum ſit vt infra. Si quis contra fratrem ſui vel alterius conuentus agere voluerit iudicialiter, actor ſequatur forum rei. Iudex igitur ille ordinarius vtrumq́ audiat, & ſi res poßit tunc ſummariè dirimi, non diffe ratur in tempus aliud ſententia. Si verò cauſa fuerit eiuſmodi, vt & ſcripturis, & Teſtibus opus ſit: fiat cōmoditas partibus ad deducēdū de Iuribus ſuis. Atq́ ſecūdū deducta sūmariè, nō ſeruato Iuris ordine ferat ſententiā in ſcriptis. Quòd ſi quis ſe grauatū ſenſerit ab illa liceat appellare ad ſuperiorem Iudicē. Ita sanè, vt à Priori Cōuentuali, ad prouincialē, Ab hoc, ad Generalem, A generali, ad Diffinitores Capituli generalis. A quibus tāquā à ſupremo magiſtratu nullo pacto liceat appellare. Qui verò voluerit à ſētentia Diffinitorū generalis Capituli recedere, omnibus Iuris, et facti remedijs etiā per carcerationē, et quālibet aliā Coerctionē illi ſtare cōpellatur. At vero ſi ad Reu. ac Ill. Protectorē ordinis deducetur causa, Prior generalis, vel Procurator ordinis in Romana Curia, tuetur causā, et reſpōdeat pro absēte. Impoſtores et qui propter calumniā in probatione defecerint, grauiter puniātur pro criminum grauitate, et penæ talionis subiaceant. Et qui per literas infamatorias ſine nomine,*

*Decretum hoc de iudiciis multoties interpellatum eſt in comitiis generalibus celebratis Piſt. 1296. conſt. prima Viterb. 1299. conſtit. 4. apud montem Pol. 1303. conſtit. 5. Fanētiæ 1334. conſt. 2 Bon. 1350. conſt. 11. & 12. Flor. 1470. conſt. 13. & deniq; Veronæ 1554. cap. de iudiciis D. tamen Auguſtinus in ſua Regula ita ſcribit. conuictus vero ſecundum Prepoſiti, vel presbiteri ad cuius diſpenſationem pertinet arbitrium debet emēdatoriam ſubiire vindictam &c.*

*Conſtitutio hæc de terminandis cauſis primum deprompta ex decreto Tridentini Concilii ſeſſ. 25. titu. de reformatione. cap. 10. cuius verba ita ſonant. Admonet dehinc ſancta ſynodus tam ordinarios, quam alios quoſcunq; iudices, vt terminandis cauſis quantum fieri poterit breuitati ſtudeant Diuus autem Auguſtinus in Regula ſcribit hæc: lites autē nullas habeatis, aut quam celerrimè finiatis ne ira creſcat in odium, & trabem faciat de feſtuca.*

*Ad quos, & quo ordine liceat fieri prouocatio.*

*Contra impoſtores.*

*aut per cædulas, libellos, & deſcriptiones in quouis loco, etiam in parietibus deſignatas aliquem diffamauerint excommunicationis vinculo eo ipſo facto ſint aſtricti, & per tres menſes ſeruentur in Carcere, & voce, & quocumq; officio careant, donec fuerit cum eis diſpenſatum per Capitulum generale. Non imponatur pœna pecuniaria alicui erranti ex noſtris fratribus, quibus nihil admiſſum eſſe debet, vltra modeſtum victum & veſtitum. Sed ſi in miniſterio fuerit quis furti condemnatus reſtituat male ablatum, & luat in perſona, quod in ære non poterit, iuxta pœnas grauiori culpæ deſignatas. Nullus ob quamuis flagitioſiſſimum crimen ab ordine proyciatur, & vbi ab contumacem, & manifeſtam rebellionem, cum ſcilicet iniunctam ſibi pœnitentiam ſalutarem pertinax ferre recuſauerit, Ita vt in eum ſuperior ſeuerius inſæuire cogatur, tunc vel curiæ ſeculari tradatur, vel ad triremes condemnetur, vel alia pœna arbitrio ſuperioris, & pro qualitate admiſſi criminis coerceatur. Sunt enim corripiendi fratres noſtri in ordine noſtro, non autem turpiter abiiciendi in ſcandalum ſæculi, & animarum perditionem. Neutiquam concedatur licentia per ſuperiores noſtri ordinis alicui ex noſtris profeſſis commorandi diutius extra clauſtra, quouis quæſito colore, vel cauſa depoſito aut retento habitu, niſi ſtudij gratia in aliqua vniuerſitate, vbi ſciat ſe ordinarij correctioni ſubyci, vbi non eſſet monaſterium noſtri ordinis, aut pro negotijs publicis. Proceſſus & ſententiæ omnes quæ fient in viſitationibus, ſeruentur diligenter vſq; ad Capitulū generale,*

Pœna contra depredatores.

Pœna contra rebelles & inobedientes.

Hoc idem precipit. d. Aug. in Regula dicens. quam. s. emẽdatoriam vindictam ſi ferre recuſauerit etiam, ſi ipſe non abſceſſerit de veſtra ſocietate proiiciatur, & hoc non fit crudeliter, ſed miſericorditer: ne contagione peſtifera plurimos perdat.

*tunc enim per* Diffinitores *deliberandum erit de illis An ſeruandi fuerint in Archiuiis, aut igni tradendi. & quoniam pro iudicijs exercendis, & corrigẽdis exceßibus, requiritur quandoq; perſonalis detentio Ideo in quolibet conuentu, vbi degant quinq;, vel ſex fratres, ſit Carcer ſubterraneus, ſed in ſalubri loco aptatus, vbi delinquentes fratres cuſtodiantur ad emendationem, & non ad interitum. Et qui in incarceratos ita crndeles ſe oſtenderint, & immanes, vt eis adimant cibum, & propterea Vires ammittant, aut in grauem aliquem morbum incidant, vt in diſcrimen vitæ adducantur, eandem pœnam ipſi ſuſtineāt et in futurum ab omni magiſtratu abiiciantur tamquam indigni vt præſint hominibus. &c.*

## De Apoſtatis. Cap. XXVII.

N*O N recipiantur fratres alterius ordinis, aut etiam eiusdem ordinis, qui tamen diuerſas habeant obſeruantias, ſeu viuendi modum niſi à generali Capitulo explorata prius eorũ vita, & quòd ab arctiori obſeruantia, ſeu inſtituto non diſcedant fuerint approbati, aut diſpenſationem obtinuerint à ſede Apoſtolica manu Sanct. D. Noſtri ſignatam, non autem per maiorem Pænitentiarum. aut quoſcumq; eiuſdem Sanctiſs.* Dom. *Noſt. vel Apoſtolicæ ſedis officiales. Quicumq; facta profeßione de ordine noſtro ſua ſponte exierit, niſi trium dierum termino elapſo reuerſus fuerit, atq; Prælato ſuo humliter veniã petierit, excommunicationis ſentẽtiam incurrat.*

*Multa decreta contra apoſtatas ſãxit Seruorum Religio. in comitiis generalibus: videlicet apud montem Pulitianũ 1256. conſt. 17. apud caſtrũ plebis. 1306. conſt. 1. & 5. apud Aretium 1315. conſt. 3. et Veronæ 1554. cap. 27, de apoſtatis. Benedictus preterea vndecimus pontifex sũmus eiuſdem relegionis precibus inclinatus 1335. decretum adidit contra apoſtatas ordinis Seruorum cunctis eccleſiæ prælatis imponens ne ſuis in diœceſibus eos recipere audeant, cuius tranſumptum habetur ven. in ven. mon. Seruorum. idem etiam ſtatuit, clarioribus q; verbis indixit Innocentius. 8. vt videri libet in ma-*

*ri magno indulto 15. & 16. inhibens maiori pænitentiario ne apoſtatis concedat licentiã quod ad alios ordines ſe conferre poſſunt ſine Gen. licentia.*

*Poſt vero reditum ſuum ieiunet per totum annum ſingulis ſeptimanis ſemel in pane tantum & aqua, & recipiat vnam diſciplinam in ſingulis ſeptimanis, & ſtet nouiſſimus in menſa, & in Choro pro Nouitio, nec committatur ei aliquod officium, & ſi præsbiter fuerit, non audiat confeſſiones, neq̃ vocem habeat in Capitulo per quinquennium. At ſi quis in Apoſtaſia vixerit, & infamem vitam duxerit, ad perpetuos carceres, vel alias pro modo, & magnitudine Culpæ arbitrio Prioris generalis, & Prouincialis puniatur. Sed nequaquam recipietur aliquis noſtri ordinis exititius, niſi per Priorem generalem cum ambobus viſitatoribus illius prouinciæ, & conſenſu maioris partis Capituli illius conuentus, cuius recipiendus eſt futurus filius, vel alterius Conuentus qui eum malet ſibi in filium adoptare. Et ſeruatis modis, ac pœnis ſuſcriptis, & facta publica abſolutione ab Apoſtaſia, aliis cenſuris per* Priorem Generalem. *De ijs vero qui extra ordinem commorati ſunt ſic ſtatuitur, vt cum redire voluerint, omnino recipiantur, ſi tamen clare conſtet eos honeſtam vitam, & religioſam traduxiſſe, poſſint mitius puniri, nulla tamen eis committantur officia niſi tranſacto quinque annorum ſpatio. Vt autem huiuſmodi liberè vagantibus longè diſſimiles appareant, qui intra ſepta monaſteriorum vitam agunt, Nullus* Domo *exeat, niſi cum ſocio, & Cappa &* Prioris *licentia, & tecto capite, nec poſt prandium vſq̃ ad nonam, nec à Completorio vltra.* Diebus *feſtis nulli egredi liceat, niſi aliqua vrgente cauſa, aut publica neceſſitate. Sint autem cõtenti omnes bis tantum*

*Hoc idem præcipit Diuus Pater Aug. in Regula ſcribens. quando proceditis ſimul ambulate cum veneritis, quo itis ſimul ſtate: in inceſſu, ſtatu, habitu, & in omnibus motibus veſtris nihil fiat, quod cuiuſquam offendat aſpectũ. Sed quod veſtram deceat ſanctitatem.*

*tantum in Hebdomada exire, & cum egredi voluerint cum Cappis inclinati humiliter petant à ſuo Prælato benedictionem. Sit Prior quoq; diligens, nè vno, eodemq; die omnes exeant, neq; per vrbem, forum, aut vicos inhoneſtos diſcurrant, aut in die permaneant in apothecis cum ſecularibus tempus conterentes, & de inanibus rebus, & curioſis loquentes &c.*

## De locanda ac nutrienda familia. Cap. XXVIII.

*CUM domus noſtræ in fundamento paupertatis erectæ ſint, nemini liceat bona immobilia quouis modo, cauſa, aut excogitato titulo, ac colore acquiſita tenere, & poſſidere, ſed omnia cæteris cõuentum bonis adiungantur, atq; in plenam & liberã monaſteriorum poteſtatem redigantur. Fructus verò qui inde percipientur ſub fideli cura alicuius patris ad id electi ſeruentur pro fratrum neceſſitatibus, apud quem etiam deponantur eleæmoſinæ omnes ex confeſſionibus, concionibus, lectionibus, miſſis, nec nõ alia quacumq; ratione, etiam labore, & induſtria habitæ, & pro neceſſitatibus fratrum ſimiliter conſeruentur, ſuperiores tamen omnes in ſingulis conuentibus ſpecialem perſonarum rationem habeant, & de prædictis bonis, prout maior aliquorum fratrum gradus ſtudium, neceſſitasq; poſtulauerit, eis pro eorum ſuſtentatione aliquid extra ordinem conferant, quod tamen ea fiat modeſtia, & circumſpectione, vt aliis non ſubtrahantur neceſſaria. Et ſi quid alicui ex af-*

*Hoc idẽ decretum ſanxerunt patres noſtri in comitiis generalibus. videlicet 1256. Piſt. conſtit. 3. & 4. 1315. Aretĩ conſt. 4. 1350. Bon. conſt. 3. 5. & 10. et tandẽ Flor. 1401. conſt. 13. quod quidem decretum deprompſerunt a regula diui Auguſt. quam profitetur Religio Seruorum ibi namq; dicitur & nõ dicatis aliquid proprium Sed ſint vobis omnia comunia, & diſtribuatur vnicuiq; veſtrum à præpoſito veſtro victus et tegumentum non æqualiter omnibus quia non equaliter valetis omnes, & hoc idem ſimiliter decreuit ſacra ſynodus Tridentina ſeſſ. 24. tit. de regula & moni. cap. 2. quo in loco. iacent hæc verba, nemini igitur Regularium tam virorũ, quam mulierum liceat bona mobilia. cuiuſcumq; qualitatis fuerint, etiam quouis modo ab eis acquiſita tamquam propria, aut etiam nomine conuentus poſſidere &c.*

*fectione potius quàm ex merito, vel neceſſitate recipiẽtis, vel quod ſtatum paupertatis violet conceſſerint, ſciant ſe omnipotentis Dei iudicio ſubiacere, & ſecundum Tridentini Concilij decreta tradita nihilominus poſſe repeti. Bonorum vero mobilium vſus tantum permittitur. De his tamen fiant inuentaria quæ inter communes ſcripturas cuſtodiantur. Verum admonentur omnes, nè in priuatis Cameris aliqua minus honeſta, aut parum religioſo ſtatui decẽtia teneant: ſuper id præcipitur Prouincialibus, et Prioribus vt cum talia inuenerint auferant. Nec de bonis mobilibus audeat quis ſuo arbitratu diſponere, Neq́ ea extra loca ordinis apud aliquas perſonas, quæcũq́ illæ fuerint, tenere, & reponere. Quia vero nobis conceditur vt in communi habeamus mobilia atq́ immobilia bona, quæ niſi à prudentibus miniſtris fideliter cuſtodirentur, facilè in præceps ruerent, ad illa cuſtodienda, & amplificanda, deſignentur vnus, aut plures procuratores. Qui tamen reddant rationem ſuæ adminiſtrationis ſingulis menſibus in Capitulo. Verum priuſquam fuerint deſcriptæ rationes in legali Diario monaſterij, ſingulatim per duos patres prudentes à Capitulo (onuentualiter deputatos, examinentur diligentiſſimè, cum præſentia Prioris conuentus, & iuxta illorum cenſuram ſcribantur in Diario legittimo. Vt antem prouentus annuus ſufficiant familiæ, fiat recta, & prudens conſideratio annui prouentus in ſingulis quibusq́ monaſteriis, & deſigneneturfamilia, quæ aptè ex illis prouentibus ali poſſit, & nutriri, deductis primum grauamini-*

*bus publicis, vectigalibus, Decimis, collectis, & id genus cæteris pro locorum, & temporum rationibus. Ita enim fiet vt commodius intẽdent orationibus, ſacriſq; lectionibus, & in monaſterijs ſuis Deo promptum exhibebunt obſequium. Habeatur ratio obligationum pro dicendis Miſſis ſeniorum Patrum, Iuuenum inſtruendorum, & ad infinitas penè occaſiones animaduertere opus eſt, nè maior fiat impenſa quam futurus ſit reditus. In quolibet Monaſterio ſit vnus liber Campioni, ſeu cataſtri (vt dicunt) in quo ſcribantur omnia acta publica, Iura, & inſtrumenta ad illud* Monaſterium *pertinentia; Ita & quilibet Pruincialis habeat regiſtrũ, in quo ſcribantur omnia acta, & Iura ad illã Prouinciã ſpectantia &c. Romæ quoq; ſit vnus liber, & locus vnus vbi aſſeruentur omnia Iura publica toti Religioni ſpectãtia quorũ cuſtos ſit* Procurator *ordinis in Romana curia.*

## De poteſtate, & conditionibus Officialium. Cap. XXIX.

PRIOR *Generalis ſit Doctor in ſacra Theologia, præclaris moribus rerum gerendarum prudentia, ac vitæ ſanctitate conſpicuus, annorum ad minus quadraginta, qui ad minus annos viginti in ordine vixerit, nec fuerit in eo* Magiſtratu *proximo ſexennio, cui omnes fratres, cum omni reuerentia & ſubiectione in omnibus obediant, & ipſe tamquam optimus paſtor, & rector de toto ordine ſibi cõmiſſo aſſiduam ſollicitudinem gerat, ſit cuſtos legum,*

*Quæ Generali Seruorum cõueniant, require adhuc quæ in his generalibus comitiis annota ſunt. videlicet conſtitutionem ſecundam aditam Piſtoris 1296. conſt. 3. & 4. apud mõtem Politianũ 1303. conſt. 2. triferni 1304. conſt. 3. apud caſtrum plebis. 1306. decreta Clementis ſexti indicta Arimini 1345. conſt. 8. & 14. Bon. 1350. conſtitue prima Bon. 1372. conſt. 1. 3. 4. 5. 6. 7. 8. & nonam. Flor. 1401. conſt. 2. Flor. 1470.*

const. 12. Ben. 1475. & tandem indulta Innocentii 8. in mari magno obsignata scilicet. 3. 4. 8. & 33. Sed in primis animaduertas, quæ scribit sanctus pater Augustinus in calce suæ Regulæ dicens, ipse vero qui vobis præest, non se existimet potestate dominante: Sed caritate seruiẽte fœlicem, & Paulo infra. circha omnes se ipsum bonorũ præbeat exemplum corripiat inquietos. consoletur pusillanimes suscipiat infirmos. patiens sit ad omnes Disciplinã libens habeat, metuendus imponat. &c.

& ad earum obseruantiam exteros suo exemplo inducat: singula, & omnia loca ordinis visitet, vel per sè, vel per alium, mores emendet, excessus fratrum, & culpas secundum ordinis instituta corrigat. Neq; solus visitando quidquam graue agat, sed cũ consilio & consensu collegarum omnia agat. Acta pariter omnia visitationis referantur in Capitulo Prouinciali, & grauiora etiam referantur in Capitulo generali. Neq; leges aut constitutiones aliquas ad vniuersum ordinem spectantes cōdere, aut abrogare audeat. Possit niholominus Generalis Prior cum amborum Collegarum consensu Prouinciales, seu conuentuales aliquas leges pro honesta & rationabili Causa abrogare, & nouas condere. Pro suis expensis habeat ab ordine & congregatione consuetum subsidium, quod illi sufficiat pro expensis inter visitandum & decoro gradus seruando in Romana Curia, & alibi. Teneatur nihilominus dare Procuratori ordinis in Romana curia singulo quoq; anno scutos aureos sexaginta. Neq; vlterius decimas exigat de bonis defunctorũ sub pœna priuationis officij & integræ restitutionis faciendæ ablatorum. Neq; possit imponere subsidia Charitatiua pro ordinariis expensis in Romana curia, aut alibi. Si tamen contingat extraordinaria aliqua actio, vt potè pro acquisitione alicuius loci, pro impressione librorum aut cæteris eiusmodi in beneficium, aut commodum publicum suppleatur de publico, idq; non fiat, nisi de consensu Prouincialium, & sociorum Prouinciarum.

Prior Generalis perfunctus suo Triennali, vel

*sexennali Magistratu, redigatur in ordinem, nec deinceps assummi poßit ad eiusmodi munus, nisi post sex annorum vacantiam, sed post Magistratum depositum eius habeatur honesta ratio.*

*Dispositio antiqua de duobus sociis Priori Generali adhibendis, visa est aliter declarari, Nempe quòd in Capitulo Prouinciali eligatur vnus pater annis, ac prudentia maturus per secreta suffragia in socium Generalis, qui cum Prouinciali illius Prouinciæ comitetur Generalem & ipsi aßideat, iuuetq́ in visitationibus locorum eius opus.*

*Socius poßit sibi locum quem voluerit in sua Prouincia eligere pro sua habitatione in illo Triennio. Idq́ curet fieri bona pace Prioris, & Patrū illius monasterij. Socius duci & reduci debeat expensis prioris generalis. In illo triennio Socius non sit alio officio grauatus, nisi forte lectionis per annum, aut prædicationis in Quadragesima, quo cum opus fuerit praestò sit visitationibus. Finita visitatione suæ Prouinciæ ad suum monasterium redeat, honestè & religiosè Deo seruiens & Priorem adiuuans. Socius in præsētia Generalis, vbiq́ immediatè sit post Generalem, eius electio non sit nisi ad Triennium. Neq́ poßit assummi ad idem officium nisi post vacantiam vnius Triennij. Quilibet Pater senior, annis, ac probitate grauis aptus erit qui ad munus visitationis seu societatis assumatur, siue fuerit Magister Theologus siue non.*

De electione Sociorum siue collegarum Reuerendißimi Generalis, eorumq́ authoritas.

*Prior Prouincialis à maiori parte Capituli Prouincialis electus in absentia generalis habeat pote-*

De electione prefecti prouincialis cuius Munus similiter inuenies in his que obsignata

*ſunt in aliis generalibus comitiis. videlicet conſt. 3. in dictam Fauentia 1334. conſt. 11. 12. 16. Bon. 1350. conſt. 3. Bon. 1372. conſt. 1. 16. 18. 22. Bon. 1373. et indulsa Innocentii octaui in marima gne annotata indultum. ſ. 9.*

*ſtatem Generalis in Prouincia ſua in caſibus in quibus præſentia Generalis requiſita nõ poſſit commode haberi præterquam in ijs, quæ de Iure, & conſuetudine Generales ſibi reſeruare ſolent, quemadmodum ſunt promotiones ad gradus ipſos lectoratus, Baccalaureatus, Magiſterij, & ad ſacros ordines, et alia multa. Aduertaq nihilominus ne ſuo arbitrio tantũ terminet, ſed vbi poteſt Generalem per literas conſulat, & ſi res vrgeat ſocium aduocet* Prouinciæ,*et grauiores patres vicinos. Viſitet omnia loca ſuæ* Prouin*ciæ, quoties, et quæ opus fuerit, ſed niſi vrgeat neceſſitas, nõ viſitet, niſi quando cum generali, & ſocio viſitabit, nec ei per* Prouinciã *vagare liceat, aut inutiliter peragrare, ne monaſteria nimiũ grauentur expẽſis ſuperfluis, Sollicitè inuigilet ad augmẽtum* Prouin*ciæ ſibi cõmiſſæ, omnes ad obſeruationẽ conſtitutionũ ardenter inducat. Nullũ alterius* Prouinciæ *fratrem recipiat qui non habeat literas à ſuo* Prouinciali, *vel* Priore generali. Accedendi ad Capitulũ generale, ſeu Prouinciale *nemini licentiã concedat niſi ob iuſtã, & manifeſtã Cauſam. Fratres ad eũ venientes pro leui, & quaſi nullius momenti cauſa puniat vt tollatur occaſio vagandi per Prouincias. Poſſit ſibi quem voluerit locum eligere pro ſua triennali habitatione, cui prouideatur à monaſterijs ſuæ Prouinciæ, ſecũdum priſcas diſtributiones, quibus tamen contentus ſit pro ordinarijs expenſis, & pro decoro dignitatis ſeruando.*

*Prior* Prouincialis *eligatur per ſecreta ſuffragia, nec quiſquam eligi poſſit, niſi ſit* Magiſter *in Theologia. In ijs verò Prouincijs, in quibus non ſunt Magi-*

*ſtri ſubrogentur alij, eius electio duret ad Triennium, nec poßit cōfirmari niſi per vacantiā vnius Triennij.*

*Prior Conuentualis ſit grauis annis, modeſtia, atq; prudentia insignis; Eccleſiæ in primis ſit Zelator; vt diuinus cultus perſoluatur, mores fratrum componat. deuotionem augeat, conſtitutiones ſeruet, & ſeruari faciat, infirmis neceſſaria prouideat, pacem conſeruet, verba opprobrioſa, & contumelioſa in fratres non dicat, ſingularitates in cibo caueat, et communem cum fratribus vitam teneat. Munera præter commeſtibilia, aut læuia non recipiat, Vt ſuis Temporibus dentur fratribus indumenta ſtudeat. Culpas eorum, ſecundū decreta ordinis corrigat, bonorū Temporaliū aßiduam curam gerat, ita vt primus ſit (vt aiunt) in labore, & in requie nouißimus, in quibus ſi deficiat, dignus eſt vt deponatur, & nūquam præficiatur.*

De conditionibus Prioris conuentualis, obſignatis in plurimis Generalibus comitiis: Vide ergo cōſt. 8. Viterbi indictam. 1307. conſt. 7. arim. 1345. conſt. 8. & 12. Bon. 1350. conſt. 11. Flor. 1401. conſt. 1. & 9. Taruis. 1461. conſt. 2. Bon. 1473. & indulta Innocentii 8. in mari magno. expreſſa. indultum. ſ. 9.

*Inſtituat in ſuo Conuentu patres diſcretos per decretum Capituli ſui conuentus, de quorū conſilio omnia monaſterij negotia tractentur, et in difficilioribus caſibus illos habeat coadiutores, & id potißimum ſeruetur in fabricis, ſtructuris, atq; quibuſuis ædificiis. Immo huiusmodi agredi, ſi valorem ſcutorum decem exceſſerint, ſine licentia Generalis, aut Prouincialis & Socij non præſummat. Habeat ſuos officiales, & miniſtros, ac cooperatores, Ita tamen quòd duos fratres in eodem conuentu ad officiū aſſumere nō valeat. Sacriſtā, Sindicum, ſiue Procuratorē intus, & extra, æduliorum diſpenſatorem, vini, panisq; cuſtodē, Hoſpitalarium, infirmariū, Magiſtrū Nouitiorum,*

*Magiſtrum Iuuenum profeſſorum, Ianitorem, aliosq́ pro locorum opportunitate, quos in officio teneat arguendo, obsecrando, increpando cum Charitate, & hi omnes præter Magiſtrum Nouitiorum & animarum cuſtodem, qui creantur in Capitulo Prouinciali, eligantur per vota ſecreta in Capitulis Conuentualibus, in quibus omnino excludantur à ferendis ſuffragiis, & Conuerſi & profeſſi, qui non fuerint in subdiaconatus ordine conſtituti. Qua in re opus eſt diſcreta charitate, vt ſuis quiſq́ muneribus accomodetur qui aptus fuerit. Sintq́ officia diſtincta diſtinctis perſonis diſtributa (quatenus commodè id fieri poſſit) pluribus enim ad plures res gerendas diſpoſitis, res dubio procul omni melius ſuccedent. Prior nullo particulari officio in ſuo conuẽtu implicetur, Sed omnibus ſemper intentus ſit, & vbi ſunt plures, quam quatuor fratres, prouẽtus tractare non audeat, ſed tantum aſſiſtat ſingulis menſibus rationibus* Procuratoris, *ſuperioris, & ſacriſtæ: quod ſi* Priorem *alicubi procuratoris officium agere contigerit, ſcribat fideliter, & rationem reddat vel Capitulo ſui Monaſterij, vel Viſitatoribus, Tempore viſitationis.*

De munere procuratoris conuentualis.

Prior, *&* Procurator *quamprimum electi fuerint coram duobus patribus diſcretis faciant regiſtrum, in quo vniuerſa ſupellex ſacriſtiæ, dormitorij, infirmariæ, cellarij, coquinæ, refectorij deſcribantur.* Procurator *pecunias omnes conuentus recipiet, ſolus expendet diſcretè tamen, & cum vtilitate conuentus, ſingulis menſibus coram patribus de familia rationes ſuæ adminiſtrationis reddet, ſub pœna priuationis officij,*

*officij quibus patres de familia ſub pœna priuationis veſtimentorum intereſſe non recuſabunt. Si quod arduum illi occurrat intimet Priori, et Prior patribus, & ſi iuſtum & honeſtum fuerit patres conſentiant. Quod ſi Prior negligentia, vel malitia proponere recuſauerit, ipſe aut ſignificet Priori Prouinciali, aut per ſe patribus proponat, qui quod Iuſtum, & vtile fuerit exequantur. Ne autem pro vnius libito publica bona adminiſtrentur. Procurator nullam faciat expenſam extraordinariam quamuis mediocrem ſine ſcitu prioris, aliorumq́ patrum conuentus. & in cōuentibus nobilioribus, et ditioribus habeatur ſcrinnium triūm clauium, in quo omnis exacta, acceptaq́ pecunia ccnijciatur, deſcripta quidem in libro ibi ſeruando, & cum deponetur, & cum pro neceſſitatibus etiam extrahetur (clauium vnam teneat Prior, alteram Procurator, Tertiam aliquis pater aliorum patrum Iudicio eligendus.*

Prior *non poſſit bona mobilia vendere, niſi cum conſilio patrum & conſenſu ſanioris partis Capituli. Bonorum autem immobilium venditiones nullatenus facere poſſit, etiam conſentientibus patribus, & Capitulo ſine conſilio* Prioris Prouincialis, *& licentia* Prioris *generalis in ſcriptis habita, et ſeruatis ſolemnitatibus à Iure requiſitis. Quod ſi aliter factum fuerit, omnia irrita, & inania pronunciantur & declarantur. fabricas autem, ſeu edificia propter quæ opus eſſet deinde vendere bona monaſterij, aut grauia debita contrahere, non tentabit, ſub pœna priuationis, abſq́ conſenſu patrum & licentia* Prioris

*Prouincialis & Generalis expressa. De fabricis etiā non necessariis, sed tantum ad curiositatem, & ad priuatum commodum factis Prioribus, & procuratoribus non admittantur expensæ, & deponantur ab officijs, & satisfacere cogantur.*

De electione prioris conuentualis.

*Prior conuentualis eligatur, & designetur per Diffinitores Capituli prouincialis, Qui etiā approbetur à Priore Generali ad biennium tantū & exacto primo anno in Capitulo Prouinciali, renunciet liberè ante Diffinitores. qui absq; votis secretis eum confirment pro secundo anno, nisi Casus aliquis emerserit propter quem secundum ordinis instituta deberet absolui. At in quibusdam paucis conuentibus ruralibus poterit Prior prorogari ad Triennium, & ad plures annos nisi intercedant demerita, sed nullo modo fiat ad vitam alicuius Prioris designatio, ne transeāt loca nostra in alienum Ius. Possit etiam infra biennium ab officio deponi, si id videbitur superioribus ex causa rationabili. Seruetur tamen Ius suū Generali designandi Priorem in vrbe, et apud Morgelinam Neapolis, & alibi vbi habet Ius suū. Conuentus verò sancti Marcelli, cum communi religionis commodo sit expositus, ob idq; ab extraordinariis quibusdā expēsis liberari æquū sit. Caueat Prior Generalis nè post octo Priores dies, si illum in eodem monasterio diutius morari contigerit quicquam præter panem & vinum pro se suisq; socijs & famulo à præfato Conuentu recipiat, aut exigat, sed cætera, ex taxis à tota Religione, secundum antiquam consuetudinem ei destinatis ipse sibi prouideat. Item seruetur Ius suum*

*Monaſterijs deſignandi Priores in locis ſibi vnitis.*

*Procurator ordinis in Romana Curia eligatur in Capitulo generali per ſuffragia ſecreta à Patribus ordinis, ſit Magiſter in Theologia eruditus, & prudens aptus ad orandum coram San. D. Noſt. Papa. Hic continuò habitet Romæ in Monaſterio S. Marcelli. Teneatur, vel ipſe perſe, vel per alium idoneum habere duas orationes in Cappella D. N. in diebus Epiphaniæ, & Dominicæ de Paſsione. Qui dies sũt deputati noſtro ordini. Negotia ordinis in Romana curia tractare, & ſollicitare teneatur, cui Generalis, ſingulo quoq; anno ſoluat aureos ſexaginta. Nec à monaſterio ſancti Marcelli de vrbe quicquã habeat pro victu ſuo, ſuiq; famuli, aut veſtitu preter panem & vinum, quibus pro ſe & famulo ſit contentus, lectum tamen, & lectiſternia, Medicum quoq; & medicinas, & cætera quæ in communi ſunt, habeat. At verò ædulia, ſeu pictantiam, ligna, oleum, Candelas, ſibi ipſe prouideat, liber ſit interim ab omnibus grauaminibus monaſterij. Nulli ſubditus in ordine niſi priori Generali. Teneatur exigere omnes literas ſibi à Generali directas, abſq; aliqua reſectione, expẽſas verò quas in recipiẽdis literis à particularibus perſonis, conuentibus, & prouincijs faciet, illi teneantur reficere, quorum cauſa fierit. Poterit tamen Generalis cum ſocio & Prouinciali, vnum pluresuè procuratores in vrbe, vel extra vrbem in caſu, et ex cauſa conſtituere, nomine, & ſuo, & totius ordinis, ſed ſecularem aut ſeculares. &c.*

De electione, & conditionibus procuratoris ordinis.

* Appendix.

Per ſecreta ſuffragia à patribus ordinis. videtur intelligendum, qui Reueredißimũ Generalẽ elegerũt, Seiunctũ tamen Patribus congregationis.

* Appendix.

Cum dicitur vel per alium idoneum habeat duas orationes, intelligatur quod iſte idoneus ſit vel magiſter in ſacra Theologia, vel baccalaureus formatus non mediocris eruditionis qui alias publicè orauerit.

*ri magno indultò 15. & 16. inhibens maiori pœnitentiariæ ne apoſtatis concedat licentiã quod ad alios ordines ſe conferre poſſint ſine Gen. licentia.*

*Poſt vero reditum ſuum ieiunet per totum annum ſingulis ſeptimanis ſemel in pane tantum & aqua, & recipiat vnam diſciplinam in ſingulis ſeptimanis, & ſtet nouiſſimus in menſa, & in Choro pro Nouitio, nec committatur ei aliquod officium, & ſi præsbiter fuerit, non audiat confeſſiones, neq; vocem habeat in Capitulo per quinquennium. At ſi quis in Apoſtaſia vixerit, & infamem vitam duxerit, ad perpetuos carceres, vel alias pro modo, & magnitudine Culpæ arbitrio Prioris generalis, & Prouincialis puniatur. Sed nequaquam recipietur aliquis noſtri ordinis exititius, niſi per Priorem generalem cum ambobus viſitatoribus illius prouinciæ, & conſenſu maioris partis Capituli illius conuentus, cuius recipiendus eſt futurus filius, vel alterius Conuentus qui eum malet ſibi in filium adoptare. Et ſeruatis modis, ac pœnis ſuſcriptis, & facta publica abſolutione ab Apoſtaſia, aliis cenſuris per* Priorem *Generalem.* De *iis vero qui extra ordinem commorati ſunt ſic ſtatuitur, vt cum redire voluerint, omnino recipiantur, si tamen clare conſtet eos boneſtam vitam, & religioſam traduxiſſe, poſſint mitius puniri, nulla tamen eis committantur officia niſi transacto quinque annorum ſpatio. Ut autem huiuſmodi liberè vagantibus longè diſſimiles appareant, qui intra ſepta monaſteriorum vitam agunt,* Nullus Domo *exeat, nisi cum socio, & Cappa &* Prioris *licentia, & tecto capite, nec poſt prandium vſq; ad nonam, nec à Completorio vltra.* Diebus *feſtis nulli egredi liceat, niſi aliqua vrgente causa, aut publica neceſſitate. Sint autem cõtenti omnes bis tantum*

*Hoc idem præcipit Diuus Pater Aug. in Regula ſcribens. quando proceditis ſimul ambulate cum veneritis, quo itis ſimul ſtate: in inceſſu, ſtatu, habitu, & in omnibus motibus veſtris nihil fiat, quod cuiuſquam offendat aſpectũ. Sed quod veſtram deceat ſãctitatem.*

*tantum in Hebdomada exire, & cum egredi voluerint cum Cappis inclinati humiliter petant à suo Prælato benedictionem. Sit Prior quoq; diligens, nè vno, eodemq; die omnes exeant, neq; per vrbem, forum, aut vicos inhonestos discurrant, aut in die permaneant in apothecis cum secularibus tempus conterentes, & de inanibus rebus, & curiosis loquentes &c.*

## De locanda ac nutrienda familia. Cap. XXVIII.

*CVM domus nostræ in fundamento paupertatis erectæ sint, nemini liceat bona immobilia quouis modo, causa, aut excogitato titulo, ac colore acquisita tenere, & possidere, sed omnia cæteris cōuentum bonis adiungantur, atq; in plenam & liberā monasteriorum potestatem redigantur. Fructus verò qui inde percipientur sub fideli cura alicuius patris ad id electi seruentur pro fratrum necessitatibus, apud quem etiam deponantur eleæmosinæ omnes ex confessionibus, concionibus, lectionibus, missis, nec nō alia quacumq; ratione, etiam labore, & industria habitæ, & pro necessitatibus fratrum similiter conseruentur, superiores tamen omnes in singulis conuentibus specialem personarum rationem habeant, & de prædictis bonis, prout maior aliquorum fratrum gradus studium, necessitasq; postulauerit, eis pro eorum sustentatione aliquid extra ordinem conferant, quod tamen ea fiat modestia, & circumspectione, vt aliis non subtrahantur necessaria. Et si quid alicui ex af-*

*Hoc idē decretum sanxerunt patres nostri in comitiis generalibus. videlicet 1256. Pist. constit. 3. & 4. 1315. Aretī const. 4. 1350. Bon. const. 3. 5. & 10. et tandē Flor. 1401. const. 13. quod quidem decretum deprompserunt a regula diui August. quam profitetur Religio Seruorum ibi namq; dicitur & nō dicatis aliquid proprium Sed sint vobis omnia comunia, & distribuatur vnicuiq; vestrum à preposito vestro victus et tegumentum non equaliter omnibus quia non equaliter valetis omnes. & hoc idem similiter decreuit sacra synodus Tridentina sess. 24. tit. de regula & moni. cap. 2. quo in loco. iacent hec verba, nemini igitur Regularium tam virorū, quam mulierum liceat bona mobilia. cuiusiumq; qualitatis fuerint, etiam quouis modo ab eis acquisita tamquam propria, aut etiam nomine conuentus posidere &c.*

*fectione potius quàm ex merito, vel neceßitate recipiẽtis, vel quod ſtatum paupertatis violet conceſſerint, ſciant ſe omnipotentis Dei iudicio ſubiacere, & ſecundum Tridentini Concilij decreta tradita nihilominus poſſe repeti. Bonorum vero mobilium vſus tantum permittitur. De his tamen fiant inuentaria quæ inter communes ſcripturas custodiantur. Uerum admonentur omnes, nè in priuatis Cameris aliqua minus honeſta, aut parum religioſo ſtatui decẽtia teneant: ſuper id præcipitur Prouincialibus, et Prioribus vt cum talia inuenerint auferant. Nec de bonis mobilibus audeat quis ſuo arbitratu diſponere, Neq; ea extra loca ordinis apud aliquas perſonas, quacũq; illæ fuerint, tenere, & reponere. Quia vero nobis conceditur vt in communi habeamus mobilia atq; immobilia bona, quæ niſi à prudentibus miniſtris fideliter cuſtodirentur, facilè in præceps ruerent, ad illa cuſtodienda, & amplificanda, deſignentur vnus, aut plures procuratores. Qui tamen reddant rationem ſuæ adminiſtrationis ſingulis menſibus in Capitulo. Uerum priuſquam fuerint deſcriptæ rationes in legali Diario monaſterij, ſingulatim per duos patres prudentes à Capitulo (onuentualiter deputatos, examinentur diligentißimè, cum præſentia Prioris conuentus, & iuxta illorum cenſuram ſcribantur in Diario legittimo. Ut antem prouentus annuus ſufficiant familiæ, fiat recta, & prudens conſideratio annui prouentus in ſingulis quibusq; monaſteriis, & deſignenetur familia, quæ aptè ex illis prouentibus ali poßit, & nutriri, deductis primum grauamini-*

*bus publicis, vectigalibus, Decimis, collectis, & id genus cæteris pro locorum, & temporum rationibus. Ita enim fiet vt commodius intẽdent orationibus, sacrisq́ lectionibus, & in monasterijs suis Deo promptum exhibebunt obsequium. Habeatur ratio obligationum pro dicendis Missis seniorum Patrum, Iuuenum instruendorum, & ad infinitas penè occasiones animaduertere opus est, nè maior fiat impensa quam futurus sit reditus. In quolibet Monasterio sit vnus liber Campioni, seu catastri (vt dicunt) in quo scribantur omnia acta publica, Iura, & instrumenta ad illud* Monasterium *pertinentia; Ita & quilibet Pruincialis habeat registrũ, in quo scribantur omnia acta, & Iura ad illã Prouinciã spectantia &c. Romæ quoq́ sit vnus liber, & locus vnus vbi asseruentur omnia Iura publica toti Religioni spectãtia quorũ custos sit* Procurator *ordinis in Romana curia.*

## De potestate, & conditionibus Officialium. Cap. XXIX.

PRIOR *Generalis sit Doctor in sacra Theologia, præclaris moribus rerum gerendarum prudentia, ac vitæ sanctitate conspicuus, annorum ad minus quadraginta, qui ad minus annos viginti in ordine vixerit, nec fuerit in eo* Magistratu *proximo sexennio, cui omnes fratres, cum omni reuerentia & subiectione in omnibus obediant, & ipse tamquam optimus pastor, & rector de toto ordine sibi cõmisso assiduam sollicitudinem gerat, sit custos legum,*

*Quæ Generali Seruorum cõueniant, require adhuc quæ in his generalibus comitiis annota sunt. videlicet constitutionem secundam aditam Pistoris 1296. const. 3. & 4. apud mõtem Politianũ 1303. const. 2. triferni 1304. const. 3. apud castrum plebis. 1306. decreta Clementis sexti indicta Arimini 1345. const. 8. & 14. Bon. 1350. constitut prima Bon. 1372. const. 1. 3. 4. 5. 6. 7. 8. & nonam. Flor. 1401. const. 2. Flor. 1470.*

*& ad earum obſeruantiam exteros ſuo exemplo inducat: ſingula, & omnia loca ordinis viſitet, vel per sè, vel per alium, mores emendet, exceſſus fratrum, & culpas ſecundum ordinis inſtituta corrigat. Neq́ ſolus viſitando quidquam graue agat, ſed cũ conſilio & conſenſu collegarum omnia agat. Acta pariter omnia viſitationis referantur in Capitulo Prouinciali, & grauiora etiam referantur in Capitulo generali. Neq́ leges aut conſtitutiones aliquas ad vniuerſum ordinem ſpectantes cōdere, aut abrogare audeat. Poſſit niholominus Generalis Prior cum amborum Collegarum conſenſu Prouinciales, ſeu conuentuales aliquas leges pro honeſta & rationabili Cauſa abrogare, & nouas condere. Pro ſuis expenſis habeat ab ordine & congregatione conſuetum ſubſidium, quod illi ſufficiat pro expenſis inter viſitandum & decoro gradus ſeruando in Romana Curia, & alibi. Teneatur nihilominus dare Procuratori ordinis in Romana curia ſingulo quoq́ anno ſcutos aureos ſexaginta. Neq́ vlterius decimas exigat de bonis defunctorũ ſub pœna priuationis officij & integræ reſtitutionis faciendæ ablatorum. Neq́ poſſit imponere ſubſidia Charitatiua pro ordinariis expenſis in Romana curia, aut alibi. Si tamen contingat extraordinaria aliqua actio, vt potè pro acquiſitione alicuius loci, pro impreſſione librorum aut cæteris eiuſmodi in beneficium, aut commodum publicum ſuppleatur de publico, idq́ non fiat, niſi de conſenſu Prouincialium, & ſociorum Prouinciarum.*

*conſt. 12. Bon. 1475. & tandem indulta Innocentii 8. in mari magno obſignata ſcilicet. 3. 4. 8. & 33. Sed in primis animaduertas. quæ ſcribit ſanctus pater Auguſtinus in calce ſuæ Regulæ dicens, ipſe vero qui vobis præeſt. non ſe exiſtimet poteſtate dominante: Sed caritate ſeruiẽte fœlicem, & Paulo infra. circha omnes ſe ipſum bonorũ præbeat exemplum corripiat inquietos. conſoletur puſillanimes ſuſcipiat infirmos. patiens ſit ad omnes Diſciplinã libens habeat, metuendus imponat. &c.*

*Prior Generalis perfunctus ſuo Triennali, vel*

*ſexennali Magiſtratu, redigatur in ordinem, nec deinceps aſſummi poſsit ad eiuſmodi munus, niſi poſt ſex annorum vacantiam, ſed poſt Magiſtratum depoſitum eius habeatur honeſta ratio.*

*Diſpoſitio antiqua de duobus ſociis* Priori *Generali adhibendis, viſa eſt aliter declarari, Nempe quòd in* Capitulo Prouinciali *eligatur vnus pater annis, ac prudentia maturus per ſecreta ſuffragia in ſocium Generalis, qui cum* Prouinciali *illius* Prouinciæ *comitetur Generalem & ipſi aſsideat, iuuetq́ in viſitationibus locorum eius opus.*

*De electione Sociorum ſiue collegarum Reuerendiſsimi Generalis, eorumq́ authoritas.*

*Socius poſsit ſibi locum quem voluerit in ſua* Prouincia *eligere pro ſua habitatione in illo Triennio. Idq́ curet fieri bona pace* Prioris, & Patrũ *illius monaſterij. Socius duci & reduci debeat expenſis prioris generalis. In illo triennio Socius non ſit alio officio grauatus, niſi forte lectionis per annum, aut prædicationis in Quadrageſima, quo cum opus fuerit præſtò ſit viſitationibus. Finita viſitatione ſuæ* Prouinciæ *ad ſuum monaſterium redeat, honeſtè & religiosè Deo ſeruiens & Priorem adiuuans. Socius in præſẽtia Generalis, vbiq́ immediatè ſit poſt Generalem, eius electio non ſit niſi ad Triennium. Neq́ poſsit aſſummi ad idem officium niſi poſt vacantiam vnius Triennij. Quilibet Pater ſenior, annis, ac probitate grauis aptus erit qui ad munus viſitationis ſeu ſocietatis aſſumatur, ſiue fuerit Magiſter Theologus ſiue non.*

*De electione prefecti prouincialis cuius Munus ſimiliter inuenies in his quæ obſignata*

*Prior Prouincialis à maiori parte Capituli Prouincialis electus in abſentia generalis habeat pote-*

*ſunt in aliis generalibus comitiis. videlicet conſt. 3. in dictam Fauentiæ 1334. conſt. 11. 12. 16. Bon. 1350. conſt. 3. Bon. 1372. conſt. 1. 16. 18. 22. Bon. 1373. et indulta Innocentii octaui in marimagno annotata indultum. ſ. 9.*

*ſtatem Generalis in Prouincia ſua in caſibus in quibus præſentia Generalis requiſita nō poſſit commode haberi præterquam in ijs, quæ de Iure, & conſuetudine Generales ſibi reſeruare ſolent, quemadmodum ſunt promotiones ad gradus ipſos lectoratus, Baccalaureatus, Magiſterij, & ad ſacros ordines, et alia multa. Aduertat nihilominus ne ſuo arbitrio tantū terminet, ſed vbi poteſt Generalem per literas conſulat, & ſi res vrgeat ſocium aduocet Prouinciæ, et grauiores patres vicinos. Viſitet omnia loca ſuæ Prouinciæ, quoties, et quã opus fuerit, ſed niſi vrgeat neceſſitas, nō viſitet, niſi quando cum generali, & ſocio viſitabit, nec ei per Prouinciā vagare liceat, aut inutiliter peragrare, ne monaſteria nimiū grauentur expēſis ſuperfluis. Sollicitè inuigilet ad augmētum Prouinciæ ſibi cōmiſſæ, omnes ad obſeruationē conſtitutionū ardenter inducat. Nullū alterius Prouinciæ fratrem recipiat qui non habeat literas à ſuo Prouinciali, vel Priore generali. Accedendi ad Capitulū generale, ſeu Prouinciale nemini licentiā concedat niſi ob iuſtā, & manifeſtā Cauſam. Fratres ad eū venientes pro laui, & quaſi nullius momenti cauſa puniat vt tollatur occaſio vagandi per Prouincias. Poſſit ſibi quem voluerit locum eligere pro ſua triennali habitatione, cui prouideatur à monaſterijs ſuæ Prouinciæ, ſecūdum priſcas diſtributiones, quibus tamen contentus ſit pro ordinarijs expenſis, & pro decoro dignitatis ſeruando.*

*Prior Prouincialis eligatur per ſecreta ſuffragia, nec quiſquam eligi poſſit, niſi ſit Magiſter in Theologia. In ijs verò Prouincijs, in quibus non ſunt Magi-*

*ſtri ſubrogentur alij, eius electio duret ad Triennium, nec poßit cõfirmari niſi per vacantiã vnius Triennij.*

*Prior Conuentualis ſit grauis annis, modeſtia, atq; prudentia inſignis; Eccleſiæ in primis ſit Zelator; vt diuinus cultus perſoluatur, mores fratrum componat. deuotionem augeat, conſtitutiones ſeruet, & ſeruari faciat, infirmis neceſſaria prouideat, pacem conſeruet, verba opprobrioſa, & contumelioſa in fratres non dicat, ſingularitates in cibo caueat, et communem cum fratribus vitam teneat. Munera præter commeſtibilia, aut læuia non recipiat, Vt ſuis Temporibus dentur fratribus indumenta ſtudeat. Culpas eorum, ſecundũ decreta ordinis corrigat, bonorũ Temporaliũ aßiduam curam gerat, ita vt primus ſit (vt aiunt) in labore, & in requie nouißimus, in quibus ſi deficiat, dignus eſt vt deponatur, & nũquam præficiatur.*

De conditionibus Prioris conuentualis, obſignatis in plurimis Generalibus comitiis: Vide ergo cõſt. 8. Viterbi indictam. 1307. conſt. 7. arim. 1345. conſt. 8. & 12. Bon. 1350. conſt. 11. Flor. 1401. conſt. 1. & 9. Taruis. 1461. conſt. 2. Bon. 1473. & indulta Innocentii 8. in mari magno. expreſſa. indultum. ſ. 9.

*Inſtituat in ſuo Conuentu patres diſcretos per decretum Capituli ſui conuentus, de quorũ conſilio omnia monaſterij negotia tractentur, et in difficilioribus caſibus illos habeat coadiutores, & id potißimum ſeruetur in fabricis, ſtructuris, atq; quibuſuis ædificiis. Immo huiuſmodi agredi, ſi valorem ſcutorum decem exceſſerint, ſine licentia Generalis, aut Prouincialis & Socij non præſummat. Habeat ſuos officiales, & miniſtros, ac cooperatores, Ita tamen quòd duos fratres in eodem conuentu ad officiũ aſſumere nõ valeat. Sacriſtã, Sindicum, ſiue Procuratorẽ intus, & extra, æduliorum diſpenſatorem, vini, paniſq; cuſtodẽ, Hoſpitalarium, infirmariũ, Magiſtrũ Nouitiorum,*

*Magiſtrum Iuuenum profeſſorum, Ianitorem, aliosq́ pro locorum opportunitate, quos in officio teneat arguendo, obſecrando, increpando cum Charitate, & hi omnes præter Magiſtrum Nouitiorum & animarum cuſtodem, qui creantur in Capitulo Prouinciali, eligantur per vota ſecreta in Capitulis Conuentualibus, in quibus omnino excludantur à ferendis ſuffragiis, & Conuerſi & profeſſi, qui non fuerint in ſubdiaconatus ordine conſtituti. Qua in re opus eſt diſcreta charitate, vt ſuis quisq́ muneribus accomodetur qui aptus fuerit. Sintq́ officia diſtincta diſtinctis perſonis diſtributa (quatenus commodè id fieri poſſit) pluribus enim ad plures res gerendas diſpoſitis, res dubio procul omni melius ſuccedent. Prior nullo particulari officio in ſuo conuẽtu implicetur, Sed omnibus ſemper intentus ſit, & vbi ſunt plures, quam quatuor fratres, prouentus tractare non audeat, ſed tantum aſſiſtat ſingulis menſibus rationibus* Procu*ratoris, ſuperioris, & ſacriſtæ: quod ſi* Priorem *alicubi procuratoris officium agere contigerit, ſcribat fideliter, & rationem reddat vel Capitulo ſui Monaſterij, vel Viſitatoribus, Tempore viſitationis.*

De munere procuratoris conuentualis.

Prior, & Procurator *quamprimum electi fuerint coram duobus patribus diſcretis faciant regiſtrum, in quo vniuerſa ſupellex ſacriſtiæ, dormitorij, infirmariæ, cellarij, coquinæ, refectorij deſcribantur.* Procurator *pecunias omnes conuentus recipiet, ſolus expendet diſcretè tamen, & cum vtilitate conuentus, ſingulis menſibus coram patribus de familia rationes ſuæ adminiſtrationis reddet, ſub pœna priuationis officij,*

*officij quibus patres de familia ſub pœna priuationis veſtimentorum intereſſe non recuſabunt. Si quod arduum illi occurrat intimet Priori, et Prior patribus, & ſi iuſtum & honeſtum fuerit patres conſentiant. Quod ſi Prior negligentia, vel malitia proponere recuſauerit, ipſe aut ſignificet Priori Prouinciali, aut per ſe patribus proponat, qui quod Iuſtum, & vtile fuerit exequantur. Ne autem pro vnius libito publica bona adminiſtrentur. Procurator nullam faciat expenſam extraordinariam quamuis mediocrem ſine ſcitu prioris, aliorumq́ patrum conuentus. & in cõuentibus nobilioribus, et ditioribus habeatur ſcrinnium trium clauium, in quo omnis exacta, acceptaq́ pecunia ccnijciatur, deſcripta quidem in libro ibi ſeruando, & cum deponetur, & cum pro neceßitatibus etiam extrahetur (clauium vnam teneat Prior, alteram Procurator, Tertiam aliquis pater aliorum patrum Iudicio eligendus.*

*Prior non poßit bona mobilia vendere, niſi cum conſilio patrum & conſenſu ſanioris partis Capituli. Bonorum autem immobilium venditiones nullatenus facere poßit, etiam conſentientibus patribus, & Capitulo ſine conſilio Prioris Prouincialis, & licentia Prioris generalis in ſcriptis habita, et ſeruatis ſolemnitatibus à Iure requiſitis. Quod ſi aliter factum fuerit, omnia irrita, & inania pronunciantur & declarantur. fabricas autem, ſeu edificia propter quæ opus eſſet deinde vendere bona monaſterij, aut grauia debita contrahere, non tentabit, ſub pœna priuationis, abſq́ conſenſu patrum & licentia Prioris*

*Monaſteriȳs deſignandi Priores in locis ſibi vnitis.*

*Procurator ordinis in Romana Curia eligatur in Capitulo generali per ſuffragia ſecreta à Patribus ordinis, ſit Magiſter in Theologia eruditus, & prudens aptus ad orandum coram San. D. Noſt. Papa. Hic continuò habitet Romæ in Monaſterio S. Marcelli. Teneatur, vel ipſe perſe, vel per alium idoneum habere duas orationes in Cappella D. N. in diebus Epiphaniæ, & Dominicæ de Paßione. Qui dies sũt deputati noſtro ordini. Negotia ordinis in Romana curia tractare, & ſollicitare teneatur, cui Generalis, ſingulo quoq; anno ſoluat aureos ſexaginta. Nec à monaſterio ſancti Marcelli de vrbe quicquã habeat pro victu ſuo, ſuiq; famuli, aut veſtitu preter panem & vinum, quibus pro ſe & famulo ſit contentus, lectum tamen, & lectiſternia, Medicum quoq; & medicinas, & cætera quæ in communi ſunt, habeat. At verò ædulia, ſeu pictantiam, ligna, oleum, Candelas, ſibi ipſe prouideat, liber ſit interim ab omnibus grauaminibus monaſteriȳ. Nulli ſubditus in ordine niſi priori Generali. Teneatur exigere omnes literas ſibi à Generali directas, abſq; aliqua refectione, expẽſas verò quas in recipiẽdis literis à particularibus perſonis, conuentibus, & prouinciȳs faciet, illi teneantur reficere, quorum cauſa fient. Poterit tamen Generalis cum ſocio & Prouinciali, vnum pluresuè procuratores in vrbe, vel extra vrbem in caſu, et ex cauſa conſtituere, nomine, & ſuo, & totius ordinis, ſed ſecularem aut ſeculares, &c.*

De electione, & conditionibus procuratoris ordinis.

* Appendix.

Per ſecreta ſuffragia à patribus ordinis. videtur intelligendum, qui Reueredißimũ Generalẽ elegerũt, Seiunctis tamen Patribus congregationis.

* Appendix.

Cum dicitur vel per alium idoneum habeat duas orationes, intelligatur quod iſte idoneus ſit vel magiſter in ſacra Theologia, vel baccalaureus formatus non mediocris eruditionis qui alias publicè orauerit.

## De Viſitationibus. Cap. XXX.

*IN viſitationibus admonentur fratres ne taceant, quæ viderint emendatione, & correctione indigere, atq; id ſolum faciant ex ſinceritate fraternæ Charitatis, & amore ordinis, & hæc potiſſimum diſquirantur.* Prioris *vita, moresq;, eccleſiæ officium. Bonorum temporalium diſpenſatio. Miniſtrorum fides. Fratrum omnium modi. Inquiratur de obſeruantiis regularibus. Item quomodo proficitur in ſtudio. Fiat inquiſito de Charitate mutua fratrum. Super eorum obedientia ad* Priorem. *Quomodo audiant apud ſeculum. Quomodo tractentur Nouitij, Iuniores, infirmi, hoſpites, Fiat ſcrutiniũ in cellis diligens ſuper habitibus, et veſtitibus. Fiat quoq; ſuper libris, & ſcripturis prohibitis, et ſuſpectis, & ſi apud quempiam inuenerint, comburantur, & talis ſi ea ſcienter, & de induſtria tenuerit hæreticorum pœna, iuxta ſacros canones puniatur & condemnetur, libri quoq; vanitatum, ſuperſtitioſi, & praui exempli, ſi inuenti fuerint, tradantur igni, pœnasq; adhibeant. Si qui fratres de fide ſuſpecti inueniantur, vel libros habeant ab indice prohibitos.* Prior conuentus Prouinciali, & Prouincialis *Generali, & Generalis ſanctiſſimo officio Inquiſitionis denunciet. Ne vero loca immoderatis expenſis grauentur, quam breuiſſimè fieri poterit abſoluatur viſitatio. Neq; (ſi commodè fieri poterit vltra triduum prorogetur.* Parcitate *victus ſint contenti Viſitatores, ne ad epulandum potius quam ad viſitandum acceſſiſſe videantur. Subſcri-*

* Appendix. Iuxta ſacros canones puniantur, & libri tradatur igni. videtur intelligendum. ſ. ab inquiſitoribus authoritatem habentibus puniendi, & cõburendi: cæteris namq; non niſi de illorum conſenſu huiuſm. conceditur facultas.

*bantur expenſarum pro ipſis factarum ſchadule. Eam deniq; diligentiam requirimus in viſitando, vt non ſit amplius ea loca viſitandi neceſsitas.*

## In caſu mortis ſuperiorum quid agendum. Cap. XXXI.

*SI contingat quod* Prior *Generalis ante Capitulū decedat tunc qui fuit Diffinitor generalis ſuperiori Capitulo eius* Prouinciæ,*in qua obierit,vnà cum Prouinciali et Socio eiuſdem Prouinciæ habeat ſimulplenariam & omnimodam authoritatem Generalis vſq; ad Capitulum generale, quod quàm primum fieri poſsit indicere teneantur.Ne oporteat adire ſedem Apoſtolicam pro Vicario generali Apoſtolico,aut viſitatoribus apoſtolicis procurandis.Habeantq; illi ſigillum ordinis, & librum conſtitutionū. Quod ſi illi ipſi negligentiores fuerint, cogantur à Patribus ad illud munus obeundum, & ſi id facere emiſerint cadant ab officiis ſuis, & pœnam excommunicationis incurrant.Si cōtigerit ſocium vel Prouincialem obiire mortem tunc ſuperſtes in locum Defuncti ſuccedat, & ſolus vſq; ad Capitulum Prouinciale officium adminiſtret. Et quod de morte dictum eſt, intelligatur etiam ſi aliàs alter illorū inhabilis fieret ad ſuū munus obeundū.*In *caſu mortis procuratoris ordinis,vel inhabilitatis Generalis vnà cū Socio,et prouinciali Prouinciæ Romanæ ſurrogent alium procuratorē ordinis vſq; ad Capitulū generale* Idq; *omninò facere teneātur infra menſem à Die ſcientiæ &c.*

*Quid ſancitum ſit in obitu Reuerendiſs. Gen. vide conſtitutionē 14. editam in com. Gen. Bon. celebr. 1350. & 42 indictam in com. Gen. Flor. 1401.*

## De bonis Defunctorum. Cap. XXXII.

*NVLLVS frater nostri ordinis audeat de bonis sibi quomodocumq; partis, ante vel post professionem, quorum dominium re vera ad communitatem spectat, Testamento, donatione, aut alio quouis Titulo disponere, sed illius morte secuta, sint & applicentur illi monasterio cuius erat filius etiam si in alio monasterio decesserit. Habeatur tamen ratio à Priore generali de expensis factis ab eo conuentu in eius infirmitate & sepultura. Ita tamen vt si in alio monasterio decesserit vestimenta, & quæ ad vsum Cameræ spectant, sint illius monasterij in quo decesserit. Denarij vero, libri, resq; omnes aliæ sint illius monasterij, cuius fuerat professus, si vero fuerit in alium cõuentũ adoptatus, bona sint cõuentus adoptãtis, & illius cuius erat professus æquis portionibus Quæcumq; Dispositio contra formam præsentis decreti facta, sit ipso Iure nulla & irrita, & quilibet qui aliter de suis bonis quouis quæsito colore ausus fuerit disponere, possit, si superuixerit, grauibus pœnis mulctari donec disposita non reuocauerit.*

*A qua sanctione nec Generalis quidem ipse eximendus est. De cuius bonis, vt decuiuscumq; alterius defuncti, disponatur.*

De bonis Reuerendissimi Generalis aliud habetur sancitũ in comitiis gen. Flor. celebratis 1401. const. quinta. idem tamen in const. Verona editu. 1554.

*Nullauè gabella, aut decima portio soluatur Generali aut Prouinciali de bonis Defunctorum.*

## De adoptandis in filios. Cap. XXXIII.

NVLLVS *deinceps noſtri ordinis profeſſus adoptetur in filium alterius conuentus, niſi adſit conſenſus Capituli Prouincialis illius Prouinciæ ſi fuerit alterius Prouinciæ profeſſus. Requiritur inſuper cenſenſus maioris partis Capituli illius loci Monaſterij, cui adoptandus eſt, ſitq́ eiuſmodi adoptio per Priorem generalem confirmata. & tũc vigorem habere intelligatur, & non aliter, nec alio modo.*

## De leui Culpa. Cap. XXXIIII.

LEVIS *culpa eſt.*

*Decem & nouem defectus leuis culpa & pœna illis infligenda vt. ſ. peccans quantũ fieri poſsit reſipiſcat.*

*Si quis mox vt ſignum factum fuerit non relictis omnibus cum matura feſtinatione ad eccleſiam ordinatè, & compoſitè venerit.*

*Si quis in choro malè legendo, vel cantando offendens, non ſtatim ſe coram omnibus humiliauerit.*

*Si quis diuino non intentus officio vagis oculis & motu irreligioſo læuitatem mentis oſtenderit.*

*Si quis in eccleſia, vel dormitorio, vel cellis inquietudinis aliquid fecerit.*

*Si quis lectionem, vel cantum ſtatuto tempore non præuiderit.*

*Si quis aliud legere vel cantare præſumpſerit, quam communis vſus habuerit.*

*Si quis ad lectionem in Choro dormierit.*

*Si quis ad prædicationem vadens, ocioſa loquutus fuerit, vel egerit.*

*Si quis dissoluitè ridens dictis, vel factis alios ad ridendum concitauerit.*

*Si quis oculos vagos per plateas, vel villas eundo ad vanitates fraquenter direxerit.*

*Si quis statutis Temporibus cum aliis lectionem auditurus non affuerit.*

*Si quis ecclesiæ, vel altaris ornamenta negligenter tractauerit.*

*Si quis aliquid vtensilium fregerit, vel perdiderit.*

*Si quis cibi, vel potus aliquid effuderit.*

*Si liber, in quo legendum est cuiusquam neglectu defuerit.*

*Si quis silentium fregerit.*

*Si quis dixerit, vel ægerit vnde fratres offendãtur.*

*Si quis in Conuentu hora qua debet venire distŭlerit.*

*Si quis ad Capitulum, vel collationem non venerit, vel communi refectione non interfuerit.*

*Si quis cum iuramento, ( vt in loquendo fieri solet ) aliquid negauerit, vel affirmauerit.*

*Si quis turpẽ sermonem aut vaniloquiũ dixerit.*

*Si quis eorum qui officijs præsunt in aliquo negligens repertus fuerit. Pro supradictis detur pænitentia secundum quod Prælato videbitur expedire.*

## De graui culpa. Cap. XXXV.

*Nouem defectus grauis culpæ, & illorum pæna.*

G*RAVIS culpa est.*

*Si quis frater nostri ordinis audientibus secularibus cum aliquo immodicè contenderit.*

*Si quis alicui fratri opprobrium dixerit.*

*Si quis silentium non tenere in consuetudinem duxerit.*

*Si quis suam, vel alterius culpam defenderit.*

*Si quis fratri præteritam culpam pro qua satisfecit, improperauerit.*

*Si quis mendacium perniciosum dixerit.*

*Si quis inter fratres discordiam seminauerit.*

*Si quis Turpia facta fratrum secularibus propalauerit.*

*Si quis accusans, in accusatione sua iurgium fecerit.*

*Si quis in illum à quo accusatus est, vel in quemlibet alium minas, vel maledicta seu verba inordinata, & irreligiosa protulisse deprehensus fuerit.*

*Si quis ieiunia Ecclesiæ sine causa & sine licentia violauerit.*

*Si quis negligentia culpabili, vel ignorantia crassa, vel sciens aliquid commiserit contra regulam Diui Augustini, contra constitutiones ordinis ex contemptu, contra legem Canonicam humanam vel diuinã, idq; rarò et citra consuetudinem. Taliter peccans, si non fuerit factum notoriũ, corripiatur à superiore solus, & pænitentia imponatur salutaris secreto persoluenda. Si vero fuerit notorium sed nõ publicum admittantur duo vel tres Testes grauis Testimonij. Quod si fuerit publicum publicè corripiatur. Habeatur tamen in hac correctione ratio personæ.*

## De grauiori Culpa. Cap. XXXVI.

*Quindecim defectus grauioris culpæ & eorum pœna.*

GRAVIOR *culpa eſt.*

*Si quis per manifeſtam rebellionem ſuo Prælato fuerit inobediens, vel cũ eo rixauerit proteruè coram teſtibus duobus pluribusuè.*

*Si quis percuſſerit alium fratrem ſecularemuè, ita vt liuor, vel ſanguis appareat.*

*Si quis ad taxillos, vel alium illicitum ludum luſiſſe inuentus fuerit.*

*Si quis in peccatum carnis fuerit prolapſus, idq; per duos Teſtes aut alias præſumptiones violetas aut ex rei euidentia compertum fuerit.*

*Si quis furtum feciſſe probatur excedens valorem vnius ſcuti.*

*Si quis malæ adminiſtrationis fuerit conuictus reus, idq; ſcienter, & ex malitia.*

*Si quis pœnitentiam ſibi, vel alteri iniunctã, procurauerit per fauorem ſecularium impedire, vel reuocare.*

*Si quis fauore ſæculi, dignitates in ordine pro ſe vel pro alio procurauerit.*

*Si quis intra ſepta monaſterij, arma tenere, aut portare præſumpſerit.*

*Si quis per coniurationem, vel conſpirationem, vel per malitioſam concordiam aduerſus Priores, vel Prelatos ſuos ſe erexerit.*

*Si quis procurauerit quod ipſe, vel alius ab obedientia Prioris generalis eximatur.*

*Si quis frequenter lapſus fuerit ſciens in peccatū contra legem diuinam Eccleſiæ, regulam Diui Auguſtini, & conſtitutiones per contemptum. & correptus non reſpuerit. Talis igitur ſine habitu mittatur in Carcerem, & illi iniungatur pænitentia ſalutaris, & nihilominus licet furtum ſit infra valorem vnius ſcuti, eius fiat integra reſtitutio, & mitior pæna iniungatur.*

*Miniſter infidus priuetur perpetuo, aut ad tēpus ſimili miniſterio pro criminis grauitate.*

*Si quis autem conſpirauerit contra loca ordinis vel temerè manus violentas iniecerit in Prælatum, vel percuſſerit aliquem, vt fiat ſanguinis effuſio, vel alicuius membri grauis, vel mortalis inferatur læſio carceretur per ſex menſes, & quarta & ſexta feria ieiunet in pane, & aqua atq; alias puniatur iuxta cōſtitutiones ſacrorum Canonum.*

*Sed ſi quis homicidio, vel alio crimine conuictus eſſet, proquo in ſæculo pæna mortis plecti deberet, vt miniſtratio veneni, appoſitio ignis, ad mortem in carcere recludatur perpetuò, alijs pænis macerandus ibidem iuxta delicti, & perſonæ qualitatem, & circumſtantias, & alias alleuantes, vel aggrauātes. De occultis peccatis, nihil hic agetur: quia eccleſia non iudicat de occultis. Ad alium forū, & alium Iudicem ſeruātur punienda. &c.*

## De grauiſsima Culpa. Cap. XXXVII.

*GRauiſsima culpa eſt Incorrigibilitas, & perſeuerans malitia. Qui ergo culpas non veretur admittere. & cuius nulla ſpes reſipiſcentiæ reliqua eſt, quiq́ pertinaciter noluerit acquieſcere ſententiæ per Diffinitores Capituli generalis, ſed extra ordinem appellauerit pœna carceris mulctetur, donec reſipiſcere viſus fuerit, vel coerceatur prout ſupra fuit depoſitum in capitulo de Iudicijs. Nemini vero qualibet occaſione eſt danda licentia recedendi, ne ordo, & Canonica diſciplina veniant in contemptum, dum habitus religionis deſpicitur in indignis, Sciant tamen Prælati quod pœna culpæ infligitur, vt peccans quantum fieri poſsit reſipiſcat, & ad cor redeat, viuatq́ ſpirituali vita. Propterea ſine odio perſonæ fiat cum charitate in Deum & proximum cum ſolo odio, ſolaq́ deteſtatione vitiorum.*

## De diſcretis ad Capitulũ Prouinciale mittendis. Cap. XXXVIII.

*Hoc idem de diſcretis habetur in comitiis Gen. Flor. indictis 1255. conſt. 2. apud mõtem poli. 1316. conſt. 3. Arimini in decretis clemẽtis. 6. decreto 2. & in com. tandem Veronæ habitis 1554. cap. 37. de diſcretis.*

*QVI ad Capitulum Prouinciale mittendus eſt, pro diſcreto vocali eſſe debet, vt nomine, ita re ipſa diſcretus propterea deinceps nullus eligatur ad eiuſmodi munus, niſi ſit ſacerdos & manſerit in religione per decennium, atq́ in illo Conuentu cuius futurus eſt diſcretus manſerit familiaris ad minus per ſex menſes continuos, & qui aliàs, non ſit inhabi-*

*lis ad reddendum Teſtimonium veritati. Neq; fuerit ſindicus aut Procurator illius cõuentus illo ipſo anno. ex illo Conuentu vbi fuerint adminus xij. fratres profeſsi, eligi poſsint duo diſcreti, expenſis publicis illius monaſterij ad Capitulum mittendi. Vbi verò nõ fuerint in familia ſolus Prior ad Capitulum accedat aut diſcretum alium fratrem mittat, nè domus deſerta remaneat.*

## De Capitulo Prouinciali. Cap. XXXIX.

*Pro his comitiis prouincialibus vide etiam decretum clementis. 6. in com. general. Arimini indictum. 1345. decreto. 25. & 6.*

C*Apitulum cuiuslibet Prouinciæ ſingulo quoq; anno fiat loco & Tempore præordinatis à* Pro*uinciali, cum participatione tamen Reueren.* P*atris Generalis, cui ipſe interſit, vel eius vicesgerẽs, cum literis ad Capitulum directis. Caueat tamen Prior generalis, ne prouincialem conſtituat ſuũ Vicarium. Interſint etiam Socius, prouincialis, priores eum ſuis diſcretis, Baccalaurei, qui commodè potuerint, & hi omnes habeant vocem. Obſeruentur omnia quoad ſacras cerimonias, vt in Capitulo generali. deinde conuocatis omnibus vocalibus, eligantur quatuor Diffinitores* P*rouinciales per ſecreta ſuffragia, duo qui ſint Magiſtri, reliqui non. Quibus electis prior Prouincialis exeat è congregatione, &* P*riores omnes renuncient ſuis officijs libere. Quo facto,* P*rior generalis vel eius Vicarius interroget, ſi quis velit excipere contra* P*rouincialem, excipiat, quod intelligatur de peccatis tantum notorijs*

*& conuictus ponatur alius iuxta formam constitutionum, sin autem confirmetur à Priore generali, vel eius Vicario. Qui Prouincialis electus siue cōfirmatus, & simul cum eo socius, Diffinitores, semotis animi affectionibus causas audiant, iustumq́, & rectum iudicium iudicent, et zelum Dei præ oculis habentes, ea omnia quæ honorem Dei, salutem animarum, correctionem morum, reformationem vitæ regularis, et incrementum Prouinciæ concernere perspexerint, omni diligentia prosequantur, & cum sana maturitate ad institutionem Priorum, cæterorumq́ officiorū dispositionem procedant. &* Prior Prouincialis *faciat rotulum officialium suæ* Prouinciæ, *secundum priscas eorum consuetudines, & conclusis omnibus quæ ad prouinciam spectant.* Prouincialis *afferat rotulū officialium, & sententias per* Diffinitores Prouinciæ *latas clausas, & sigillo* Prouinciæ *obsignatas, illasq́ præsentabit* Priori *generali, vel eius* Vicario, *qui omnia lustrabit, & decernet prout sibi videbitur faciēdum pro Iustitia, & ordinis ornamento. Sed in Tertio Capitulo* Prouinciali *quod immediate capitulum generale præcedere debet post electionem Diffinitorū, Prouincialis primum, dehinc cæteri omnes* Priores *libere renuncient suis officijs. Quibus etiam renunciare nolentibus, absolutos esse declaratur. De hinc procedatur ad nouam electionem Socij & prouincialis. Quos per secreta suffragia electos* Prior *Generalis, vel eius Vicarius signo crucis adhibito confirmet. Deinde rogentur patres de electione Diffinitoris generalis, & fiat eius electio per secreta vota, eo modo,*

De his quæ agenda sunt in 3. capitulo prouinciali.

*qui seruatur in eligendo procuratore ordinis in Capitulo generali, & qui supra medietatem omnium vocalium plura vota obtinuerit, ille Diffinitor sit, & confirmetur à Priore generali siue eius vices gerente, cuius munus erit ad acta Capituli generalis omnia astare, & nomine suæ Prouinciæ, ab electione Prioris generalis vsq; ad complementum Capituli. Rursus eodem pacto eligendi proponantur duo Magistri ad summum præsentandi diffinitoribus generalibus pro Generalis Prioris electione, & eorum qui fuerint electi & confirmati nomina scribantur, et præsentabũtur per Diffinitorem Prouinciæ primo Diffinitori tẽpore electionionis. Eligatur quoq; vnus pro procuratore ordinis nomine Prouinciæ proponendus. Cumq; expleta fuerint omnia quæ ad Capitulum prouinciale facere videbuntur, Cantores incipient. Te Deũ laud. Et fiat vt in Capitulo Generali aßignabitur. &c.*

## De Capitulo Generali. Cap. XXXXX.

*Capitulum generale celebretur de Triennio in triennium loco & tempore per Priorem generalem statutis, idq; per patentes literas per decẽ menses antea denũcietur cunctis ordinis nostri, patribus, & Reu. Priori Vicario generali congregationis seu Commissario in Romana Curia ad minus per sex menses antea. Et quoniam per rerum experientiam compertum est ex numero fratrum qui ad Capitulum generale conueniebant, non solum monasteria particularia, sed etiam vniuersam Religionẽ gra-*

Pro comitiis Gener. Vide constitutionẽ editã Flor. 1255. decretũ primũ clementis. arim. indictum. 1345. const. 4. Flor. institutam 1401. & 2. 1470. in eadem ciuitate diuulgatã: insuper quæ in com. gener. ver. celebr. habentur. ca. scilicet. 36.

*uibus expenſis defatigari, ac diſcordias, & contentiones non ſine aliquo ſcandalo magis nutriri. Ideo ſalubrius viſum eſt ſtatuere, non ſolum de conſilio, verum etiam de mandato Sanct. D. N.* Pij *V. & Illuſt. & Reu. Cardinalis Farneſij* Protectoris, *vt de cætero ad Capitulum ipſum generale conueniant tantummodo infraſcripti patres videlicet* Prior *Generalis, et Procurator in Romana curia, Vicarius generalis congregationis, & Commiſſarius nec non ex qualibet prouincia ordinis, videlicet ex ſex* Prouincijs, *Socius &* Prouiucialis, *& Diffinitor generalis, electi per secreta ſuffragia in Capitulo* Prouinciali, *prout ſupra fuit diſpoſitum. Et quoniam* Prouincia *Neapolitana, &* Prouincia *Corſicæ, & Sardiniæ ob paucitatem monaſteriorum, & longinquitatem locorum nimium defatigarentur, ſi ſingulæ tres fratres mittere cogerentur, ſatisfuerit, ſi vna quæq́ dictarũ Prouinciarum mittat eorum* Prouincialem. *Ex fratrum quoq́ congegatione conueniant ad Capitulum generale, ex ſingulis quatuor eorum* Prouincijs Prouincialis, *& viſitator, & præter ſupradictos nullus habeat vocem in creando Generalem. Si quis vero ex his venire neglexerit, non poſſit vices ſuas alteri committere, quorum tamen abſentia non obſtãte, ab his, qui aderũt, capitulum celebretur et ſi procederet electio cum ſupplemento abſentium ſit irrita & nullius valoris.*

*Electores Generalis.*

*Congregatis igitur in loco Capituli cũctis vocalibus, ſinguli ſedeant ſecundum gradus ſuos.* Prior *Generalis, Vicarius cõgregationis* Procurator *ordinis in Romana curia, Diffinitores Capituli Generalis*

*Ordo ſeruandus in electione noui Generalis.*

*ralis secundum gradus Prouinciarum, Socij, et Prouinciales secundum gradus Prouinciarum. Commissarius congregationis nostræ. His igitur ita dispositis, Prior Generalis, sine apparatu verborum faciat vt legantur literæ Capituli alta atq; intelligibili voce, vt omnes sciant aduenisse tempus Capituli celebrandi. Quibus perlectis ad beatæ Virginis imaginem genuflexi, omnes deuote dicant. Salue Regina. breuiter, & succincte sine cantu, cum vers. & orat. de Domina nostra. Recenseantur in communi nomina fratrũ illo Triennio defunctorum, & fiat communis absolutio, cum Psal. De profundis vers. & orat. Absolue. Fiat deinde scrutinium diligens vocalium, & qui nõ fuerint Iure vocales exeant de loco Capituli. Primus de loco suo exeat Procurator ordinis, & coram Generali quibus voluerit verbis ea renunciet officio suo. post quẽ Prior Generalis de supremo illo loco recedat, in quo statim primus Diffinitor resideat cæteris suis in locis permanentibus. Ille vero corã Diffinitoribus inclinatus, & genuflexus, sigillum, librumq; constitutionum deponat in manus primi Diffinitoris & libere sese ab officio eximat, quibus voluerit verbis, & procedatur ad electionem noui Generalis hoc modo videlicet. Primus Diffinitor Capituli generalis legat alta & intelligibili voce nomina patrum, quæ fuerint sibi præsentata per Prouinciales, seu Diffinitores prouinciarum illarum nominibus, & etiam per Vicariũ Congregationis nomine Congregationis. Dehinc distributis Fabis, vel calculis pro numero præcisè vocalium per ordinem prouinciarum proponatur ij, qui*

*nomine congregationis fuerunt præſentati, ſed priuſquam procedatur ad electionem alicuius, audiantur qui voluerint contra propoſitum excipere, & quam citiſſimè res per Diffinitores terminetur. Admoneātur patres Capituli, nè quem ſimoniace eligant, ſed iuxta Deum & rectam conſcientiam illum pro Generali ordinis patrem eligant, qui verè pater ſit futurus. Igitur qui ex propoſitis plura vota ſupra tamē medietatem totius Capituli, & votorum omnium obtinuerit, ſit & publicetur Generalis, cui mox primus Diffinitor ſigillum, & librum aſsignare teneatur. Et in primum locum ponere; Is etiam primus per manus oſculum obedientiam præſtet electo generali, & poſt eum ſinguli ſimiliter per manus oſculum illi ipſi obedientiam profiteantur, & per hanc ſolam electionem ita canonicè factam, & approbationem Capituli Prior Generalis ſic electus intelligatur, & verè ſit confirmatus à ſede Apoſtolica. Deinde cantetur. Te Deum laudamus, & ad eccleſiā procedant Deo gratias agentes, & alia omnia fiant quæ reperiūtur in veteri conſtitutione Capituli Generalis, vſq; ad finem &c.*

***FINIS.***

*Confirmatio & approbatio statutorũ & cõstitutionum. Illustrissimi & Reuerendiss. Alexandri Farnesii ordinis seruorum Protectoris.*

ALexander miseratione diuina tituli S. Laurentii in Damaso Cardinalis Farnesius nuncupatus Episcopus Tusculanus S. Romanæ Ecclesiæ Vicecancellarius atq; ordinis ac cõgregationis seruorum protector vniuersis & singulis religionis patribus magistris licẽtiatis, Baccalaureis, & aliis quibuscumq; fratribus professis ordinis, & Congregationis seruorum salutem in Domino sempiternam. Cum per Reuer. P. Mag. Zachariam Priorem General, exhibitæ nobis fuissent constitutiones religionis fratrum Seruorum habito super his maturo consilio iudicauimus nõ solum in iis, in quibus diuersa & contraria dispositio Decretis sacri concilii Tridentini continebatur, sed in plerisq; aliis locis & Capitulis esse corrigendas & in melius reformandas, habito etiam a S. D. N. Pio Quinto viuo vocis oraculo de reducendis votis fratrum, qui ad Capitulum Generale conueniebant ad minorem & condecentẽ numerum, & cum demum matura adhibita deliberatione per viros ad hoc deputatos secũdum tenorem, qui in hoc volumine continetur fuerint correctæ, ac reformatæ, ea authoritate qua ex protectionis nostræ de hac vniuersa Religione fungimur approbandas, & confirmandas esse duximus prout approbamus & confirmamus mãdãtes eas de cetero ab omnibus, & singulis Religionis prædi

ſtæ recip i & inuiolabiter obſeruari reſeruan tes nihilominus nobis facultatem ſi quid fuerit addendum, vel diminuendum pro in tereſſe fratrum congregationis eiuſdem Re ligionis pro aliqua particulari, & laudabili corũ conſuetudine vel inſtituto, in reliquis ab iiſdem etiam fratribus congregatio nis obſeruari volumus & per hoc decretum manu noſtra ſub- ſcriptum & ſolito no- ſtro ſigillo ſignatũ mandamus.

Dat. Romæ in Palatio Cancelle- riæ Apoſt. die iiii. Aprilis Anni. M. D. L. X I X.



A. Cardin. Farneſius Protector.